x ¶ Poſſeſſionis. Adde an omni tempore contractus traditionis & poſſeſſionis continuatæ ſit neceſſaria bona fides. Bart. in l. ij. ff. pro empt. & Ang. Aret. inſtitu. de rerum diuiſ. §. ſi quis à non domino. in j. gloſ. & in §. actionum col. ij. prope fin. de action.

y ¶ Traditionis. Rationem diuerſitatis reddit gloſſ. & Bart. in l. ij. ff. pro empt. & Iaſ. in §. ſed iſtæ. col. xv. inſtit. de actio. F. C.

z ¶ In facto. Adde ad iſtam & ſeq. quæſt. Abb. in c. ſi diligenti. col. v. & in ca. de quarta. col. ij. & pulchrè ibi Fely. col. vij. ver. quando in præſcriptione. de præſcript. & Chriſtopho. Porc. inſtit. de vſuc. in gl. error. & Ang. Aret. in §. nouiſſimè. col. ij. eod. tit. Cyn. & Bald. in l. venditioni. C. pro empto. & Bald. in l. nullo. C. de rei vend. & Rom. in ſuis ſing. fol. iij. incip. vlt. & Alexand. conſil. lxxiij. col. pe. ver. vnde dictus. lib. ij. & in conſil. xlvj. penult. col. verſic. & not. lib. iij. vbi dicit, quòd error iuris non cauſat bonam fidem quoad præſcriptionem etiam lõgi temporis, vt probat gl. iuncto text. in c. apoſtolicæ. de dona. vt tenet Dyn. hîc in ſequ. & clarius per Paul. de Caſt. in l. Celſus. ij. col. ff. de vſucap. & Barb. in c. paſtoralis. de dona. & Abb. in c. ij. de iis quæ fi. à præla. vide Doct. in proxima apoſtil. alleg. & Abb. in conſil. xix. vol. ij. de errore iuris. Ioan. de Imol. in cõſ. xcviij. iuxta fin.

a ¶ Teneatur. Idem tenet ſuprà in regu. præcedente, nu. 51. & an ſtetur iuramento poſſeſſoris, quòd erra-

uerit, vide Thom. grammat. deciſ. lxxix. nu. 6.

b ¶ Simul. Adde an errans in iure & in facto ſimul dicatur bonæ fidei poſſeſſor, Bart. in l. ſi vir. ff. pro don. & Bal. in l. venditioni. C. pro empto. & in l. nullo. C. de rei vend. & Felyn. in d. c. de quarta col. xiij. verſ. limit. v. & vlt. & ad iſtā q. & præcedentes vide Lud. Bolog. in l. cum vir. de vſucap. in ſecundis interpret. & in c. cū dilectus. de conſuet. in primis interpret. & Abb. in conſil. iij. quæſt. xix. vol. ij.

c ¶ Proficiat. Adde quòd vbi actus poteſt trahi ad duo diuerſa, magis intuemur quòd prodeſt, quàm quod nocet. Ioan. de Plat. in l. cùm allegas. C. de caſtr. pecul. lib. xij. F.C.

d ¶ Plenè not. Sed gloſ. Bar. & omnes doct. ibi & vbiq; in hoc errant: quia veritas eſt quod in d. l. ſi vir vxori. donatarius etiam ſi non erret in iure, ſed ſciat donationem non valere, tamen ſtatim vſucapit, vel præſcribit vt eſt text. in l. ſed & ſi conſtante. de donat. int. vir. & vxor. quæ ita debet intelligi: vt dixi in nouis intellectib. & ratio eſt, quia donatarius non præſcribit ſibi, niſi in caſu confirmandæ donationis, puta morte donatarij. l. cùm hic ſtatus. in princip. de donat. inter vir. & vxor. aliàs vſucapit donatori. vt ſimile in l. ſi alienam. l. quæ alienum. de donat. cauſ. mort. C. M.

e ¶ Soluunt. Sed loquentur tantùm de tempore malæ fidei, quia qualitas adiecta verbo, &c. l. in delictis. §. j ff. de noxalib. actio. & ſic ſolutio eſt quòd hæres bonæ fidei non impeditur iure canonico præſcribere, prout aliàs de iure ciuili. & ſic tam iure ciuili diſponente, quàm canonico non impediente, imò tacitè concedente, arg. cap. ij. de oper. no. nuntia. hæres longiſſimo tempore præſcribit, & eſt veritas, quicquid Dyn. hîc dicat. Et ita contra Dyn. Alexand. conſil. 51. nu. 7. lib. v. & ibi in annota. dixi. Corn. conſ. ccxcvj. litera o. lib. iij. Dec. conſ. ccciij. nu. 6. vbi in annot. dixi. C. M.

f ¶ Inchoare. Adde, quòd contra Dyn. hîc tenet Abb. in cap. ſi diligenti. de præſcrip. quòd imò mala fides defuncti impediat præſcriptionem hæredis volentis eam de nouo inchoare, & tenet Abb. in ca. nihil. col. iij. eodem titul. Butrig. in d. cap. ſi diligenti Imol. in cap. fin. col. ij. eo. tit. dicens quòd iura allegata per Dyn. hîc loquuntur in ſucceſſore qui nō cauſat ius à defuncto, vt prælatus: & tenet idem Bart. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſ. & Bal. in auth. ad hæc. verſic. ſed quid dicemus. de hæred. C. de vſuris colum. iiij. Rom. in conſil. clxix. colum. ij. & in conſil. ccj. col. ij. & Abb. conſil. xix. ij. vol. & in conſil. ij. incip. nitar in præſenti. col. xxiij. quæſt. xiiij. eod. vol. vbi dicit dictum Dyni procedere in terris eccleſiæ, non autem in terris imperij, vbi debet ſeruari ius ciuile, ex quo poteſt ſeruari ſine peccato: & contra Dyn. tenet Alexand. in conſil. lxxxiiij. lib. j. & in d. l. Pomponius. §. cum quis. col. xij. & in conſi. iiij. col. penult. iij. vol. & in conſil. xxxviij. eod. volu. & in conſil. ccxxxj. colum. iij. eod. lib. ſed opinio. Dyn. tenet Barto. in l. cùm hæres. ff. de diuer. præſcripr. & in l. vitia. C. de acquirend. poſſeſſ. Imol. in c. illud. col. ij. de præſcrip. Ang. Aret. inſtit. de vſucap. §. ſed tamen id. dicit, quòd licet poſſit hæres inchoare ex perſona ſua: tamen tenetur exonerare animam defuncti. & idē Alexander in conſil. l. ij. volu. colum. iij. verſicul. quinimo. & opin. Dyn. ſequitur Baldus. in l. eum, qui. §. in hac actione. ff. de public. & in l. nihil. C. de vſucap. pro hærede. de quo latè Maria. de Senis in rubr. de



cauſa poſſ. & proprie. in iij. tracta. art. iiij. verſi. vj. competit publiciana. vbi probat, quod etiam in terris imperij, ſi hæres non vult vti adminiculo defuncti, præſcribit cum bona fide, non obſtante quòd probetur mala fides defuncti. ſed Ang. in l. ſi ego. §. partus. ff. de publ. act. dicit dictū Dyni procedere in terris eccleſiæ. &c. plura etiam circa materiam accumulat Alexan. in d. l. cum hæres. in addit. ad Bart. & plenius in d. l. Pomponius. §. cum quis. col. xij. ſed Felyn. in d. c. ſi diligenti. col. v. ver. contra opin. famoſam Dyn. dicit quòd pauci ſunt qui recedant à j. opin. quia communior eſt contra Dyn. ſed ſecundum eum opin. poteſt habere locum in duobus caſibus, quos vide ibi per eum. & Alex. vbi ſuprà. & adde ad ſupradicta Paulū de Caſtro conſil. cclix. in nouis. & Alex. conſil. lxij. in iiij. vol. & in conſil. cx. lib. j. col. iij. in fin. verſic. ij. Cyn. & Imol. l. ſequitur. § hæres. ff. de vſucap. & Alexand. conſil. iij. colum. vlt. in princ. v. vol. & in conſil. xcix. colum. j. ver. & ideò. lib. iiij. & Ang. in §. furtiuæ. inſti. de vſuc. & in §. ſed iſte. col. xiij. de act. qui ponit xij. limit. ad auth. malæ fidei. C. de præſcrı. long. temp. & ibi vide Cyn. & Abb. & Felyn. in c. de quarta. col. vij. ver. ſi mirum. vbi ponunt, quòd mala fides defuncti non nocet ſucceſſori in beneficio, ſicut nocet hæredi vniuerſali: quia non habet ius à defuncto ſicut hæres. idem tenet gl. in regula, cum quis. j. eod. cap. & Abb. in cap. cura. de iure patr. & ſequitur Imol. in d. cap. fin. de præſcript. col. iij. vt ſuprà dixi in princ. vide Chriſtoph. Por. & ibi Iaſ. in addit. in §. res fiſci. inſtit. de vſuc. gl. & Salice. in l. ij C. de vſuca. pro hæred.. & Bart. & Bald. in l. ſi ego, § partus. ff. de public. & Lud. Bolog. in l. tutor rerum, ff. de admini. tut. in primis interpret. & deciſ. Parl. Delphinat. quæſt. cccxvj. & Ioan. de Imol. conſil. xliiij. colum. ij. verſicu. circa ſecundum. Tu adde quòd origi. dictum Dyn. eſt verum, vt plenè not. Paulus de Caſtro in l. iiij. §. hæres. ff. de vſucap. licet ipſe ſibi contrarius tenuerit oppoſitum in l. ſi quis ſub conditione. in fin. ff. de condit. inſtit. & in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. & conſil. cxc. incip. hæreditas dictæ puellę quam etiam tenuit Raph. Cuma. conſil. lxvij. incip. ſtatuto ciuitatis Vincentinæ. Sed contraria opinio eſt communior, vt dixit Dom. apoſtil. & Rom. conſi. xiij. incip. cōcluſionem prædictam. vbi dicit opi. Dyn. hîc eſſe falſam. Idem not. Alexan. conſil. iiij. inci. videretur. col. fin. vo. ij. & Iaſ. in l. Pomponius. §. ſi quis adminiculo. ff. de acquiren. poſſeſ.

g ¶ Libertate. Adde Cyn. in l. j. iij. q. C. de ſerui. & aqua. & Ang. Are. in §. æquè ſi agat. col. vlt. ver. dixi de ſeruitute. de act. inſt. & Bald. in §. j. col. ij. ver. ſed in dubium reuoco. inſtit. de ſeruit. vbi plenè diſtinguit inter libertatem ſeruitutis ruſticæ & vrbanæ. idem Bart. in l. hæc autem iura. ff. de ſerui. vrb. præd. & vide Bart. in d. §. ſi viam. & de libertate præſcribenda contra eccleſiam, vide Innoc. Imol. Abb. & Salic. in c. de quarta. col. xiiij. ver. vtrum in præſcribenda. de præſcrip.

## In reg. Sine poſſeſsione.

### Argumenta.

1 *Præſcriptio ſine poſſeſſione nō procedit.*

2 *Præſcriptio ad immobilia, vſucapio ad mobilia propriè referuntur.*

3 *Præſcriptio inchoata mediāte poſ-*

*ſeßione continuatur aliquando ſine poſſeßione, & ſub nu 10.*
4 *Incorporalia poßideri nõ dicũtur.*
5 *Quaſi poſſeßio rerum incorporalium idem operatur quod poſſeßio corporalium.*
6 *Interdictum vti poßidetis: non niſi poßidenti datur.*
7 *Interdictum vti poßidetis datur etiam pro rebus incorporalibus.*
8 *Præſcriptio in corporalibus ſine vera poſſeßione, in incorporalibus autem ſine quaſi poſſeßione non inchoatur.*
9 *Tignum domui coniunctum non poßidetur.*
10 *Vſucapio ſine poſſeßione inchoari nequit.*
11 *Vſucapio interrumpitur, ſi vſucapiens poſſeßione priuetur.*
12 *Poſſeßionis defuncti continuatio in perſonam hæredis impeditur, ſi per alium apprehendatur.*
13 *Captus ab hoſtibus vtrum vſuca.*
14 *Fictio poſt liminij quando ad poſſeßionem in facto conſiſtẽtem extendatur.*
15 *Ignorans quare poſſeßionem quærere nequeat.*
16 *Ignorans per quos poteſt quærere poſſeßionem.*
17 *Poſſeßio quæ neceſſaria ſit ad præſcriptionem.*
18 *Poſſeßionis duæ differentes ſpecies an ſint, naturalis & ciuilis.*
19 *Poßidere eandem rem eadem poſſeßionis ſpecie duo nequeunt.*
20 *Interdictum vnde vi quibus concedi ſoleat.*
21 *Poſſeßio naturalis an differat à poſſeßione pro ſuo.*
22 *Poßidere pro ſuo & poßidere ciuiliter idem eſt.*
23 *Interdictum vnde vi proprietario conceditur & vſufructuario.*
24 *Qualitates poßidendi contraria non concurrunt in eadem ſubſtantia.*
25 *Eadem ſpecie ſunt eadem ſubſtantia & natura.*
26 *Effectus idẽ producitur ab ijs quæ ſunt eiuſdem ſpeciei.*
27 *Pupillus poſſeßionem naturalem ſine tutoris autoritate non poteſt alienare.*
28 *Poſſeßio naturalis an tantum accidentaliter differat à ciuili.*
29 *Poſſeßio quaſi pedum poſitio appellatur.*
30 *Diffinitionem eandem ſi qua habeant, eadem erunt in ſubſtantia.*
31 *Poſſeßio ciuilis & naturalis ad præſcriptionem eſt neceſſaria: vel ſaltem ciuilis. & nu. 36.*
32 *Poſſeßio naturalis ſola ad præſcriptionem non ſufficit.*
33 *Præſcriptio non currit contra poſſidentem.*
*Tempus non eſt poſſeßionis perdendæ modus.*
34 *Poßidens ciuiliter perdit ciuilem, ſi decẽ annos naturalẽ neglexerit.*
*Obliuio inducitur ex negligentia decennali. & nu. ſeq.*
35 *Præſcriptio qua ratione non inchoetur, abſente ciuilem retinente.*

## REGVLA III.

SIne poſſeſſione præſcriptio non procedit.

Exemp



a ¶EXEMPLVM iſtius regulæ[a]
patet. Pone quòd emi aliquam rem
mobilem vel immobilẽ à quodam
non domino bona fide, non tamen
poſſeſſionẽ adeptus ſui: modò dubi
tatur an vſucapiam vel præſcribam?
1 †Reſpondetur ꝙ non quia ſine poſ-
ſeſſione præſcriptio non procedit,
poſſeſſione ciuili & naturali ſimul,
vel ſaltem ciuili, non autẽ naturali
tãtùm ſi alius ciuiliter poſſideret, vt
infrà oſtendetur. & hîc præſcriptio
largè ponitur, vt tam vſucapionem
triennij, quàm præſcriptionẽ x. vel
xx. annorũ xxx. vel xl. vel etiam ma
2 gis longæuã contineat. †Licet enim
in vera & propria ſignificatione,
præſcriptio ad immobilia, vſucapio
verò ad mobilia referatur: tamẽ le-
giſlatores promiſcuè vtũtur iſtis vo
cabulis, referendo communiter ad
mobilia & immobilia, vt ff. de vſu-
cap. quaſi per totũ. tit. & maximè in
b l. iij. & ibi plenè not. Nõ procedit,[b]
3 id eſt, non inchoatur: †licet aliquã-
do inchoata mediate poſſeſſione,
continuetur etiã ſine poſſeſſione: vt
infrà dicetur. Sed opponitur, & vi-
detur quòd præſcriptio ſine poſſeſ-
4 ſione procedat. †Certũ eſt enim, ꝙ
incorporalia non poſſidentur, vt ff.
de acquir. poſſ. l. iij. in prin. & de ac-
quir. rer. dom. l. ſeruus §. incorpora-
les. & de vſuc. l. ſequitur. §. ſi viam. &
c tamen[c] præſcribantur aliquãdo ſpa
tio x. vel. xx. ann. Aliquando ſpatio
temporis cuius nõ extat memoria,
vt C. de ſeruit. & aqua. l. j. & ij. & de
præſcrip. long. temp. l. vlt. & ff. ſi. ſer.
ven. l. ſi quis diuturno. & de aqua
plu. ar. l. j. §. denique & l. ij. in prin. cũ
5 ſim. † ſed dic ꝙ in incorporalibus
d eſt quædam quaſi poſſeſſio,[d] quæ
illud operatur, quod operatur vera
poſſeſſio circa corporalia, quod pa-
6 tet. †Certum eſt, quòd interdictum
vti poſſid. non datur alij quàm poſ-
ſidenti, vt ff. vti poſſ. l. j. §. interdi-
7 ctum. † & tamen ſicut datur inter-
dictum pro tuẽda vera poſſeſſione
rei corporalis immobilis: ita datur
pro tuenda quaſi poſſeſſione rerum
incorporalium, quæ de numero im
mobilium reputantur. vt ff. ſi ſerui.
vend. l. ſicuti. §. Ariſto. & vti poſſid.
8 l. fin. † ſicut ergo in corporalibus
non procedit præſcriptio ſine vera
poſſeſſione: ita in incorporalibus
non procedit ſine quaſi poſſeſſione:
per quod oſtenditur hanc regulam
in omni genere veram eſſe. Item op
ponitur & videtur præſcriptionem
ſine poſſeſſione procedere: conſtat
e enim hæreditatem iacentem[e] non
poſſidere, vt ff. ſi quis teſtam. lib. eſ-
ſe iuſſ. fue. l. j. §. Scæuola. & tamen
vſucapit. vt ff. de vſucap. l. cœptam.
& l. nunquam §. vacuum. & l. iuſto.
9 §. nondum aditæ. †Item conſtat ti-
gnum coniunctum domi non poſſi-
deri vt. ff. de vſucap. l. cum qui. & de
acquir. poſ. l. qui vniuerſas. in prin.
& tamen vſucapitur ſi tempore in-
iunctionis pauci dies ſupererant ad
vſucapionẽ complendam, vt ff. de
vſucap. l. rerum mixtura. §. Labeo.
10 †Sed dicendũ eſt, quòd ſine poſſeſ-
f ſione[f] non poteſt inchoari: & ita lo
quitur regula. aliquando tamen in-
choata mediante poſſeſſione, con-
tinuatur & cõpletur ſine poſſeſſio-
ne, & ita loquuntur contraria. Sed
contra hanc ſolutionẽ eſt valde. ff.
de vſucap. l. naturaliter. vbi dicitur,
quòd perdita poſſeſſione interrum
g pitur vſucapio[g], & eius effectus: er-
go non cõtinuatur ſine poſſeſſione.
ſed dici poſſet, quòd illud habet lo-
cum quando interuenit interruptio
naturalis, qua mediante poſſeſſor
poſſeſſione priuatur: quod nihil vi-
detur: quia in caſibus ſupradictis
poſſeſſor poſſeſſione priuatur, ſcili-
cet quãdo iniungit tignum domui.
vt l. qui vniuerſas. & l. cum qui, item
quando moritur, quia mors omnia
ſoluit

ſoluit vt in authen.de nup. §. deinceps. propterea ſupradicta non vi-
11 dentur procedere. † Sed dici poteſt quòd in d.l.naturaliter.priuatur poſſeſſor poſſeſſione, actu & habitu:& ideo interrũpitur vſucapio. in prædictis autẽ caſibus, id eſt quãdo iniungit & quando moritur, priuatur actu tantũ, & non habitu, ſed certè imò ſi moritur, priuabitur actu & habitu:quia mors omnia ſoluit. Sed dicas, ꝙ in hæredem qui eſt eadem perſona fictione iuris, vt ff.de vſuc. l.hæres.& in auth.de iureiur.à mori.præſtit.eſt apta immediatè continuari, ſi non fuerit apprehenſa per
12 aliũ.† Nam ſi per aliũ apprehenderetur, impediretur continuatio poſſeſſionis defuncti in perſonã hæredis, vt ff.de acqui.poſ.Pomponius. §.quæſitũ.& de vſuca.l.poſſeſſio teſtatoris. Et ideo ſi non fuerit apprehenſa per aliũ,& incœpta ſit imme
h diatè cõtinuari h, pro cõtinuata debet haberi, arg.ff.de teſta.l.ſi filius. & in auth.vt exact.inſtan.dot prin. circa prin. Et eſt ratio quare vſucapio cõtinuatur poſſeſſore defuncto vt in legibus præall. patet.ex quib. cauſ.maio. l. cum miles.circa prin.
13 & pro hæred.l.ij. §. filiũ.† Item opponitur, quia cõſtat captũ ab hoſtibus nihil poſſidere, cum ab alio poſſideatur.ff.de acquir.poſſ.l.cum hæredes.§.in iis.& tamen vſucap.vt ff. de vſuc.l.iuſto.§.vlt. Sed dicẽdum i eſt, ꝙ non vſucapit. per ſe.quia non poſſidet per ſe., tamen vſucapit per aliũ quẽ habebat in poteſtate, tempore quo captus fuit.vnde ſi redeat poſtliminio., videtur omni tẽpore poſſeſſionẽ continuaſſe iuris fictio-
k ne poſtliminij k,& eiuſdẽ fictionis virtute vſucapionẽ continuaſſe,,& dominiũ per vſucapionẽ quęſiuiſſe:
14 †ſed vbi poſſideret per ſe, & capitur ab hoſtibus, perditur poſſeſſio: & licet poſtea poſtliminio redeat, fictio poſtliminij non extẽditur ad poſſeſſionem quę in facto conſiſtit, & conſequenter nec ad vſucapionem, quę ſolet ex poſſeſſione procedere. ſupradicta probantur apertè. ff. de cap.& poſtlim. reuer.l.in bello. §. factæ & de vſucap. l. ſi is qui pro emptore.& ibi plenè no.&arg. quib. ex cauſ.maio.l.ſciendum.& l.
15 denique & l.nec vtilem. ¶Item† opponitur, conſtat ignorantem poſſeſſionem non quærere, cum animus ſit de ſubſtantialibus, quæ re-
l quiruntur in poſſeſſione quærẽda l. C.de acquir.poſſeſſ.l.licet.& tamen præſcribit, vt ff.pro ſolut.l.ij.& pro empt.l.ij. §. Celſus. Reſpondeo, & dico quòd ignorans nunquam quærit poſſeſſionem per ſe, & hoc ſim-
16 pliciter verum eſt,†tamen bene poteſt ignorans quærere miniſterio filij vel ſerui, quos habet in poteſtate, & ignorans vſucapere: vt in l. præall.Item per procuratorem quęrere poteſt poſſeſſionem ignorans, ſed non vſucapere:niſi poſtquã venit in notitiam domini, vt.C.de acquir.poſſ.l.j.& ff. de acquir.poſſ.l.j. §.per procuratorẽ.Per negotiorum verò geſtorẽ,qui caret mãdato,quęreret poſſeſſionẽ, & vſucaperet dominium poſt ratihabitionẽ, vt ff.de acq.poſ.l.communis.§.procurator.
17 & de neg.geſt.l.ſi ego.†Modo quærendum eſt,quæ poſſeſſio ſit neceſſaria ad præſcriptionẽ, vtrũ ciuilis tantũ, vel naturalis tãtum, vel vtraque ſimul. Ad cuius declarationem
18 primò eſt quærendũ,†vtrũ ſint duę poſſeſſiones ſpecie differentes, vel vna tantùm, quæ diuerſificetur per accidẽtia, Ioannes dicit,ꝙ duæ ſunt poſſeſſiones ſpecie differentes, vna ciuilis, & alia naturalis. Azo vnam tantùm ſcilicet naturalẽ.quæ diuerſificatur per accidentia. Et gloſſato-
m res iuris ciuilis in C. m tenent opinionem Azonis.& in ff.maximè in tit.



tit.de acq.poſſ. tenent opinionẽ Ioannis. Pro quo argui & oſtendi poteſt ꝙ ſit duplex poſſeſſio. dicitur enim in l.peregrè.ff.de acq.poſ.quod ſi poſſidẽs fundũ naturaliter & ciuiliter egrediatur de fundo,& peregrè vadat, ꝙ ſi eo exiſtẽte extra fundũ, alius ingreditur fundũ,ingrediẽs habet poſſeſſionẽ,& adhuc abſens poſſidet,vt ff.de acqui.poſ.l.clàm poſſi-
19 dere.§.qui ad nundinas.† Cùm igitur impoſſibile ſit duos eandẽ rem eadem ſpecie poſſeſſionis inſolidũ
n poſſidere n, vt in eod. tit. l.iij.§.ex contrario.& de præc.l.duo. manifeſtũ eſt,ꝙ duæ ſunt poſſeſſionis ſpeciés. Itẽ poteſt argui ex eodẽ §. qui dicit, ꝙ ingreſſus fundũ, poſt priorem reuerſum,non admiſſum poſſidet vi & clàm:ſed violentia & clan
o deſtinitas duæ ſunt qualitates o contrariæ, ergo cohærere non poſſunt eidem ſubiecto.ff.pro ſuo.l.ſi ancillam.& pro emp.l.ij.§.vlt.ſi verò cohærent diuerſis:ſequitur ꝙ diuerſæ ſint ſubſtãtiæ ſiue ſpecies poſſeſſio-
20 nis.† Pręterea dicitur.ff.de vi & vi ar.l.j.§.deiicitur.ꝙ datur interdictũ
p ei qui poſſidet naturaliter tãtùm. p Item ei qui poſſidet ciuiliter tãtùm: quęlibet enim illarũ poſſeſſionum, vt ibi dicitur, ſufficit ad interdictũ vnde vi. Cùm igitur interdictũ vnde vi,non detur niſi ratione poſſeſſionis,vt in l.j.§.interdictum autem hoc.ff. de vi & vi arm. manifeſtum eſt,ꝙ quælibet illarum eſt verè vna
21 ſpecies poſſeſſionis per ſe. † Itẽ ibidem dicitur, quòd naturalis poſſeſſio & pro ſuo ad interdictum perti-
q net.cùm igitur copula cadat q inter diuerſa:manifeſtũ eſt ꝙ ſpecie differant naturalis poſſeſſio & pro ſuo.
22 †quare cùm idẽ ſit pro ſuo poſſidere & ciuiliter poſſidere, ſecundum omnes opiniones, apparet vlterius quòd ciuilis & naturalis poſſeſſio ſunt duæ poſſeſſiones ſpecie diffe-
23 rentes.† Item interdictum vnde vi datur proprietario & vſufructuario: vt ff. de vi & vi arm.l.iij.§.vnde vi. vterque ergo poſſidet: quia aliter interdictum non haberet: vt in eo. tit,l.j.§.deiicitur. in fin. Cùm igitur non poſſint inſolidum eodẽ genere poſſeſſionis poſſidere, & vſufructuarius poſſideat naturaliter, vt l.
r naturaliter: r & l.poſſeſſio,ff.de acqui.poſſ.certum eſt,quòd proprietarius eodẽ genere poſſeſſionis non poſſidet quo vſufructuarius:vt eo.§. ex contrario. quare cum poſſideat ciuiliter, apparet quòd ciuilis & naturalis poſſeſſio ſunt duæ poſſeſſiones ſpecie differentes. Itẽ ſi ponam proprietarium & vſufructuariũ eſſe extra fundum & extra fundi cõſpectum, haberent ambo eandẽ poſſeſſionem ciuiliter. Sed ſi eſſent in fundo, ambo haberent eandẽ naturaliter: & ſic eadem qualitas poſſeſſionis eſſet apud duos inſolidũ, quod etiam Azo negat poſſe contingere. Neceſſe ergo habes ponere poſſeſſiones plures, ſpecie differentes, vel eaſdẽ ſpecie, ſed diuerſas habentes
24 qualitates. ¶Præterea† duæ poſſidẽdi qualitates cõtrariæ, in eadẽ ſubſtantia poſſeſſionis concurrere non poſſunt, vt oſtẽſum eſt. Sed ciuiliter poſſidere, & naturaliter, ſunt qualitates cõtrarię poſſidendi ſecundum ea quæ communiter dici ſolent, vt de precar.l.ij.&vti poſſid.l.ſi duo.in princ. non ergo concurrunt in eandem ſubſtantiam poſſeſſionis:ſi ergo non eſt eadem ſubſtantia naturalis &ciuilis, manifeſtum eſt, quòd
25 non ſunt eiuſdem ſpeciei,† quia eſſe idem ſpecie eſt eſſe idem ſubſtan-
26 tia & natura.† Pręterea quæcunque ſunt eiuſdẽ ſpeciei, producunt eundem effectum: ergo ad deſtructionem conſequentis, quæ non producunt eundem effectum, non ſunt eiuſdem ſpeciei:quare cùm ciuilis &

natur

naturalis poſſeſſio eundē effectum
non producant, quia ex ciuili pro-
cedit vſucapio, ex naturali non, vt
ff. de acquir. rer. do. l. acquiritur. §.
vlt. manifeſtum eſt, quòd ciuilis &
naturalis poſſeſſio ſunt poſſeſſiones
ſpecie differentes. Præterea dicitur
s in lege, ſicut nulla poſſeſſio [s] acqui-
ritur ſine animo & corpore, ita nul
la amittitur, niſi in qua vtrunque in
contrarium actum eſt: vt ff. de ac-
quir. poſſ. l. quēadmodum. Cùm igi-
tur hoc ſignū nulla pro diuerſis in
natura videatur negare, ſequitur ꝙ
omnes poſſeſſiones non ſunt eiuſ-
dem naturæ: quare nec eiuſdem ſpe-
27 ciei. ¶ Præterea † dicitur in l. pu-
pillus. ff. de acqui. re. do. ꝙ pupillus
ſine tutoris authoritate nō poteſt a-
t lienare etiā poſſeſſionē [t] quæ eſt na-
turalis: innuit ergò in hoc ꝙ dicit
etiā, ꝙ non eſt eiuſdē naturæ natura
lis & ciuilis: ergò nec eiuſdē ſpeciei.
28 Præterea cōtra Azo. eſt, † ꝙ ciuilis &
naturalis nō videtur ponere differē
tias accidētales, ſicut etiam iuſta &
iniuſta. vt patet. ff. de acqui. poſ. l.
iij. §. ex contrario. Nā ibi in ſecūdo
reſpō. ponit᷑ vnū poſſe poſſidere ci-
uiliter, & aliū naturaliter. & tertio
reſp. dicitur nō poſſe vnū poſſidere
iuſtè, & aliū iniuſtè. per quod appa-
ret ꝙ ciuilis eſt iuſta, nē naturalis &
iniuſta, non ſolùm nō ſunt idē imò
nec æquipollēt, ergo nec ponūt diffe
tias accidentales ſicut iuſta & iniu-
ſta: ſi nō accidētales ergo ſubſtātia-
les. ex quo ſequit᷑ ꝙ ſi diuerſificātur
in ſubſtātia, diuerſificātur in ſpecie,
cū eſſe idē in ſpecie, ſit eſſe idē ſub-
ſtātia & natura: vt ſ. dictū eſt. Præter
ea contra Azo. eſt ff. de acq. poſ. l. iij.
§. Nerua fili⁹. vbi dicit᷑ me poſſidere
rē mobilē hactenus quatenus poſſū
nanciſci naturalē poſſeſſionē ſi poſ
ſideo, & nihilominus poſtea nanci-
ſcor naturalē: ergo pater primo me
habuiſſe aliā diſtinctā à naturali: ex
quo ſequitur manifeſtè ꝙ duæ ſunt,
quarum nulla eſt altera. ¶ Pro opi-
nione autem Azo. ſcilicet quòd vna
ſit tantum, quæ diuerſificetur per ac
cidentia arguitur ſic primò, quia ru
brica dicit de acqui. poſ. in ſingula-
ri. ff. Item in C. de acquir. & reti. in-
nuit ergo ꝙ vna eſt vera poſſeſſio,
& per conſequens vna ſpecies, ſicut
Azo. dicebat: aliter enim non ſingu-
lariter, ſed pluraliter loqueretur. &
confirmatur iſta ratio per tex. de ac
29 qui. poſ. l. j. vbi dicit † ꝙ poſſeſſio ap
v pellata eſt quaſi pedum poſitio. [v] &
ſingularis locutio vno ſolo ſuppoſi
to cōtēta eſt. ergo. &c. Præterea pro
Azo. dicitur in lege, quòd ſi aliquis
exeat de fundo animo deſinendi
poſſidere, perdit omnem poſſeſ-
ſionem, ergo videtur quòd vna ſit
ſubſtantia poſſeſſionis cui diuerſæ
inhæreant qualitates. ſicut Azo di-
cebat de acquir. poſſ. l. iij. §. in amit-
tenda. & l. ſi quis vi. §. differentia.
Præterea aut vna eſt ſpecies poſſeſ-
ſionis tantùm, aut plures: ſi vna,
Azo habet propoſitum: ſi plures, tūc
vnus poteſt habere vnam, alius a-
liam: & ſic contingit quòd eadē res
ſit à diuerſis poſſeſſa, quod eſt con-
tra l. iij. §. ex contrario. de acq. poſ.
Item ſequeretur, quòd ex qualibet
ſpecie procederet vſucap. & ſic ſe-
queretur duos inſolidum vſucape-
re & duos inſolidum dominiū quæ-
rere: quod eſt contra l. ſi vt certo. §.
ſi duobus. ff. commod. Præterea pro
Azo. eſt d. §. qui ad nundinas. in fi. ſi
bene inſpicitur. Nam ſecundū ver-
ba, per violentiam ſuperuenientem
remouetur clandeſtinitas, ſcilicet
præcedens, quæ ſunt contrariæ qua-
litates: & illud contingit ideo, quia
duæ contrariæ qualitates non com-
patiuntur ſe circa eandem poſſeſ-
ſionem: vt dictum eſt. ſi enim eſ-
ſent poſſeſſiones diuerſæ, prima
qualitas, id eſt clandeſtinitas circa
vnam



vnam, ſcilicet naturalem: ſecunda
id eſt, violentia circa aliam, ſcilicet
ciuilem, deprehenderetur: & hoc pa
terentur ſe ſimul, nec vna per aliam
tolleretur, ſed intelligendo textum
ſicut in principio gloſſ. intelligitur,
non procedit. & propterea pro A-
zo. eſt, quia iuſta vel iniuſta, ſunt
differentiæ accidentales poſſeſſio-
nis ſecundum omnes, non ſubſtan-
tiales. ſed iuſta dicitur ciuilis, iniu-
ſta dicitur naturalis. ff. vti poſſid. l. ſi
duo. in prin. ergò & vltimo ſequitur
quòd ciuilis & naturalis nō ponunt
differentias ſubſtantiales: ſed acci-
dentales tantummodo: & ſic non
ſunt ſpecies differētes. Præterea pro
Azo. eſt quia nulla poſſeſſio ſine a-
nimo perditur, vt ff. de acquir. poſſ.
l. quemadmodum. & de reg. iur. l. fe
rè quibuſcunque. Sed cōſtat vnam
ſolam poſſeſſionem ab abſente re-
tineri, ſecundum omnes: ſi vna ſola
poſſeſſio retinetur, & nulla perdi-
tur, quia in nulla eſt animus perden
di: neceſſariò ſequitur vnam ſolam
30 eſſe. Præterea ꝓ Azo. eſt; quia † quæ-
cunq; habēt eandem diffinitionem
ſunt eadē in ſubſtātia: ſed naturalis
& ciuilis eandē habent diffinitionē
etiam ſecundū Io. vt not. de acquir.
poſſ. l. j. in prin. ergo ciuilis & natu-
ralis ſunt eadē in ſubſtantia ergò &
ſpecie. ſed ad iſtud dici poteſt, quòd
deſcribuntur ſimul reſpectu cuiuſ-
dā tertij in quo conueniunt: & ideo
non ſequitur quòd ſint idem in ſub-
ſtantia: ſicut nec ſequitur, homo eſt
animal, aſinus eſt animal: ergo ho-
mo & aſinus ſunt idem in ſubſt.
¶ Solutio, tutius & probabilius eſt
x tenere opinion. [x] Ioan. quia tex. po
nit ciuilem & naturalem poſſeſſio-
nes, vt duas ſpecies coæquales. ff.
pro hærede. l. iij. §. quod vulgò. &
confirmatur in d. l. iij. §. Nerua filius
ff. de acquirend. poſſeſſ. & ad argu-
menta contraria facile eſt reſpon-
dere ſi quis diligenter inſpiceret.
31 † Dico igitur reaſſumendo quæ-
ſtionem præmiſſam, quòd ad præ-
y ſcriptionem eſt neceſſaria ciuilis [y]
& naturalis poſſeſſio, vel ſaltem ci-
uilis ſola ſine naturali. Nam quòd
ſufficiat ciuilis ſola, probatur, quia
lege cauetur, quòd abſens, quē con-
ſtat ſolam ciuilem poſſeſſionē ani-
mo retinere, poſſidet quātū ad hoc
vt vſucapio cōtinuetur, vt ff. de fur.
l. ſerui & filij §. vlt. & de diuer. præ-
ſcript. l. in acceſſione. & de acquir.
poſſeſſ. l. j §. per ſeruum qui in fuga.
32 † Item quòd naturalis ſola non ſuf-
ficiat ad præſcriptionem, probatur
primò per tex. ff. de acquir. rer. dom.
l. acquiritur. §. vlt. & ad exhibend. l.
Celſus. §. Iulianus, de acqui. poſſ. l. j.
§. pen. Item probatur per arg. neceſ-
ſarium, cui nō poteſt commodè re-
ſponderi. ſi enim is, qui ciuiliter tan
tum poſſidet & vſucapit, quod eſt
verum, vt d. §. per ſeruū qui in fuga.
& d. l. ſerui & filij. §. vlt. abeſſet, vel
præſens eſſet, & præſcriptionē con-
tinuaret: ſequeretur quòd ſi ex natu
rali poſſeſſione ſola ꝓcederet præ-
ſcriptio, quòd ſi eodem tempore a-
lius naturaliter poſſideret & bona
fide, quòd duo quærerēt inſolidum
dominium eiuſdem rei eodem tem
pore quod non eſt de iure poſſibile:
vt ff. commo. l. ſi vt certo. §. ſi duo-
bus vehiculum. de caſtr. pec. l. hære-
ditate. §. pater. & de reg. iur. l. quod
33 contra. §. vbi duo. † Sed poteſt inſta
ri, quòd ſecundum hoc nunquam
z præſcriptio contra abſentē [z] proce-
deret, quia contra poſſidentem præ-
ſcriptio non currit. C. de præſcript.
xxx. anno. l. ij. Item tempus non eſt
modus perdendæ poſſeſſionis, vt ff.
quibus modis vſusfru. l. ſi mulier.
ergo contra abſentem ciuilem poſ-
ſeſſionem animo retinentem nun-
quam procedit præſcriptio. fateor,
quòd contra ciuiliter poſſidentem
præſcri-

præſcriptio non procedit. Item fa-
teor, quòd tempus tantum non eſt
modus perdendæ poſſeſſionis. Ta-
men iure cauetur, quòd tempus eſt
modus inducendi obliuionem: &
obliuio eſt modus inducendi de-
poſitionem animi: & depoſitio ani-
mi eſt modus perdēdæ poſſeſſionis,
vt legitur & nota. ff. de vſucap. l. fur-
34 tum. §. fundi. & propterea dico, † ꝙ
ſi ciuiliter poſſidens neglexerit na-
a turalem poſſeſſionē per x. annos [a]
vel vltrà, quòd illa negligentia cir-
ca poſſeſſionē naturalē priuat eun-
dem poſſeſſione ciuili: ſicut aliàs
cauetur in iure, quòd negligentia
commiſſa in adipiſcenda vel recu-
peranda poſſeſſione naturali indu-
cit amiſſionem ciuilis, vt ff. de ac-
quir. poſſeſ. l. ſi de eo. §. ſi fortè. dico
35 ergo, † quòd quādiu abſens retinet
ciuilem poſſeſſionem, non inchoa-
tur præſcriptio duplici ratione. Pri-
ma: quia contra poſſidentem ciui-
liter non præſcribitur, vt d. l. ij. C. de
præſcri. xxx. ann. Secunda ratio eſt,
quia qui ciuiliter poſſidet, præſcri-
bit, ergo alius nō præſcribit eodem
tempore, ne plures ſimul inſolidum
quærerent, vt dictum eſt: ſed ex quo
iuris præſumptione poſſeſſionem
ciuilem reddidit per obliuionē, ſeu
per animi depoſitionē quæ ex obli-
uione procedit poſt abſentiam lon
gi temporis, ex nunc inchoatur præ-
ſcriptio contra eum: & hoc volue-
runt Gloſſatores iuris ciuilis aliqua-
liter dicere, licet non plenè. C. de
36 ſer. fug. l. j. per quod patet † quòd ad
præſcriptionem eſt neceſſaria ciui-
lis & naturalis poſſeſſio ſimul, vel
ciuilis ſola, naturalis autē ſola non
ſufficeret eo caſu quo poneremus
alium ciuiliter poſſidere, vt ſuprà
oſtenſum eſt: Dyn.

ADDITIO.

¶ Regulæ. Adde iſtam reg. non habere locum in præſcriptione actionum perſonaliū quæ ſine poſſeſſione procedit, vt tradit Iaſ. in §. rurſus. col. ix. verſ. ego bene puto. inſt. de action. & ibi alios quoque caſus enumerat, quibus hæc regula deficere videtur. F. C.

b ¶ Non procedit. de verbo procedit, vide text. in l. nunquā. §. vacuū & l. poſſeſſor. ff. de vſucap. G. S.

c ¶ Et tamen. Quanto ſpatio præſcribantur iura incorporalia, vide glo. cum Bart. in l. ſeruitutes. ij. ff. de ſer. & Cæpol. cau. cviij. F. C.

d ¶ Quaſi poſſeſſio. Adde an incorporalia quaſi poſſideantur, & pro ipſis competat interdictū vti poſſidetis, ſicut pro reb⁹ corporalibus, gl. Bart. & Flo. in l. ſeruitutes. ij. & text. gl. & Doct. in l. quoties. in ij. ff. de ſerui. & Abb. in c. cōqueſtus. de for. comp. & per Ang. Are. inſt. de reb. corp. & incorp. & pulchrè per Cyn. in princ. & Bal. col. ij. verſ. expeditus ſum. & ibi Alex. in addit. in l. ij. C. de ſeruit. & aqua. per Inno. & Abb. in c. querelā. de elect. & Imol. in c. bonæ. in ij. de poſtu. prel. in c. in literis. de reſt. ſpo. & in c. peruenit, de cēſi. & in c. conſultatiōibus, de iure pat. & per Abb. in c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſ. & propriet. Bal. poſt gl. in l. regulariter. ff. de petit. hæred. & quæ dixi in lib. conſu. Bitur. §. xxiiij. in gl. j. ante fin. de conſuet. feudi. Ita notat Compoſt. in tit. de procur. §. j. verſi. quid mihi. & in tit. de act. ſeu pet. §. ij. & in tit. de propriet. §. j. verſ. aliæ ſunt. & in tit. de reſtit. ſpol. §. ij. & iij. & in titulo de emp. & vend. §. j. ver. ſed vſusfructus. & Bart. & Alex. in l. j. & fin. vti poſſ. & omnino Paul. de Caſtr. conſ. v.

e ¶ Iacentem. Adde quòd aduerſus hæreditatē iacentem præſcribi non poteſt, vt l. ea quæ. & quod not. ibi glo. & Doct. C. de temp. in inte. reſt. & l. ſi ſeruus hæreditarius. ff. de ſtipul. ſeruo, & not. Cyn. in l. licet. C. de iure



iure delib. & Bald. in conſil. xiiij. in fi. lib. j. & Bal. in d. l. licet. in vlt. q. & Alexan. poſt Bart. & Bald. in d. l. ea quæ & Abb. in c. de quarta. colū. ij. & ibi Felyn. col. vj. poſt princ. verſi. contra hæreditatem. de præſcript. vbi ponit regulam cū tribus fallen. & tenet Angel. in d. l. licet. & ibi Alexan. ſed Specul. de præſcript. §. j. verſ. item nota. tenet quod præſcribitur hæreditas iacens. & Ant. in c. cum non liceat. eod. tit. & Anchar. hic, col. xl. verſic. vj. oppo. & Alex. in conſil. cxxvj. colum. j. verſic. non obſtat.

f ¶ Poſſeſſione. Adde text. gl. & Doct. in l. ſine poſſeſſione. ff. de vſucap. & Bald. in conſil. xiiij. col. iiij. verſic. capio iij. lib. j.

g ¶ Vſucapio. Adde Bar. pulchrè in d. l. naturaliter. de interruptione præſcript. gloſ. Abb. & Imo. & Felyn. in c. illud. de præſcript. text. & Doct. in l. vt perfectius. C. de an. excepr. & gl. Bar. & Sal. poſt. Cy. in l. cū notiſſimi. §. imò. C. de præſcrip. xxx. ann. & per Spec. tit. de præſcri. & tit. de exec. & Ioan. de Plat. in l. militaribus. verſi. item litis. C. de decur. lib. x. & Deciſ. Parlamen. Grationopol. Delphina. quæſt. cccxvj. & quæ dixi. in §. j. in gloſ. j. quæſt. penul. de præſcript. lib. conſuetud. Biturigum.

h ¶ Continuari. Adde quòd Bart. in l. cum hæredes. in princ. ff. de acquir. poſſeſ. dicit, quod non poteſt dici continuata niſi apprehendatur, ſed bene quantum ad vſucapionē poſſeſſio defuncti dicitur eſſe cōtinuata, vt tenet hîc Dyn. per l. cum miles. ff. ex quibus cauſis maior. idem Alex. in d. l. cū hæredes. col. ij. verſi. gloſ. ſuper verbo, non pertinet. vbi vide quando poſſeſſio in ſuum vel extraneū ſine apprehenſione transferatur & vide Alexand. in conſilio xxxvij. colum. iij. verſic. ſaltem. lib. j. & in conſilio lxxxiiij. lib. ij. & in conſilio xliij. eodem vol. & an ſtatuta & conſuetudines transferentes poſſeſſionem defuncti proximioribus hæredibus valeant, vt eſt conſuetudo hîc Biturig. vide per Alex. in d. l. cum hæredes. & Bald. in rub. de cauſa poſſeſ. & propriet. colum. j. propè finem. verſic. quæro, ſtatuto Mediolani.

i ¶ Dicendum. Adde quòd vſucapit per ſe actiones perſonales: item eas res, ad quarum vſucapionem complēdam pauci dies ſupererant cum captus fuit, ſecundum Iaſ. in §. rurſus. colum. ix. verſic. ego. bene puto: inſtit. de actio. per ſeruum vero & filium non vſucapit niſi ex cauſa peculiari. d. l. iuſto. §. fi. F. C.

k ¶ Poſtliminij. Adde Bartol. in d. l. cum hæredes §. in iis. & ibi Ludo. Roma. & Alexand. vbi ponunt plures rationes, quare ius poſtliminij circa recuperandam poſſeſſionem, quam poſſidebat reuerſus per ſe, non fingit, & ſecus per filium: vide Bartol. in l. ſi is qui pro emptore: circa ſecundam partem. ff. de vſucapio. & Chriſtophor. Porc. & Ang. Aretin. in §. ſi ab hoſtibus. inſtitu. quibus modis ius patriæ poteſt ſol. & Bart. in l. nec vtilem. ff. quibus ex cauſ. maior. in integ. & Bal. in l. denique. eod. tit.

l ¶ Quærenda. Adde quòd ſolus animus non ſufficit ſine corporis actu, vt d. l. licet. & ibi gloſſ. Cyn. Bartol. Bald. & Salycet. & Doct. alleg. ſuprà in præcedenti fol. 1. poſt alleg. incip. Adde Bart. & an ignorans quærat poſſeſſionem niſi per filium vel ſeruum, vide Bart. & Alex. in j. §. item acquirimus. ff. de acquir. poſſ. & per procuratorem, tutorem, & curatorem, vide Alex. in l. j. §. per procuratorem. ff. eod. tit. & gloſſ. Cyn. Bart. Bald. & Salyc. in l. j. C. de acquiren. poſſeſ. & Angel. Aret. in §. item nobis. & §. fin. inſtit. eod. tit. & Bart. &

Imol.in l. qui mihi donatum. ff. de
donat. & de neg.geſt.l.ſi ego.
Adde in quantum iſte dicit poſſeſ.
poſſe quæri per procuratoré, quòd
etiã tradi & recipi poteſt per eum,
vt not. Bart.& Doct. in l. poſſeſſio.
§.j.& §. & ſi poſſeſſio. ff. de acquir.
poſſeſ.& in alleg. §. per procurato-
rem & in l. certè. §. j.in fi.ff.de pre-
cario. & in l. ſi rem. ff. de vſucap.
Bald. in l. ſi is, qui pro emptore. in
vij.quæſt.princ.eod.tit.vbi dicit ve
rum etiã in ficta: vt quia quis con-
fitetur poſſidere pro procuratore
meo, quod eſt contra Angel.in pre-
alleg.§.per procuratoré, vt ibi per
Alexan.& in l.ſi is qui.de vſucapio.
Bald.in c.j.§.ſed vtrum. in titu. per
quos fiat inueſtitura.
m ¶In Cod. In l.licet.C.de aquir. poſſ.
n ¶Poſſidere. Adde an duo poſſint
inſolidum eandem rem poſſidere,
Bart.& Alex.in l.iij.§.ex contrario.
& gl.& Bart.in l.ſi vt certo.§.ſi duo
bus vehiculũ. ff. commod.& Alex.
conſil. xcix. col. viij.vol.v.& regu-
lam, quòd duo inſolidum non poſ-
ſunt poſſidere, intellige in dominio
irreuocabiliter acquiſito, ſecus ſi re
uocabiliter, ſecundum Bal. & Ang.
per illum text. in l. ſi pluribus.ff. de
leg.j.quod eſt ſingulare. ſecundum
eos.vide ibi Imol.verſic. circa præ-
dicta dubitatur. Bart.in l. ſi is qui.ff.
de vſucap.& Alex. in d.§.ſi duobus.
in addit.ad Bart.
o ¶Quantitates. Clandeſtina & vio-
lenta poſſeſſio an æquipolleant, vi-
de eundé, infrà in reg.qui ad agen-
dum.nu.5.
p ¶Tantum. Adde quis dicatur ciui-
liter poſſidere tantum, vel naturali-
ter tantum, gl.& Bart.in d.§.deiicia-
tur.& in l. naturaliter.in prin.& ibi
Alexan.ff.de acquiren. poſſeſ.& di-
cam in apoſtil.ſeq.& an eis compe
tat interdictum vnde vi, vide gloſſ.
Bart.& Alexan. in d. §. qui ad nun-
dinas.& in d. l. naturaliter.& Ang.
Aretin. in §. j. inſtit.de vſucapio.&
Cyn. Bald.& Salyc.in l. licet. C. de
acquiren.poſſeſ.& per Ioan.Fab.in
§.penult.inſtit.per quas perſon.no-
bis acquir.& Guid. Papæ in ſuo tra-
ctatu ſuper ſtatuto, ſi quis per lite-
ras in glo.poſſ.
Adde pro quæſito in principio huius
apoſtil. Iacob. Rebuffi.in l.fin.nu.2.
& quod ibi poſui in apoſtil. in verſ.
de corporali poſſeſſione.C.de fun-
dis patr.lib.xj.plenius per Alexand.
in d.§.ex contrario & quotuplex ſit
poſſeſſio, not. Bal.in authen. defun-
cto.in ij.q.C.ad Tertul.
q ¶Copula cadat. Adde gloſ. in rubr.
ff.de iur.& facti ignor. F. C.
r ¶L.naturaliter. Adde, ſuprà in reg.
poſſeſſor.apoſtil. incip. Adde quod
vſufructuarius.
s ¶Poſſeſſio. Adde Salycet. in l. non
ignorabit.C.ad exhiben & Alexan.
pulchrè in conſil. cxxxij.colum.iij.
verſic.nec.vol.ij.
t ¶Poſſeſſionem. Adde & dic quod
aut loquimur in perdenda poſſeſ-
ſione, & pupillus qui habet intelle-
ctum, poteſt eam perdere eo modo
quo perderet eam maior: & ſic ſine
tutoris authoritate, vt l. poſſeſſio-
nem.& ibi Bartol.& Alexand.ff.de
acquiren. poſſeſ. aut alienando, &
tunc aut loquimur in re propria: &
non poteſt alienando perdere ſine
tutoris authoritate, vt d.l.pupillus.
etiam quæcunque res ſit: vt inſtit.
quibus alien. licet. §. nunc admo-
nendi. & ibi ita dicit Angel. Areti.
colum. ij. aut eſt res aliena, & po-
teſt eam alienando perdere. iſte eſt
caſus in l. ij. §. ſi à pupillo. & ibi
ſingul. Bart. ff. de vſucap.pro empt.
vbi eum vide, & Alexan.in d.l.poſ-
ſeſſionem. & Ludo. Bologn. in ſuis
ſecundis interpretationib. in l. ma-
gis puto.§.ſi æs alienum.ff.de rebus
eorum. & Cepolam in conſil. iiij.
col.ij.



colum.ij.verſic.ſed pupillus licet.&
Alexand.in l.j.§. adipiſcimur. ff.de
acquiren.poſſeſ.
v ¶ Poſitio. Adde quid eſt poſſeſſio,
& vnde dicitur, gloſſ. Bart.& Alex.
colum.ij.in l.j.ff.de acquirend.poſſ.
& quot modis accipitur verbũ poſ-
ſeſſio, vide Alexan.conſil.xcv.col.ij.
volum.v.& Paul.de Leaza.ſuper ru
bri. de cauſa poſſeſſ. & propriet.&
ibi Bald.col.j.& gloſ.Cald.& Ludo.
Bologn. in ſecundis interpretation.
in l.regulariter.ff.de petit.hære.vbi
dicunt quadrupliciter reſpectu di-
uerſarum rerum accipi.& Guid.Pa-
pæ in ſuo tractatu ſuper ſtatuto, ſi
quis per literas, in verbo, poſſeſ.
x ¶Opinionem. Adde quòd Bart.in l.
j.col.iij.ff.de acquiren. poſſeſ.dicit,
quòd iura allegata per Dy. hîc non
probãt ſuam opinionem, quòd ſint
duę poſitiones.ſed Alex.ibi, col.xij.
tenet opin.Ioa.& Dy.quòd ſunt duę
poſſeſſiones differentes, & iſtam di
cit cõmunem opin.eſſe, ſed Bart.ibi
dicit, quod triplex eſt poſſeſſio: cũ quo
tranſit ibi Lud.Rom.& Ange. in l.ſi
quis vi.§. differentia. in repet. ff.de
acquir. poſſ. ſed contraria opinio,
quòd non ſit dare tertiam ſpeciem
poſſeſſionis, tenet Angel. Imol. &
Paul.de Caſtr.in d.l.j.& Bald. in l.j.
vij.col.C. vti poſſi. Bald.Ang.& Sa-
lyc.in l.licet.C. de acquiren. poſſ.&
Bald. in rubr. de cauſa poſſ. & pro-
prie.col.j.& ij.& ibi Paul.de Leaza.
y ¶ Ciuilis. Adde an ciuilis poſſeſſio
ſine naturali ſufficiat ad pręſcriben
dum, vel econtrà naturalis ſine ci-
uili, gloſ.Abb. & Doct.in c.cauſam.
de pręſcript. & pulchrè Bart.in l.iij.
§.ex contrario. & ibi Alexan. ff.de
acquir. poſſ. & Felyn. in c. cauſam.
de præſcript.col.penult.verſ.quam-
uis.vbi dicit, quòd in vno caſu ſuffi-
cit naturalis, videlicet in præſcribẽ-
te vſumfructum: nam vſufructua-
rius poſſidet naturaliter, vt l.natu-
raliter.ff.de acquiren. poſ.& de ma
teria vide Archi. in §.j.xiij. quæſt.j.
& Pet.de Anchar.in cap.j.col.vj.de
præſcript. ſuprà eod. lib.& Bald. in
l.ſi vt certo.§. ſi duobus. ff.commo.
& in l. traditionibus. col. iiij. C.de
pact. & in l.cum res.C. de probat.&
Ioan.Fab.in §.penul.inſtit.per quas
perſo. nobis acquir. & an appella-
tione poſſ. ſimpliciter intelligatur
de iure ciuili vel naturali, vide Ale-
xan.conſi.xxviij.col.j. verſic.& tali.
vol.ij.& Bart.& Doct.in l.naturali-
ter.§. nihil commune. ff. de acquir.
poſſ.in v.lect. & Bald.in l.j.C.com-
mun.de vſuca.& Fely.in c.cauſam.
col.vj.verſi. adde etiam.de præſcri.
& in c.iij.poſt princ.de probat. Ad-
de Bald.in l.pen.col.ij.verſ. hæc ra-
tio eſt falſa. C. de condit. inſert. &
omnino in l. mater paulò poſt prin
cip.& in auth.defuncto.col.ij.verſi.
vij.quæſt.eſt.C.ad Tertul.
Adde quòd communis opin.eſt, quòd
ſola ciuilis poſſeſ. ſufficiat ad præ-
ſcribendum, vt latè ſcribit Iaſ.in §.
rurſus.ſuper gloſ. in verſic. Abeſſet.
inſtit.de actio. F. C.
z ¶Abſentem. Adde Abb.& Fely.pul-
chrè in c. vigilanti. de præſcript. &
quis debet probare abſentiam ad
infringendam præſcriptionem, vi-
de ibi, & Angel. in l. emptor.C.de
præſcrip.long.temp.qui dicit, quòd
ei qui allegat. Idem Alexan.conſil.
lxxxviij.col.vlt.verſio.fortius.lib.ij.
& text. & gloſſ.& ibi Bald.& Doct.
in l. fin.C. de præſcript. long. temp.
& Bartol.in l.j.§. ſi quis autem.ff.de
itin.actuq; priuat.& Cepol.de ſerui.
vrban.prædior. c.xxiij. & amplè in
deciſ.Capel.Tholoſ.deciſ.lxxvj.
a ¶ Annos. Adde quæ requiruntur ad
perdendam ciuilem poſſeſſionem,
gloſ. Innoc.& Abb. in c.cum veniſ-
ſent.col.vlt.verſ.vltimo nota de re-
ſtit ſpol.& Innoc. in c.querelam.de
elect.& gloſ.Bart.& Alex.in l.fin.de

eo.§.ſi fortè.ff.de acquir.poſ.& Cy.
Bart.Bald.& Saly.in l.j. C.de ſeruis
fugit.& ſing.per Abb. & Felyn.in c.
vigilanti.col.iiij.verſ.& ideo adde.
de præſcript. vbi ponit quatuor caſus,
& omnes ſupradicti ſequuntur
Dyn.exceptis Imo.& Rom.in d.§.ſi
fortè. quòd inducitur obliuio poſſeſſionis
ciuilis, & præſumitur de
ipſa oblitus per decenniũ. & ſequitur
Bald. in l.fin.C.de his qui à non
domino. ſed Imol. & Roma.dicunt
obliuionẽ biennio per iudicem arbitrandam.
vide Felyn. in d. c. vigilanti.
col.v.verſic. quartus caſus. &
ſic habes, quòd occupãs incipit præſcribere
nõ ſtatim, ſed demum poſſeſſione
ciuili à domino amiſſa prędicto
modo obliuionis decennij, vt
not.hîc Dyn.j.& aliis tribus modis
per Fely.in d.c.vigilanti.notatis.
Adde Specul.in tit.de iuriſd.omn.iud.
verſic.vltimo nota.& in tit.de loca.
§.vj.

## In reg.Peccatum.Arg.

1 *Peccatũ non remittitur, niſi prius ablatum reſtituatur.*

2 *Niſi dictio, quando affirmare dicatur, & quando negare.*

3 *Argumentum à contrario ſenſu lex eſt.*

4 *Cauſa finali ſublata tollitur effectus eiuſdem.*

5 *Pœna nulla eſſe debet, vbi nullum delictum.*

6 *Abſolutus an ſit à peccato, cui remiſſa eſt reſtitutio.*

7 *Solutio & debiti remiſſio æquiparantur.*

8 *Satiſfactum dicitur creditori per quemcunque modum, quem acceptauerit.*

9 *Reſtituere quid ſit.*

10 *Reſtitutio quando facta eſſe fingatur.*

11 *Reſtitutio impoſſibilis nõ obligat, modo adſit reſtituendi voluntas.*

12 *Obligatus quando difficultate excuſetur.*

13 *Reſtituere & tradere ſunt facti.*

14 *Impedimentum ſuperueniens debitori quando eum excuſet.*

15 *Caſus, quem præceſſit culpa, non excuſat.*

## REGVLA IIII.

PEccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

1 ¶ † SI rem meam ſurripuiſti, vel
violenter abſtuliſti, vel aliud à me
a extorſiſti per vſurariam prauitatẽ[a],
non remittitur tibi peccatum : &
conſequenter nec pœna peccati, niſi
reſtituas rem ablatam.& hoc intendit
hæc regula, & probatur.ſ.de vſur.
c. cum tu. & de cenſib.c.ij.& di-
b ctio niſi, [b] ponit, ſicut in c. proximo,
& ff.de vent.in poſſeſſ.mit.l.extraneo.
& de feriis.l.ſi feriatis.& de
cuſtod.reor.l.ij.§.fin.aliquando autem
reperitur quòd negat, ſeu priuat,
vt C. de tranſact. l.iiij. & ff. de
reg.iur.l.quo tutela.in prin. & ideo
2 dicendum videtur, † quod vbi præcedit
oratio negatiua, dictio, niſi ponit,
vt d.l.extraneo.l. ſi feriatis.& l.
ij.§.vlti. & de adimen. leg. l. ſi quis
ita.§.ſi Titio. & de adim.lega.l. Stichus.
§.Titia. & in hoc cap. & ſequ.
ſed vbi præcedit affirmatiua, tunc
negat ſeu priuat, vt d.l.quo tutela.
in prin.ff.eo.de diuerſ.præſcrip.l.de
acceſſionibus.§.vlt. & ad Turpil.l.j.
§.pen. & de iure fiſci.l.iij.§.multa.&
l.non poſſunt.Sed contra hoc videtur.
ff. de regu. iur.l. nemo ex iis. in
prin.vbi priuat & non ponit, & tamen
negatiua præcedit : ſed illa negatiua



æquipollet affirmatiuæ : &
c ideo dictio, niſi, priuat [c], ſicut vbi vera
affirmatiua præcedit. Item contra
prædictam ſolutionem videtur.
ff.de manumiſ.teſtam.l.Titia.§. vlt.
vbi videtur præcedere negatiua, &
tamẽ dictio, niſi, non ponit. Sed ibi
negatiua non præceſſit, ſed ſecuta
fuit : & ideo non videtur habuiſſe
animum concedendi libertatẽ, ſed
potius impediendi: & propter illam
præſumptionem animi impediẽtis
impeditur datio libertatis, arg.ff.de
adim.lega.l. legata inutiliter. & de
cond.& demon.l.cũ tale.§.vlti. Arguitur
ergo à cõtrario, ſi reſtituatur
3 ablatũ, remittitur peccatũ, † cũ arg.
d à cõtrario ſenſu ſumptum ſit lex [d],
vt ff. de teſti.l. ex eo.& de teſtam.l.
4 qui teſtamento.§.mulier. † & cum
ſublata cauſa finali alicuius rei tollatur
effectus, vt ff. de donat. l.ij.§.
vlti.& l.& generaliter.in prin.& de
except.rei iud.l.ij. & de adim.leg.l.
alumnæ.§.Seia liberta:& ſ.de pręb.
c.ſi pauper. lib. vj. Cùm ergo delictum
ſit cauſa finalis pœnæ impo-
5 nẽdæ: † quod patet, quia vbi nõ eſt
delictum, nõ debet eſſe pœna.ff.de
verb. ſign. l. aliud.§.inter mulctam.
C.de pœn.l.ſancimus.& bene ſequitur
ꝙ reſtituto ablato, & ſic reducta
cauſa ad nõ cauſam, remittitur
e peccatum [e]: ſed contra hoc apertè.
ff.de furt.l. qui ea mente. & vi bon.
rapt.l.pen. vbi reſtituta re ſublata,
vel violenter ablata, non remittitur
peccati pœna. Sed illud ſecundum
rigorem iuris ciuilis : ſecus autẽ de
æquitate iuris canonici, quod diui-
6 num imitatur. † Quęri autem ſolet,
ſi fur, vel raptor, vel vſurarius habet
facultatem rei reſtituendæ, ſi fiat ei
remiſſio abſque eo ꝙ reſtituat rem,
an intelligatur à peccato abſolutus?
& quidam dicunt quòd ſit abſolu-
7 tus, † quia ſoluere & cõſequi remiſſionem
eius, quod erat ſoluendum,
paria ſunt.ff.de re iudic.l.iiij.§. ſol-
8 uiſſe.& l.intra dies. † & quia ſatisfactum
accipimus per eum modum
quam creditor acceptauerit. ff. de
pign. act.l. ſi rem.§. ſatisfactum autem.
& quib.mod.pign. vel hypoth.
ſol.l.Item liberatur.in prin. Alij dicunt
quòd non liberatur quis, quia
verbis regulæ inhærendũ eſt in du-
9 bio, cum de peccato agatur. † Reſtituere
autem eſt, rem in primo ſtatu
reponere, vt ff.de vſur.l. videamus.
§.in Fauiana.& ne quid in loco publico.
l.ij.§.vt reſtituas. & de verbo.
ſign.l.cum pretor.& l. plus eſt in reſtitutione.
& l.reſtituere.Non abſur-
10 de tamen dici poteſt, † quòd ſi res
erat reſtitutioni parata, & tunc fiat
remiſſio, quod habeatur perinde, ac
f ſi res eſſet reſtituta [f], & poſtea per
eum cui reſtitutio facta fuit donata
ſit reſtituenti, arg.ff.de donat.inter
vir.& vxor.l.iij.§. ſed ſi debitorem.
& §.vlt.& de iure dot.l.vir ab eo.&
ff.ſi cert.pet.l.ſingularia.circa fin.&
de ſolut.l. ſolutam pecuniam. & de
rei vendic.l.hæc ſi res.aliâs non poteſt
intelligi proprie facta reſtitutio,
cùm quantum ad propriam ſignificationẽ
verborum, aliud ſit remittere,
aliud reſtituere, vt dictum
11 eſt.Sed † ſi non habeat facultatẽ rei
reſtituendæ, tunc eſſet ſibi impoſſibilis
reſtitutio : & tunc ſine reſtitu-
g tione abſoluetur [g]: quia nemo poteſt
ad impoſſibile obligari, vt j.eo.
c.nemo poteſt.& ff.de reg.iur.l.impoſſibilium.
quia ipſa non habendi
neceſſitas excuſatur, vt ff. de mun.
& honor.l.cura.§.inopes.licet fortè
iure ciuili non eſſet excuſatus: quia
naturalis impoſſibilitas nõ perſonę
difficultas debitorem excuſat, vt ff.
de verb. oblig.l. continuus.§.illud.
12 Sed † mihi videtur, ꝙ etiam ſecundum
rigorẽ iuris ciuilis poſſet excuſari.
multum enim refert, vtrum ſit
h in obligatione datio [h], vel factum.

namſi eſt in obligatione datio, &
difficultas perſonæ non excuſat de-
bitorem: vt in §. illud. ſed vbi eſt in
i obligatione factum perſonæ, [i] ca-
ſus contingens in perſona, debito-
rem excuſat, ſiue factum debeatur
ex contractu, ſiue ex promiſſione in
iudicio facta. De contractu patet. ff.
ad leg. Rhod. de iact. l. vlt. §. pen. De
13 iudicio, ſi quis caut. l. ſi is. † Verum
eſt, quòd gloſſatores iuris ciuilis di-
ſtinguũt inter iudicia & cõtractus,
& nihil eſt: quia idem eſt in vtro-
que quantum ad hoc in l. præalleg.
Cum ergo rem reſtituere ſit factũ,
k ſicut etiam rem tradere [k] vt ff. de
verb. obliga. l. vbi autem non appa-
ret. §. qui id. & l. ſtipulationes. §. idẽ
14 puto. ſequitur, † quòd impedimen-
tum ſuperueniens in perſonam de-
bitoris, quod reſtitutionem impoſ-
ſibilem facit debitorem excuſat,
15 † niſi culpa præceſſerit caſum, [l] quia
l tunc non excuſatur propter caſum,
vt ff. ſolut. matrim. l. etiam. §. licet.
Item vbi delinqueret ſub ſpe ve-
m niæ [m] conſequendæ, quia tunc vi-
detur culpa caſum præcedere: &
ideo excuſari non debet, arg. ff. de
dam. infect. l. fluminũ. §. item apud.
& §. Seruius. & de act. & oblig. l. j. §.
is quoque. & commod. l. in rebus. §.
quod autem.

ADDITIO.

a ¶ Prauitatem. Adde quòd reſtituere
tenetur quis id, quod habuit ex fur-
to, rapina, oppreſſione, dolo, vel ca-
lumnia. c. j. xiiij. q. vj. vnde Lucæ xx.
Zachæus dicit: Ecce dimidium bo-
norum meorum Domine do paupe
ribus, & ſi quem defraudaui, reddo
quadruplum. de quo vide Scotum
in iiij. diſtin. xv. q. ij. & idem dicen-
dum in omnibus caſibus in quibus
competit repetitio: & iſtud habet
locum in foro animæ. nam vbicun-
que ius poſitiuum habens concur-
ſum legis, ſeu æquitatis naturalis,
diſponit ſuper repetitione ſeu reſti
tutione faciẽda, talis lex eſt ſeruan-
da in foro conſciẽtiæ: vt notat Abb.
in c. quia plerique. de immuni. eccl.
vbi vide multa alia notanda in hac
materia: & an reſtitutio malè abla-
torum debeat fieri per manus illius
qui tenetur reſtituere, vel per epi-
ſcopum, vide Fely. in c. cum ſit. de Iu
dæ. vbi facit tres concluſiones, &
Bal. in c. j. §. iniuria. col. ij. verſi. quæ-
ro. de pac. tenenda.
b ¶ Niſi ponit. Adde de hac dictione.
Bart. Bal. Salic. & Alex. in d. l. iiij. C.
de tranſact. & Alex. conſil. lxxxvij.
lib. j. & per Io. And. hîc. & in addit.
Spec. tit. de ſponſa. ſuper rub. in ver.
negationem. & gl. in §. j. de iis, qui
in miſ. non con. in verbo. præter. in
Pragmat. Sanct. Adde, quòd Dyn. ait
dictionem niſi, in hoc text. ponere,
reprehenditur à Bart. in l. ſi eum. §.
qui iniuriarũ. col. ij. vbi pleniſſimè
de hac dictione, & quid differat à
particula, ſi non. ff. ſi quis caut. F. C.
c ¶ Niſi priuat. An dictio niſi priuet,
adde nota. per Iaſon. in princip. In-
ſtit. de actio. col. j. nu. 1. & 2. G. S.
d ¶ Sit lex. Facit l. maritus. C. de pro-
curat. & l. cùm prætor. ff. de iudic. &
not. ad aliud Bal. in l. ſi. C. de edend.
col. iij. num. 11. ibi, quintò. ſcilicet quod
regula quæ eſt ad certos caſus limi-
tata, in aliis caſibus intelligitur di-
ſponere totum oppoſitũ. Sed de ar-
gumento à contrario ſenſu, not. cõ-
muniter Doct. in l. j. §. huius rei. ff.
de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. &
in l. cõuenticula. C. de ſac. eccl. G. S.
¶ Adde Dyn. in reg. quod ob gratiã.
in vij. poſſeſ. j. eod. F. C.
e ¶ Peccatũ. Adde an reſtituere rem
raptam proſit raptori ad pœnã eui-
tandam. Ab. in c. j. de dolo & contu.
& in c. olim. in j. de reſtit. ſpol. Albe
ric. in Dictionar. in verſi. reſtitutio.
& opin. Dyn. hîc ſequitur Bart. in
l. qui ea mente. ff. furt. colum. j. in
ſi. quòd



ſi. quòd in delictis locus eſt pœni-
tentiæ. de quo per Bald. in l. j. C. de
plus petit. & in l. ſi quis in ſuo. de
inoffi. teſtam. & Ioan. And. in c. cum
laici. de iure patro. & c. in pœnis. j.
eod. in Mercur. & Alex. in additio.
ad Bar. in d. l. qui ea mente. & Ang.
de Peruſ. in l. ſi non conuitij. C. de
iniur. & magiſtralẽ diſtinctionem
Salyc. in l. j. in j. & ij. col. C. de crim.
ſtel. & Dyn. in ſeq. reg. in j. q. & Pau.
de Caſt. conſil. xxiiij. in antiq. col. j.
& Card. Alex. in c. nunquã. lvj. diſt.
& quæ not. Cyn. Bart. Bald. & Saly.
in l. ſi quis non dicam rapere. C. de
epiſc. & cler. & Bart. & Ang. in §. ſic
igitur in authen. vt iudic. ſine quo-
quo ſuffra. col. ij. & quæ not. Bart.
Bald. Paul. de Caſt. & Alex. in l. quã-
uis. ff. de iureiur. & Dyn. in reg. quæ
contra ius. verſ. ſed contra regulam
vide j. eod. & Doct. in l. quicquid
calore. ff. eo. tit. & Cyn. Io. Fab. in d.
l. ſi non conuitij. & ibi Salyc. &
Deciſ. Capel. Tholoſ. q. ccccix.
f ¶ Reſtituta. Adde quid ſit reſtitue-
re, Abb. in c. querelã. in fin. de elect.
& in. c. præterea. de vſur. vbi ponit
differentiam inter ſatisfacere & re-
ſtituere, & in rub. de reſtit. in integ.
& Bar. in l. qui proprio. §. item quæ-
ritur. ff. de procur. Quotuplex ſit, vi-
de Bart. in l. cum quis. §. ſi quis pro
reo. ff. de ſolut. & in l. j. §. fin. ff. de
quæſt. & ibi vide Alex. in addit. &
Bal. in c. j. & ibi Card. Alex. col. iiij.
Hic finitur lex. & incip. Conſue. Re-
gni. colla. x.
g ¶ Abſoluetur. Adde idem tenet ex-
preſsè Bald. in l. rogaſti. §. ſi tibi.
col. j. ver. quid autem ſi remiſi vſu-
ras vſurario. cum ſeq. q. ff. ſi cer. pet.
& in l. ſingularia. col. iij. eod. tit. &
vide Hoſt. in ſumma de vſur. §. fin.
verſic. quid ſi fœnerator. & ver. quid
ſi vſurarius. & Dom. in c. quãquàm.
de vſur. ſupra eod. lib. Ioan. And. hic
in gloſſ. & in Mercur. tenet contra-
rium. & in addit. Specul. tit. de vſu.
§. & Sed. Sen. in conſil. xviij. incip.
quæſt. talis eſt. & Anchar. & Card. in
conſil. x. ſuper. rub. de vſur. & pul-
chrè Alexan. in conſ. xcj. col. j. & vl-
tim. lib. ij. & Feder. conſil. xxij. &
Laurent. de Rodulp. in repet. c. con-
ſuluit. in j. q. de vſur. vide Roma.
ſing. 281. inci. Regula eſt. col. ij. ver.
colligitur. & Alex. in l. ſi plagij. col.
j. ff. de verb. oblig.
h ¶ Datio. Scilicet quantitatis, vel in
genere, aliàs in obligatione dandi
ſpeciem, difficultas impedit moram
vt tenent. Bart. Alex. & omnes in l.
quod te. ff. ſi cert. peta. vbi Philipp.
Dec. ad fin. idem ſentit in obliga-
tione dandæ quantitatis, & malè vt
ibi in annotat. dixi. C. M.
i ¶ Perſonæ. Adde quod non dimit-
titur peccatum: niſi fiat reſtitutio,
ſi reſtitui poteſt. nam non valens
illicitè rem extortam reſtituere. ex
quo pœnitet, liberatur à pœna æter
na vt no. Abb. & Ioan. de Ana. in c.
cum tu. de vſur. & ſanctus Tho. ij.
ij. quæſt. lxvj. & Ioan. de Anan. in
dict. c. cum tu. tenet Dyn. hîc in ſi. &
quando impoſſibilitas naturalis ſi-
ue difficultas perſonæ excuſet de-
bitorem. vide Bart. Imol. & Paul. de
Caſt. in l. continuus. §. illud. col. ij.
ff. de verbor. oblig. & Dyn. & ibi in
addit. in reg. nemo poteſt. j.
k ¶ Tradere debet. Adde an quis præ-
ciſe teneatur ad factum, Bartol. &
vtrunque Imol. in l. ſtipulationes.
ff. de verbo. oblig. & in l. ſi quis ab
alio. §. ſi. ff. de re iudi.
l ¶ Caſum. Idem tenet in cap. contra-
ctus. nu. 11. j. eod.
m ¶ Veniæ. Adde text. & ibi Abba. in
cap. illud. de cle. excommu. & iſtud
induxit Iaſ. in §. fin. colum. iij. verſi.
xj. fallit. inſtitur. de act. quòd is qui
ſub ſpe ceſſionis bonorum contra-
hit, non admittitur ad ceſſionem
bonorum, vt tenet ibi Ioan. de Pla-

tea.& bene facit quod not. Bar. in 3.
l.j.§.j.fin.ſi quis teſtament. lib. eſſe.

## In reg. Peccati venia. Argumenta.

1 *Correctio mentalis, id eſt contritio requiritur, vt venia peccati concedatur.*

2 *Soluuntur facilius, quæ ligantur facilius.*

3 *Ligatur quis facilius iure diuino quàm humano.*

4 *Cogitatio ſola peccati pœnam non meretur iure ciuili.*

5 *Correctio triplex eſt, & quæ diffiniatur earum quælibet.*

6 *Ius ciuile quid in peccatis attēdat.*

## REGVLA V.

PECCATI venia non datur: niſi correcto.

¶HÆC regula concordat cum
proxima præcedenti: quia ſicut in
præcedenti non remittitur pecca-
1 tum, niſi reſtituatur ablatum: † Ita
hîc non remittitur peccatum, nec
peccati pœna, niſi interueniat men
talis correctio, id eſt animi pœni-
tentia & cordis contritio: his enim
interuenientibus datur peccati ve-
a nia. [a] Sed quæritur, cur de iure ca-
nonico propter ſolam pœniten-
tiam, id eſt cordis contritionem, da
tur peccati venia, & non de iure ci-
uili? vt ff. de ædil. edict. l. quis ſit
fugitiuus. & de furt. qui ea mente.
cum ſimilib. Reſponſio eſt aperta:
2 † quia ea, quæ facilius ligant, faci-
lius diſſoluunt: ſeu quæ facilius li-
gantur, facilius diſſoluuntur: vt ff.
eod. l. nihil tam naturale. & l. fere. &
de ſol. l. prout quiſque. & de reſcin.
3 vend. l. emptio. † Conſtat autem
quòd de iure diuino facilius quis
ligatur: quia ſola mentis cogita-
tione, ſi modò fuerit huius propoſi
ti quòd occaſione data, id quod co
gitauit, cõmiſſurus ſit, vt ff. de ver.
ſign. l. fugitiuus. & ideo per contra-
riam animi pœnitentiam, & cordis
contritionem, cõſequitur remiſſio-
nem peccati, & pœnæ pro peccato
4 imponendæ. † iure autem ciuili
per ſolam animi cogitationem ad
actum non procedentem pœnam
quis non meretur, vt d. l. fugitiuus.
& de pœnis. l. cogitationis. & ideo
ſola cordis cõtritione veniam non
conſequitur. Correcto, id eſt, pœni-
tenti, & cordis contritionem ha-
5 benti. † correctio enim triplex [b]
b reperitur: vna verbalis, alia realis,
tertia mentalis. tamen nec verba-
lis, nec realis prodeſſent, niſi men-
talis interueniat quę ad Deum, cum
ad cor tantum reſpiciat Deus, &
quantum ad peccati commiſſio-
nem, & quantum ad commiſſi re-
6 miſſionem conſequendam: † [c] iu-
c ra verò ciuilia quantum ad com-
miſſionem conſyderant factũ con-
currens cum animo: & non factum
tantùm ſine animo, quia voluntas
& propoſitũ maleficia diſtinguunt,
vt ff. de furt. l. qui iniuriæ. & de ſicar.
l. infans. & l. diuus. nec animum ſi-
ne facto conſiderant. vt d. l. fugi-
tiuus. & l. cogitationis.

### ADDITIO.

a ¶Venia. Adde Cardin. Alexan. in c.
denique. in prin. iiij. diſt. in fi. vbi di-
cit eſſe ibi gl. limitantem hanc reg.
quòd procedit in venia culpæ: ſe-
cus in venia pœnæ, quod non eſt
idem. not. Alber. de Roſ. in Dictio-
nario in ver. venia. licet Dy. hîc vi-
deatur ſentire contrarium, quòd
correctus cõſequatur remiſſionem
pœnæ, de quo dixi. s. in reg. præced.
b ¶Triplex. Adde Abba. in c. cum ex
iniuncto, de hæret.
c ¶Conſequendũ. Adde ſing. Cyn. &
Bald. & Salic. in l. ſi quis non dicam
rapere. C. de epiſ. & cler. Bart. in l. j.
in princ. ff. de extraor. crimi. & Bart.
pulchrè in conſil. ccxvij. & Alex. in
l. j. §. fin. ff. quod quiſque iuris. & Sa-
li. in l. is qui cùm telo. C. de ſicar. &
Abb. in c. j. de præſumpt. & Doct. in
c. perpetuo. ſuprà de elect. eo. lib.
Bal. & Ang. Are. in §. itē lex Corne-
lia. inſtit. de publi. iudi. & Bar. in l. j.
§. diuus. & l. diuus. ff. ad l. Corn. de
ſicar. ſignanter per Felyn. in d. c. j.
de præſump. poſt do. Ant. & Imol. &
Fely. in tract. ſuo de conatu, quē po-
ſuit poſt ti. de ap. vbi ponit in dictis
locis regulã, quòd conatus ſine effe
ctu pœnam meretur, & etiam octo
fallen. Et quid in ſtatutis maleficia
punientibus, vide per Doct. ſuprà al
le. & Paul. de Caſt. in conſil. xxvij. in
antiq. col. ij. verſic. dicet aliquis, &
ad prædicta vide Lud. Bolo. in l. in
executione. §. quæcunque. ff. de ver.
oblig. in ſecundis interpretationi-
bus. Qua pœna puniatur ille, qui re
pertus eſt in domo animo furandi,
non tamen proceſſit ad actum, vide
Bart. in l. qui ea mente. ff. de furt. &
Bald. in d. l. ſi quis non dicam rape-
re. & Ant. in cap. j. de eo qui mit. in
poſſeſ. cauſa rei ſeruand. & Archid.
in cap. qui bona. xvij. q. j. vbi dicunt
per tex. in l. ſaccularij. ff. de extraor.
crim. quòd regulatur vel ad opus
traditur: ſed ibi Lud. Bolog. tenet cõ
trarium: ad not. hic vide Bal. in con
ſil. xxiiij. vol. iiij. & Cardi. Alex. in c.
omnes xxij. diſt. & Bal. in conſ. xxx.
lib. ij. & in conſi. lviij. col. vij. verſi.
item quę inſti. lib. j. & in conſ. xxvij.
lib. ij. Et an conatus puniatur in ci-
uilibus ſicut in criminalibus, dic
quod non, vt not. gloſſ. & Bald. in
l. ſi conſtiterit. C. fin. regund. & Fely.
in cap. cum acceſſiſſent. col. xvj. in
Dec. conſil. xxxiij. & in conſi. xxxvj.
Adde inquantũ. Alleg. Fely. in tract.
de conatu. poſt tit. de app. quòd nũc
per modernam impreſſionem poni
tur poſt tit. de ſponſa. & de hac ma-
teria vide omnino Panor. in cap.
adoleſcens. & quod ibi poſui in ad-
dit. ad ipſum. in verſic. conſumma-
tum. nu. ij. de ſpon. vbi pono quid
de hoc caſu in foro fori, & in foro
poli. & Rom. ſing. cccxx. incipiente,
iudex capiens pecuniam.



## In reg. Nemo poteſt. Argumenta.

1 *Promittens quod eſt natura impoſſibile non obligatur.*

2 *Promittēs impoſſibile de facto non obligatur.*

3 *Obligari nemo poteſt ad id, quod natura, facto, vel iure eſt impoſſibile.*

4 *Præceptum aut etiam autoritas ſententiæ neminem poteſt ad impoſſibile obligare.*

5 *Confeſſio continens impoſſibile natura, facto, aut iure, non eſt obligatoria.*

6 *Legis autoritas ad impoſſibile non poteſt quemquam obligare.*

7 *Obligari an poſſit quis ad impoſſibile ratione vltimæ voluntatis vel contractus.*

8 *Promittens impoſſibile an obligetur naturaliter.*

9 *Obligatio naturalis oritur ex conſenſu. & nu. 11.*

10 *Contrahere nemo præſumitur ſciēter ſuper re impoſſibili.*

12 *Obligatio an fiat inutilis per impoſſibilitatem.*

13 *Condictio impoſſibilis quando vitiet obligationem.*

14 *Impoſſibilitas ſuperueniens nõ vi-*
*tiat obligationem in vltimis vo-*
*luntatibus.*
15 *Promittens impoſſibile ſub pœna,*
*an obligetur ad pœnam.*
16 *Obligatio occaſione delicti contra-*
*cta extinguitur, ſicut & delictum*
*morte ſerui.*

## REGVLA VI.

NEMO poteſt ad impoſ-
ſibile obligari.

1 ¶† SI promitto alicui dare quod
eſt impoſſibile de natura dari, vt ſo
lem, lunam & ſtellas, non obligor,
vt ff. de ver. obli. l. ſi ſtipuler. ij. reſp.
Item ſi promitto facere id, quod im
poſſibile eſt de natura fieri: vt cœ-
lum digito tangere, vel cœlũ aſcen-
2 dere, vt d. l. ſi ſtipuler. j. reſp. †. Item
etiã ſi promitto id, quod eſt impoſ-
ſibile de facto: vt montes Alpium
vltra mare deferre, arg. ff. de ſtatu.
a lib. l. cùm hæres. §. j. Item [a] ſi ſtipu-
lor id, quod eſt impoſſibile de iure:
vt rem ſacram mihi dari, vt inſti.
de inuti. ſtipu. in prinĩci. & ff. de ver.
oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.
& l. ſi ſtipuler. §. item quod lege. In-
3 tendit ergo regula dicere, † quòd
b nemo poteſt obligari [b] ad id, quod
de natura, de facto, vel de iure eſt
impoſſibile. & hoc in contractibus.
idem in vltimis voluntatibus: quia
nec autoritas vltimæ volũtatis, quę
excedit autoritatem contractuum,
vt ff. eo l. in teſtamentis. poteſt ad
impoſſibile aliquo de prædictis mo
dis obligare. arg. ff. de leg. j. l. ſi quis
inquilinos. §. vlt. & l. ſeruo alieno.
§. vlti. & l. apud Iuliam. §. conſtat. &
de cõdit. inſtit. l. quidam. & l. filius.
& l. quæ ſub conditione. Et idem in
4 ſententiis & præceptis, † nam nec
autoritas ſentẽtię, nec præcepti po-
teſt aliquem ad impoſſibile obliga-
re, vt ff. quę ſent. ſine appell. reſ. l. vl.
5 j. & ij. reſpon. † idem in confeſſio-
nibus, quia confeſſio continens im-
poſſibile de natura, de facto, vel de
iure, non eſt obligatoria, vt ff. de in
ter. action. l. confeſſionibus. §. & ſi
cum. & l. ſeq. §. in totum. & ad leg.
6 Aquil. l. inde Neratius. §. vlt. † Nun-
quid autẽ legis autoritas poteſt ad
impoſſibile obligare? dicendum eſt
quòd non, quia lex debet eſſe poſſi-
c bilis & honeſta, [c] aliàs pro non le-
ge eſt habenda, vt in ca. erit autem
7 lex. iiij. diſt. † eſt ergo effectus iſtius
regulæ generalis, videlicet vt nec
autoritate contractus, vel vltimæ
voluntatis, nec ſententiæ, nec præ-
cepti nec confeſſionis, nec legis
poſſit aliquid ad impoſſibile obliga
ri, ſaltem ciuiliter: quia huius obli-
gationis effectus per canones & per
leges improbatur, vt hîc, & ff. eod. l.
8 impoſſibilium. an † autem ſaltem
naturaliter obligetur ex vigore cõ-
tractus vel vltimę voluntatis impoſ
d ſibilitatem continentis? [d] quod pri-
9 ma facie videtur, † quia conſen-
ſus adeſt: ergo naturalẽ obligatio-
nem parit, cùm naſcatur ex con-
uentione ſeu conſenſu, vt ff. eod. l.
cum amplius. §. is natura debet. &
de ſolut. l. Stichũ. §. naturalis. Econ-
tra videtur mihi, quòd naturaliter
10 etiam non obligetur. † primò, quia
conſentire non videtur ſuper re im
poſſibili ſcienter contrahendo vel
diſponendo, vt ff. de act. & oblig. l.
non ſolùm. Secundo quia ſi igno-
ranter contrahat, aut diſponat cre-
dens poſſibilem, quæ erat impoſſibi
lis, videtur error adeſſe: igitur & cõ
ſenſus abeſſe, vt ff. de iuriſdi. om. iu
dic. l. ſi per errorem. & ff. de iud. l. ij.
& C. de iur. & fact. ignor. l. cum te-
11 ſtamentum. & l. non idcirco. † Er-
go deficiente conſenſu non cõtra-
hitur obligatio naturalis, quæ ſolet
ex con



ex conſenſu procedere. Item quia
in regula iuris, impoſſibilium nulla
eſt obligatio. ff. eo. ponitur ſignum
vniuerſale negatiuũ. & poſito quòd
non poneretur, indefinita æquipol-
let vniuerſali, cùm in qualibet ſpe-
cie obligationis impediẽdæ ſit ea-
dem ratio, vt ff. de leg. ij. l. ſi pluri-
bus. in prin. & l. ſi ita relictum. & di-
ctum eſt ſ. in gl. rubr. Sed opponitur
& videtur, quòd quis poſſit ad im-
12 poſſibile obligari, & † quod impoſ-
ſibilitas non reddat obligationem
inutilem: ſed reddat eandẽ de præ-
ſenti puram & vtilem, vt ff. de cõd.
inſt. l. j. & de cond. & demon. l. obti-
nuit. cũ ſim. ſed dicendum eſt, quòd
aut impoſſibilitas adiicitur in mo-
dum conuentionis in contractibus,
vel diſpoſitionibus in vltimis vo-
luntatibus. aut in modum cõditio-
nis: ſi in modum conuentionis, vel
diſpoſitionis. verbi gratia, quia pro-
mitto vel lego rem, quam impoſſi-
bile eſt dari, tunc impoſſibilitas im-
pedit omnẽ ſpeciem obligationis
contrahi: & ita loquitur regula hìc,
& ff. eo. l. impoſſibilium. & de verb.
oblig. l. ſi ſtipuler. j. ij. iij. & iiij. reſp.
13 † Sed ſi in modum conditionis: ver-
bi gratia, quia promitto vel lego, ſi
cœlum aſcendas, vel digito tangas:
& tunc, aut iſta cõditio impoſſibilis
ponitur in contractibus, aut in vlti-
mis voluntatibus. Si in contracti-
bus, aut affirmatiuè, aut negatiue. ſi
affirmatiuè, vt quia promitto ſi cœ-
lum digito tãgas, reddit contractũ
inutilẽ: ſi negatiuè, vt quia promit-
to, ſi cœlum digito non tangas, va-
let contractus: & quia affirmatiua
eſt impoſſibilis, ideo negatiua, quæ
eſt eius cõtraria, eſt poſſibilis & ne-
ceſſaria, & facit contractũ de præ-
ſenti valere, & obligationem parit.
vt ff. de verb. obl. l. impoſſibilis con-
ditio, & ita debet intelligi. ff. de act.
& obl. l. non ſolũ. & patet apertè in-
ſtit. de inutil. ſtip. §. ſi impoſſibilis.
ſed in vltimis voluntatibus: ſi qui-
dem negatiua, idem quod in con-
tractibus: ſi affirmatiua, aut erat om
ni tẽpore impoſſibilis, aut à princi-
pio poſſibil. primo caſu aut erat ad-
iecta in perſona id eſt ei9 cui aliqd
in teſta. adſcriberet. & tunc habetur
pro non adiecta, & relictum valet,
vt patet in d. l. obtinuit. de condi. &
dem. & l. j. de condit. inſtitut. & ibi
not. ſi in perſona onerati, id eſt ejus
cui onus præſtationis in vltima vo-
luntate imponitur: vt quia damno
hæredem. x. dare, ſi cœlũ digito tan
gat: tunc reddit relictum inutile, vt
14 inſti. de leg. §. vlt. ſed † ſi erat ab ini
tio poſſibilis, & ex poſtfacto deue-
nit ad impoſſibilitatẽ, relictũ valet,
& ſola impoſſibilitas remouetur, vt
ff. de leg. j. l. ſi mihi. §. ſi quis ſeruos.
15 † Quid autẽ ſi in conuentione ap-
ponatur aliquid impoſſibile, & ſi id
non fiat, detur pœna quã poſſibile
eſt præſtari, an ſaltẽ obligatio con-
trahitur in pœna? verbi gratia, pro-
mitto dare hominẽ mortuum: & ſi
nõ dedero, promitto. x. nomine pœ
næ: vel promitto dare certũ homi-
nẽ viuũ, & ſi non dedero, promitto
dare decẽ nomine pœnæ. & homo
poſtea moriatur ante moram. Gloſ
ſatores Iuris Ciuilis aliquando de-
terminant, & malè, quòd pœna cõ-
mittatur, per l. in illa ſtipulatione ſi
calen. ff. de ver. ob. aliquando deter
e minant & bene [e] quòd ſtipulatio
non cõmittatur ad pœnã, vt de ver.
oblig. ſi homo mortuus. & l. in illa.
ſtipulatione. nil facit ad propoſitũ,
quia ibi incipit ſtipulatio pœnalis
à præcedenti conditione, & ideo
interitu illius rei, quæ nõ eſt in obli
gatione, non potuit liberari poſſeſ-
ſor: ſed in propoſito incipit à præce
dẽti cõuentione: & ideo ſi res ſit in
terẽpta à principio, pœna nõ debet
cõmitti: quia rei impoſſibili fuerat
adie

adiecta. item ſi moriatur poſt promiſſioné, & ante moram, non committitur pœna, quia interitu rei, quę in obligatione erat, contingéte ante promiſſoris moram, liberatur à principali, & à pœnæ promiſſione, vt d.l. ſi homo mortuus. & ibi not. Sed contra hanc determinationem videtur, ff. de noxal. l. ſi ad libertaté. §. ſi quis. nam ibi ſeruus non erat in obligatione, ſed æſtimatio dáni. vt ff. de re iud. l. miles. §. decé. & tamen eius interitu cõtingit liberatio. ſed ibi eſt in obligatiõe æſtimatio pro-
13 pter delictum ſerui: † ſicut ergo delictum morte ſerui delinquétis extinguitur, ita & obligatio delicti occaſione contracta. Dyn.

ADDITIO.

a ¶ Item. Adde quòd quæ contra leges bonóſve mores ſunt, habentur pro impoſſibilibus: intãtum vt nec iuramento confirmétur, ſecundum Dyn. in c. Non eſt obligatorium. infrà eodem. F. C.

b ¶ Obligari. Adde an & quando impoſſibilitas vitiet, Bar. in l. j. ff. de hæred. inſtit. & in l. ſi. ff. ſi cert. pet. & in authen. ſi quando. C. de conſtit. pec. impoſſibile ſimpliciter poteſt deduci in obligationem, ſi hominis prouiſione deducatur ad poſſibilitaté & l. fin. §. ſi inter eos. ff. de verb. obl. & ibi Lud. Bolog. in ſecundis interpret. de quo vide per Bart. in l. continuus. §. illud. ff. de verb. obli. & ibi quæ ſit impoſſibilitas, & multa alia circa materiá: & quæ not. Dyn. ſ. in reg. peccatum. & ibi in pen. addit. & quotuplex ſit, per Bartol. in l. j. ff. de condit. inſtit. & ibi multa notanda dicit in materia, & in l. impoſſibilis. & ibi Alexand. ff. de verbo. oblig. & pulchrè Ang. Aret. in §. ſi impoſſibilis. inſt. de inutil. ſtip. & Bal. & Imol. in d. l. j. ff. de cond. inſtit. & Bald. in l. vnica. in x. opp. C. de iis, quæ pœnæ nomine. & in l. ab adminiſtratione. C. de leg. & in c. j. §. ad hæc. verſ. extra quæro hîc finitur lex Corra. col. x. & in conſi. xxix. col. ij. verſic. quia impoſſibile vol. iij. & Chriſt. Por. & ibi Iaſ. in addit. in d. §. ſi impoſſibilis. & Card. Alexan. in c. ab exordio. col. ij. xxxv. diſtin. & Abb. in c. cùm eſſes. col. xj. de teſta. & Bal. in l. iiij. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. & Cyn. in l. non moriturum. C. de contrah. & commit. ſtip. & Ioan. Fab. in §. ſi. inſtit. de leg. Paul. de Caſt. & Soci. in l. obtinuit. ff. de cond. & demonſtr. & Calde. in conſi. vj. tit. qui filij ſint legit. & Ang. in conſi. cxix.

c ¶ Honeſta. Adde Card. Alexan. in c. erit autem. iiij. diſt. col. j. & ij. & ibi dicit Car. quòd nedum eſt impoſſibile illud quod eſt contra legem, vt dicit gloſſ. in c. gratia. de reſcript. ſ. co. lib. & Inn. in c. paſtoralis. de cauſa poſſeſ. & proprie, ſed etiam quòd eſt cõtra conſuet. vt c. erit auté lex.

d ¶ Continentis. Adde quòd ex conditione impoſſibili non naſcitur ciuilis, nec naturalis, text. & ibi Bart. in l. ſi ſub impoſſibili. ff. de fideiuſſo. & quòd non naſcatur ex contractu vel teſtaméto contra legem celebrato, vide Ang. & Alexan. in l. ſi certis annis. col. ij. verſic. ij. limitat notab. Ang. C. de pact. Bar. in l. cum lex. col. ij. verſic. his præmiſſis. ff. de fideiuſ. & Ant. & Imol. in c. cum cõtingat. de iureiu. & not. ꝙ filiusfam. accipiés mutuum contrahit contra ſenatuſcõ. Maced. & pariter mulier intercedens, contra Velleia. & tamen obligantur naturaliter & ciuiliter, licet adiuuentur exceptione, vt eſt text. & ibi gl. ſuper verbo, petitio. in l. j. in princ. & ibi Bart. ff. ad Maced. & Iaſ. in repet. l. frater à fratre. col. xx. poſt princ. ff. de cond. indeb. vide Dyn. & ibi in addit. in regul. vlt. verſi. de re ad rem.

e ¶ Bene. Adde quòd idem tenet Cyn. in l. non moriturú. C. de contrahen. & commi. ſti. & Bart. & Alex. in l. ſi homo mortuus. ff. de verb. oblig. ſequendò ibi gl. & Bart. Bald. & Alex. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cogun. reprobando ibi gloſſ. & Socin. in l. obtinuit. col. j. prope ſin. de condit. & demonſtr. ff.



## In reg. Priuilegium. Argumenta.

1 *Priuilegium mariti ne condemnetur vltra quàm facere poteſt, non egreditur eius perſonam.*

2 *Priuilegium patris, patroni, & militis, ne condénetur, &c. extinguitur cum eorum perſona.*

3 *Beneficium reale prouenićs ex perſona rei principalis competit etiam fideiuſſori.*

4 *Beneficium perſonale nõ extenditur ad fideiuſſores.*

5 *Beneficiũ reſtitutionis minori non decepto dolo aduerſarij conceſſum nõ competit fideiuſſoribus, licet ad eius tranſeat ſucceſſores.*

6 *Beneficium Velleiani tranſit ad hæredes mulieris.*

7 *Beneficiũ perſonæ conceſſum, quando cum perſona extinguatur.*

8 *Cauſa finali ceſſante ceſſat effectus, & ea durante durat quoque effectus.*

9 *Priuilegium quãdo extinguatur, eo extincto cui conceſſum eſt.*

10 *Priuilegiũ rebus conceſſum, trãſit ad ſucceſſorem.*

11 *Priuilegium cõceſſum generi perſonarum non competit deſcendentibus ex fœminis.*

12 *Priuilegium ciuitati vel loco conceſſum ad poſteros transfertur.*

13 *Priuilegiũ conceſſum actioni aut cauſæ non tranſit ad ſucceſſores.*

## REGVLA VII.

PRIVILEGIVM perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

¶ POTEST poni exemplum hu-
1 ius regulæ in priuilegio, † quod datur marito, vt cõdemnetur inquantum facere poteſt, deducto ne e-
a geat.[a] nam perſonam mariti ſequitur, & cum perſona mariti extinguitur, & ideo hæres mariti extraneus inſolidum condemnatur, non habita ratione ne egeat. vt ff. ſolut. mat. l. maritum. & l. ſeq. & de re iud. l. & ſi fideiuſſor. §. ſi maritus. & in l.
2 ſciendum. † idem in priuilegio perſonali, quod datur patri, & patrono, & militi, vt condénentur inquã-
b tum facere[b] poſſunt, vt ff. de re iud. l. ſunt qui in id. & l. patronus. & l. ité miles. & l. miles. quia perſonam ſequitur, & cum perſona extinguitur, vt ff. de regu. iur. l. priuilegia. & l. in omnibus. iij. & de cenſib. l. iij. §. vlt. Sed opponitur & videtur priuilegiũ cum perſona non extingui, ſed ad ſucceſſorem tranſire: conſtat enim beneficium reſtitutionis, quod datur minori, perſonale eſſe: quod ſic
3 probatur, † Omne beneficium reale prouenijens ex perſona rei principa-
4 lis competit fideiuſſori: † beneficiũ autem perſonale proueniés ex perſona rei, ad fideiuſſorem non extenditur: vt ff. de except. l. exceptiones quæ perſonæ. in prin. & §. rei autem.
5 † ſed beneficium reſtitutionis in integrum cõpetens minori, & non decepto aduerſarij dolo, non competit fideiuſſoribus, eo caſu quo creditor eſt habiturus regreſſum contra aliũ, vt d. l. exceptiones quæ perſonæ. iu-

næ.in ſi. & ff.de min.l.in cauſæ.j.&
C.de fideiuſ.min.l.j.& ij.ergo ſequi
tur ipſum perſonale eſſe: & tamen
iure cauetur q̃ non extinguitur cũ
perſona,ſed ad hæredes trãſit, vt ff.
c de in integ.reſt.l.non ſolum.[c] .&de
minor.l.minor autem.§.nõ ſolum.
&l.interdũ. & C. de temp. in integ.
reſt.per.l.ea quæ.ergo videtur regu
6 la falſa.†Idem in beneficio Vellei.
quod competit mulieribus pro aliis
intercedentibus,quia & ipſum per-
ſonale,& tamẽ cum perſona nõ ex-
d tinguitur, ſed ad hæredes tranſit, [d]
vt C.ad Velleia.l.hęredes.Sed dicẽ-
7 dũ eſt,†q̃ aut perſona eſt proxima
& immediata cauſa beneficij perſo
nalis, vt patet in marito,patre, pa-
trono,& milite, de quibus ſuperius
dictum eſt.& tunc beneficiũ perſo-
e næ[e] cũ perſona extinguitur,vt hîc,
& ff.eo.l.priuilegium.& l.in omni-
bus. aut perſona nõ eſt proxima &
immediata cauſa,ſed læſio,vt eſt vi
dere in perſona minoris,qui in inte
grum reſtitui petit, cui non conce-
ditur reſtitutio, licet probet ſe mi-
norem,niſi probet de læſione:vnde
læſio eſt proxima cauſa reſtitutio-
nis cum perſona minoris,vt proba-
tur,ff.de iureiu.l. nã poſtea.§.ſi mi-
nor.& de minorib.l. quod ſi minor.
§.non ſemper. & l.nõ omnia.& tũc
beneficium perſonale nõ extingui-
tur cum perſona. vt d.l.non ſolum.
& l.interdũ.Ratio autem prædicto-
f rum eſt aperta:quia [f] primo caſu ex
tincta perſona extinguitur cauſa fi-
nalis priuilegij:in ſecundo extincta
perſona,non extinguitur cauſa fina
lis priuilegij cõcedendi:& ideo pri-
g uilegium non expirat [g],iuxta regu
8 lã qua cauetur, † ceſſante cauſa fi-
nali,ceſſat effectus: & non ceſſante
cauſa,durat effectus,vt ff.de donat.
9 l.ij.§.vl.& l.& generaliter.†Vltimo
h loco [h] circa materiã regulæ poteſt
plenè diſtingui:quia aut priuilegiũ
i conceditur perſonæ [i],aut concedi-
tur rebus, aut generi perſonarum,
aut ciuitati,vel,loco aut cauſæ. Pri-
mo caſu, aut perſona eſt proxima
cauſa priuilegij cõcedendi & tunc
cum perſona extinguit᷑ priuilegiũ,
vt ff ſol.matr.l.maritũ.& l.ſeq.& de
re iud.l. ſciendum. & l. & ſi fideiuſ-
ſor.§.ſi maritus.& C.de excuſ.mun.
l.maximarum. lib.x.& ibi not.& ff.
de iure immun. & l.j.§. perſonis.&
hîc. Aut verò perſona eſt cauſa re-
mota,& alia proxima,& tunc priui
legiũ nõ extinguitur cum perſona,
vt ff.de in integ.reſtit.l.non ſolùm,
& de mino.l. minor autem.§.ſi.& l.
ſeq.&C.de temp.in integ.reſt.per.l.
10 ea quæ.ad Velleia.l.hæredes. † Se-
k cundo caſu, [k] ſcilicet quando con-
ceditur rebus tranſit ad ſucceſſorẽ
in eandem rem,ſiue ſuccedat titulo
vniuerſali,ſiue titulo ſingulari:vt ff.
de aqua quot. & æſti.l.j.§.permitti-
tur.& de cenſi.l. ætatem.§.rebus.&
ar.ff.de ſerui.ruſt.pręd.l.via.§.quæ-
11 cunque.Tertio caſu†quando cõce-
ditur generi perſonarũ,hoc expreſ-
ſo vel intellecto,q̃ ad poſteros trã-
ſeat ad ſuccedẽtes per lineam ma-
ſculinam, non autẽ ad deſcẽdentes
per lineã fœmininã tranſit, vt ff.de
iure immun.l.j.§. vlti. & l.immuni-
tates. & de mune.& honor. l.vaca-
12 tio.†In quarto caſu,id [l] eſt,quando
l conceditur ciuitati vel loco, cum
ſemper idẽ populus videatur: vt ff.
de iud.l.proponebatur. ita concedi
videtur q̃ ad omnes in eadem ciui
tate vel loco ſucceſſiuè habitantes
perpetuò extendatur, vt de cenſi.l.
13 forma.§.quanquam.†Quinto caſu,
ſcilicet quando conceditur cauſæ,
vt eſt videre in cauſa depoſiti, & ſi-
milibus,nõ extinguitur cũ perſona,
ſed tranſit ad ſucceſſores, vt ff.eo.l.
in omnibus.& l.priuilegia.Dyn.

ADDITIO.

a ¶ Egeat.Adde Bart.& Doct.moder.
præcip



præcipuè Franc.de Aret.in l. mari-
tum. ff. ſolut.matr.& ipſum Dyn.in
§.ſunt præterea.inſtit.de act.&Ale.
ting.in d.l.maritum qui ponit regu-
lam,quòd maritus non conuenitur
niſi inquantum facere poteſt, & vi-
ginti vnam fallẽ.& vide Ang. Aret.
& Iaſ.Ioã de Plat.& Ioan.Fab. poſt
Nico.de Neap.in §. item ſi de dote.
inſtit. de actio.& Ang.de Peru.in l.
non ſolum. ff. de re iud.& Lud.Bol.
in l.& ideo.§.j.ff. rerũ amot. in ſuis
primis interpre.antiquis.& an huic
priuilegio poſſit renuntiari ſoluto
matrimonio,vide per Lud.Bolo.in
l.eum qui.§.ſi mulier. ff. de iureiur.
& adde ipſum in l. ſi filio. ff. ſolut.
mat. & in l. etiam eod. tit. & Cyn.
in l. vnica. §. cùm autem. C. de rei
vxor.actio.& Alex. in l. non tãtum.
ff.de re iud.& Felyn.in c.quæ in ec-
cleſiarũ.col.xxv. ante med. de con-
ſtit.& Soci. in tract.de reg.& fallen.
reg.cclvij.
b ¶Facere. Adde Doct. in iuribus hic
alleg.& in §.ſunt præterea.& §.ſed
& ſi quis inſtit.de actio.& quod di-
citur in milite armatę militię,idem
in clerico cœleſtis militiæ milite:
vt not.gl.in l.miles.& ibi Bar.Ang.
& Matthe.notab.lxj.incip.no.quòd
clerici.& Io.Bapt. de ſancto Seuer.
in tract. de debitor.ſuſpect.& fugi.
in q.v.& deciſ. Cap. Tholoſ. deciſ.
ccxlvj.&Abb. in ca. olim.de reſtit.
& in c. j. de cler. ægrot. & latius in
c.Odoardus. & ibi Andr. Barb.col.
ij. de ſolut. vbi dicit idem dicẽdum
in aduocato & tenent Ang.Alex.&
Lud,Bolog. in ſecundis interpreta-
tionibus per gloſ.quam faciunt ibi
ſingularem in d,l.miles.de re iudic.
& ibi Alex, allegat aliam gloſſam.
& ibi Bartol. in l.j.§. eſt & alius.ff.ſi
quis à par.fue.man.& idem Cyn.&
Salyc. in l. j. col. v.C.de iur.& facti
ign.vbi hoc limitant non habere lo
cum in priuilegiis cõceſſis ratione
præſumptæ ignorantiæ iuris: quia
turpe eſt doctori ius ignorare in
quo verſatur. l. ij. §. Seruius autem
Sulpitius.ff.de orig.iur.pro quo di-
cto eſt tex.& ibi Cyn.Card. Bald.&
Doct. Mod. in l. j. C. qui & aduer.
quos in integ. reſt.& in l. poſſeſſio.
& ibi gl.& Ioan.de Plat.C.de mun.
patrim.lib.x.& vide Doct. maximè
Alc.in l.ij.quod quiſq; iu.facit. tex.
in l. aduocati.C.de aduoc.diuer.iu.
Adde Anch.in rep.c.ſi propter.col.
vj.de reſcript.Panor.in c.j.de cleri.
ægrot.Iaſon in l.quamuis.col.ij.cir-
ca med. C. de iur. & facti igno. &
Abb.conſi.xciij.incip.an quòve hę-
redum.lib. ij.& ibi poſui in apoſtil-
la ad ipſum.
c ¶L. non ſolùm. Adde ibi Bart. qui
ponit vnum caſum, in quo priuile-
giũ reſtitutionis non tranſit ad hæ-
redem minoris:& alium caſum vi-
de etiam per gloſ.& Bar.in l.pater-
fam. ff. de priuil.credit.& Bart.in l.
interdum. ff. de minorib. qui ſequi-
tur ſolut.Dyn hic.
d ¶Tranſit.Adde Cyn.& Bal.in l.hæ-
redes.C.ad Velleian.& Bald.ſequi-
tur Dyn. & ponit vnam diſtinct. &
vide Dyn. in reg. is qui in ius. infrà
eodem.
e ¶Perſonæ.Ad de quòd priuilegium
quamuis perſonale trahitur ad per-
ſonas acceſſorias & familiares,
quãdo ſine illis redderetur inutile.
c.licet.§.cum conceditur.& ibi glo.
ſuprà eod.lib.de priuil. F. C
f ¶Quia.adde quòd interdum rema
net priuilegium,licet ceſſet cauſa fi
nalis, vt in priuilegio inducto pro-
pter numerum filiorum,vel ratione
dignitatis.notat Deci.in l.in omni-
bus cauſis.vbi nu.17.& 18.ff.e. F.C.
g ¶Expectat.Adde Dyn.ſ.in reg.pec-
catum.num.4.
h ¶Loco.Adde pulchrè Bart. Bald.&
Alex. ſing. in l.quia tale.ff.ſol. mat.
glo.celebrem,& ibi Io.de Plat.in l.
ſordid

ſordidorum.C.de excuſ.mun.lib.x.
& Bart.in l.pen.ff.de ſerui.leg.& in
l.j.& ibi Alex. in addit. ff. de conſt.
prin.& Bald.in l.fi. in noua lectura,
eod.tit.col.j.& Ang. Are. Io.Fab.&
Iaſ.in addit.ad Chriſtoph. Porc. in
§.Sed & quod prin. placuit.inſti.de
iure natu. gent. & ciui.& Alberi. in
Dictionario, in ver.priuilegium.&
Bald. in l.hæredes.C.ad Velleia. Et
quomodo cognoſcitur, an ſit reale
vel perſonale, vide per Bar.s.& in l.
apud Iulianum. §. ſi quis alicui. &
Alex.col.j.ff.de leg.j.& per gloſſ.&
Doct.in c.cum veniſſent.de inſti.&
glo.xxv.q.ij.in ſumma.& Io.Andr.
Pet.de Anch.& Philip.Franc.hic.Et
quid ſit priuilegium, vide per Fely.
in c.ex literis.in prin.de fide inſtru.
& ad ſupradicta omnia vide Spec.
tit.de inſtr. edi.§.xj.per totũ.& Bal.
conſil.cccv.lib.vj.quod eſt pulchrũ
in hac materia:& Pet.de Anc.conſ.
cccxxxviij.& Alex. conſil.cj.col.ij.
lib.j.verſi.ij.obſtat etiam.& per Al-
ber.de Roza.in opere ſtatut.in j.par
te.q.x.& Bald.in.l.Gallus.§.quidam
rectè.col.vlt.verſic. ſed quid in du-
bio. ff. de liber.& poſthu.& Bart.in
diſput. ſua incip. Piſanæ ciuitatis.
col.vj.& Bar.& ibi ſing.Alexand.de
Imo.in addi.in l.j.§.fi.ff.de iure im-
mun.& Ang.Aret. inſtit. de grad.§.
v.gradu.in fin.& Bal. in fi.& Bal. in
repet.c.ſi pater.de teſtamentis.s.co.
lib.vj.

i ¶Perſonæ.Adde quòd in dubio pri
uilegium præſumitur perſonale.gl.
in ſumma xxv. q. ij. & Iaſ. in l.ſi ſic
ſtipulatus.ff.de verb.oblig.

k ¶Secundo caſu. Adde Dec. in l. in
omnibus cauſis.num.15.ff.eod.

l ¶In quarto caſu. Adde Dec. in d.l.
in omnibus cauſis,num.16.

## In reg.Semel malus.
## Argumenta.

1 *Calumniatus in prima accuſatio-*
*ne, præſumitur calumniari in ſe-*
*cunda.*
2 *Malus ſemel, præſumitur malus*
*ſemper.*
3 *Præſumitur ex præterito in præſẽs*
4 *Bonus quilibet præſumitur, niſi*
*contrarium probetur.*
5 *Status rei præſens verus vel præ-*
*ſumptus attenditur.*
6 *Veriſimilius in dubio ſequẽdũ eſt.*
7 *Poſteriora prioribus derogant.*
8 *Immutabilia quæ dicantur per na-*
*turam.*
9 *Poſſeſſor olim non præſumitur ho-*
*die poſſidere.*
10 *Malitia eſt perſonæ eam commit-*
*tentis annexa.*
11 *Morum malorum cõtinuatio con-*
*ſiſtit in animo.*
12 *Poſſeſſio auferri poteſt abſque vo-*
*luntate poſſidentis.*

## REGVLA VIII.

SEMEL malus, ſemper præ-
ſumitur eſſe malus.

¶EXEMPLVM huius regulæ ſu-
mi poteſt ex l.ſi cui.ff.de accuſ.§.iiſ
1 dem.vbi dicitur, quòd qui calum-
niatus fuit in accuſatione prima, ca
lumniari præſumitur etiã in ſecun-
da.Idem ex l.non omnes.§.à Barba
ris. ff. de re mili. vbi dicitur, quòd
ſi miles male ſe habet in militia nõ
eſt ei plus credendum: quia non eſt
veriſimile, ꝙ in futurũ bene ſe ha-
2 beat. †Ex quibus legibus progredit̃
a iſta generalis reg. ꝙ ſemel malus[a]
ſemper præſumitur malus. & huius
regulæ & exẽplorũ eius ratio eſt ge
3 neralis, †quia de præterito præſumit̃
b in præſenti,[b] C.de prob.l.ſiue poſſi-
detis.& ad exhib. l. non ignorabit.
¶Sed cõtra regulã & exẽpla, videtur
4 præſumptio iuris & naturæ ꝗ[a] †qui
libet

c libet præſumitur bonus[c], niſi probe
tur malus, vt C.de inof.teſt.l.omni-
modo.& ff.de leg.ij.l.cùm quidã.&
l.cum pater.§.rogo.Sed dic, ꝙ acci-
dens naturæ cõtrariũ remouet effe-
ctum præſumptionis naturæ:& ideo
ex tempore accidentis naturæ con-
trarij ſemper iudicari debet, tan-
quam conſtitutus in quaſi poſſeſſio
ne malitiæ, quæ procedit ex illius
accidentis malitiæ actibus naturæ
5 contrarij: † Quia quælibet res ſe-
cundum præſentẽ ſtatum verum, vel
ex præcedentibus, vel præſentibus
præſumptum iudicatur: ſiue ſit acci-
dens naturæ cõtrarium, vt ſeruitus,
vt.ff.de liber. cauſa l. ſi cui. §. licet.
& l.liberis.§.pen.& C.de ſeruis ex-
por. l. moueor. & de ingen. man.l.
pen.& ſuprà, de ſent.excõmu.c.ſi iu
dex.lib.vj.Siue accidens ſecundum
naturam. vt ætatis incremẽtũ, & li-
bertas perſonæ, vt ff.de minor.l.mi
nor.xxv.ann.adito præſide ex aſpe-
ctu.& C. de teſta.l.j.& de ſenten.l.ſi
arbiter.& inſtit. de teſtamen. §. te-
ſtes. Siue præter naturam, vt digni-
tas, & cõditio perſonæ militãs, vt ff.
de offic.prætor.l.Barbarius.& loca.
l.ſi ignorãs & de iniur.l. item apud
Labeonẽ.§.ſi quis virgines.Sed op-
ponitur quòd ſi naturæ præſumptio
ſit, quemlibet bonũ eſſe, vt dictum
eſt: præſumptio autẽ malitiæ proce-
dit ex actibus naturæ contrariis, er-
go magis ſequi oportet præſumptio
nem naturæ, quam naturæ contra-
6 riam: quia veriſimilior eſt, † & in
dubiis veriſimiliora ſequenda ſunt,
vt infrà eod.c.inſpicimus in obſcu-
ris.& ff.de reg.iur.l.ſemper in ſtipu-
lationibus.& de teſtib.l.ob carmen.
7 §.ſi teſtes.†Sed dicendũ videtur, ꝙ
poſteriora prioribus derogant, vt ff.
de adimen. leg. l.iij.§.vlt.& de iure
codicil. l. diuus. §. licet, & ideo po-
tius ſtandum eſt præſumptioni con
tra naturam ex poſterioribus pro-
cedentem, quàm præſumptioni na-
turæ præcedentis. Item opponitur,
quod ſi de natura eſt, quemlibet bo
num eſſe, ergo eſt immutabile, vt
inſtit. de iure natur.§.ſed naturalia.
& de capi.dimin.ff.l.eas obligatio-
nes.ergo per actus ſubſequẽtes non
8 eſt poſſibile tolli.†Sed dicendũ vi-
detur, quòd quædam procedunt ex
neceſſitate, ſeu ex quadam neceſſa-
ria conſtitutione iuris naturalis, &
illa ſunt immutabilia, vt in contra-
riis: quædã vero ex præſumptione,
vt aliquẽ bonum eſſe:& illa tollun-
tur per facta cõtraria præſumptioni
naturæ: quia in incertis, non certis
locus eſt coniecturis, vt in l. con-
tinuus.§.cũ ita.ff.de ver.oblig.Item
9 opponitur, † quòd qui olim fuit in
poſſeſſione vel quaſi alicuius rei, nõ
d præſumitur eſſe hodie[d] vt plenè de
terminatur.C.de proba.l.ſiue poſſi-
detis.ergo qui fuit in actu quaſi poſ
ſeſſionis malitiæ, non debet præſu-
10 mi eſſe hodie. † Sed dicendum eſt,
ꝙ malitiæ vitiũ connexum eſt per-
ſonæ cõmittentis malitiam, & ideò
præſumendũ eſt, quòd ſemper con-
comitetur perſonã: poſſeſſio autem
alicuius rei nõ cohæret perſonæ, &
ideo non eſt præſumẽdum perſonã
concomitari. Sed contra hoc eſt,
quia etiam alicuius rei poſſeſſio vel
quaſi perſonæ cohæret: quia animo
cum corporeo actu quæritur. ff. de
acquir. poſ.l.iij.ij.reſpon.& in §. in
amittenda.& l.clàm poſſidere.§.qui
ad nundinas.& l. ſi id. §. quod au-
tem. quare ergo magis præſumitur
animi perſeuerantia in cõtinuatio-
ne malorum morum, quàm in con-
tinuatione poſſeſſionis vel quaſi al
terius rei:& ſi dicatur quod poſſeſ-
ſio & quaſi poſſeſſio conſiſtit in re-
bus ſeparatis à corpore poſſidentis
11 & quaſi poſſidentis, † continuatio
verò malorum morum conſiſtit in
animo, dici poteſt ꝙ etiam poſſeſ-

ſio alterius rei conſiſtit in animo,
vt d.§.in amittenda.in prin.& C.de
acquir.poſ.l.licet. Licet res poſſeſſa
& quaſi poſſeſſa extra corpus & ani
mam diſcernatur. Itē & vitium con
ſiſtit in animo: vt l.ob quę.§.animi.
ff.de ædil. edict. de homine tamen
pręſumitur per actus extrinſecos &
extra animū declaratos, vt C.de in-
iur.l.ſi nō conuitij.& de ſicar. l. j. &
de tutor.& curat.dat. ab iis qui.l.iis
qui.§.diuus Pius.& argu.de condit.
inſtit.l.quidam. Sed mihi videtur ꝙ
12 ratio ſit: † quia poſſeſſio auferri po
teſt facto alterius: etiā ſine concur-
ſu ſpontanei animi poſſidentis, vt
patet ff.de vi & vi arma.per totum.
ideò de præterito non pręſumimus
in præſenti. Vitium autē animi au-
ferri nō poteſt per aliū, ſine corre-
ctione animi delinquentis: & ideo
ſemper præſumitur cōtinuata quaſi
poſſeſſio in exiſtētia malitiæ ſi con
trarium nō probatur. & ad hoc ten-
dit huius reg. concluſio, Dyn.

ADDITIO.

a ¶Semel malus. Adde an ſemel ma-
lus ſemper præſumatur malus. Bar.
in d.§.iiſdem.col.ij.verſi. venio ad
ſecūdam partem. & intellige quòd
malus præſumitur malus in eodem
genere mali, ſecundum Bartol in l.
Caſſius.ff.de ſenat.& vide Bartol.in
l.ſi prius. in iij.& v. op. iij. partis.ff.
de no.oper.nuntia.& Bald.in l.fi.ff.
de hæred.inſtit.& Alex.in conſil.v.
col.iij.in prin.j. colum.& tex.& ibi
Bart.& Ioann.de Plat.in l. Athletas
C.de Athletis lib.x.facit quod not.
Bal. in c. j. de feu. dato in vicem. l.
commiſſ.& Inno.in c. ſuper his.de
accu.& quod voluit gl.iuncta theo
rica, Abb.ibi in c.propoſuit.de cler.
excom.miniſtr.vbi not.ex illa gloſ.
quòd ſemel excōmunicatus, præſu-
mitur excommunicatus, niſi probe
tur abſolutus. de quo per Alex. in
addit.ad Bald.in l.ex perſona.C.de
proba.limita hanc regulam ſecun-
dum Barb.in c. teſtimoniū. de teſt.
in fin.& Corſet.in ſuis ſingul.in ver.
præſumptio, quòd ſi aliquis fuit ſe-
mel ſuſpectus & malæ vitæ, licet de
facili nō præſumatur mutatio vitæ
de malo in bonū, ſi poteſt probari
quod ille qui olim fuit malæ vitæ,
nunc per tres annos continuos, ſeu
à tribus annis citra, probetur fuiſſe
bene conuerſus & bonæ vitæ, quòd
pręſumitur purgatus & emendatus:
& per hoc ceſſabit ſiniſtra ſuſpitio
mali. elegans eſt tex.in auth. de mo
nachis.§ hinc autē. verſic. attamen
ſufficit. & ibi Ang. & expreſſe tenet
Lud.de Roma.in conſi.ccxxxv.col.
ij.vbi dicit, quòd propter deſiſten-
tiam ab iniquo viuēdi genere, & re-
uerſionem ad bonum, quis fingitur
nouus homo, adeò ꝙ fingatur nun-
quam fuiſſe talis qualis erat tempo
re malæ vitæ, vt c.terrum.50.diſt.&
idem tenet Fely.in c.cū deputati.in
princ.de iudi.& Io.Fab. in inſtit. de
inoffic.teſta.verſic. ſcortis.& Card.
Alex. in c. legem.col.vlt.liij. diſtin.
per tex.& gloſ.in c.j.xvij.q.ij. adde
Bald.hîc, in conſ.lxxix.col.ij.verſic.
pręſumitur vol.iij.& Bald.in l.j.§.fi.
ff.de magiſtr.conuen.& quando ex
præſenti paupertate quis præſuma-
tur retro pauper, & ſit facienda pręſ-
ſumptio de præſenti ad pręteritum,
vide Bartol. & pulchrè ibi Bald. &
Alex.in addi. ad Bart.in l.ex perſo-
na.C.de prob.& Bald. in l. ſiue poſ-
ſidetis. eo.tit.& Bal.in l. non igno-
rabit. C. ad exhib. in l. ſi quis.& ibi
Alex.in addi.C.de adult.& per Bal.
in conſil. lxviij.verſic.non quando a
lib.j.& Ang.Aret.& Iaſ.in §.ſic ita-
que.col.iiij.inſtit de act.& etiā præ-
ſumatur in futurum, vt not.Bald.in
l.iiij.C.ſi vendit.pign.agatur. Et an
ex vnico actu iudicetur quis malus
vel bonus. Ioan.Fab. in §. cúmque
Deo, col. ij. inſtit. in procem. & ibi
Ang.



Ang.Aret.& per Bart.& Doct.ſuprà
in locis allegatis. Et bonus ſemper
præferatur malo emendato, vide
Fely.in c. eam te.col. viij verſ.limi.
iij.adde Abb.poſt Doctor.in c.cum
inter canonicos. col.iiij. de elect.&
Specul.de præſumpt.§.iij.verſi.pen.
& aliquid per Bald.& Doct.in c.fin.
de præſumpt.& Cyn.in d.l.ſiue poſſi
detis.& Bald.in l. Caſſius. de ſenat.
& Felyn.in d.c.fi.de præſumpt. & in
d.c. teſtimonium.col. xj.verſi.in gl.
in verbo, emendatus. de teſtibus.&
omnino hic, Petr.de Anch.& Phil.
Franc.& Saly. in l.ſi minorem.C.de
in integr. reſtitut.minor.& Paul.de
Caſt.in l.qui iuraſſe.§.fi.in fi.ff.de iu
reiur. & Alex.in conſil. xlvij.col.v.
verſic.& ſi diceremus.lib.j. & Bald.
conſil.cij.verſi. non obſtat.lib.iij.&
glo.Archid. & Card Alex.in c.mul-
tis.xliiij.diſt.& vide Alex.in l.j.col.
vj.verſic.ſimiliter.ff.ſi cert.pet.& Fe
lyn.in c. cum in iure.col.j. in princ.
de offic.deleg.vbi ponit quinque li-
mitationes ad regu.quæ vult, quòd
quilibet præſumitur bonus: & Hip-
poly.in ſing.lxxvij.

Ego puto quòd voluit allegare Hip-
poly.ſing.lxxiiij.incip.tu habes re-
gulam vulgariſſimam. dixi in apo.
ad Bald.in d.l. non ignorabit.nu.5.
verſi. vnde ſemel inimicus.in verb.
ſemel hęreticus.de quo vide omni-
no Franc.Aret.in l.in ſubſtitutione.
col.v.ver.ſed contra præmiſſa.ff.de
vulg. & pupil. & Bart. Socin. in ſuo
tract. fallen.reg. xxxix.vbi ampliat
& limitat hāc reg.& Alex. de Imol.
conſil.v.col.iij.vol.j.

Adde hanc regulam procedere in ea-
dem qualitate delicti, alioquin ſe-
cus: & ideò ſi quis alias aliquē ver-
berauit, non faciet talis verberatio
præſumptionem contra illum quo
ad homicidium in perſonam alte-
rius commiſſum, vt notab.declarat
Thom.Gramma. in dictis. xxv.nu-
mero 7.vide Hippoly.conſil.xv.nu-
mero 9.vol.j. F. C.

b ¶ Præſenti. Ita facit ad hanc regul.
quòd qui fuit aliquo tēpore furio-
ſus, nūc etiam præſumitur furioſus,
ita etiam in poſterum, vt plenè no.
Alex.in l.is poteſt. col.iij.verſ.item
inquantum.ff.de acquiren.hered.&
in l.furioſum.C. qui teſtamen.face.
poſſunt. G. S.

c ¶Bonus. Fallit quādo agitur de præ-
iudicio tertij. Philip.Dec. in c.pru-
dentiam. col.vij.de offic.delega.&
conſil.cccccxxviij.num.3.quibus in
locis in annotat.dixi. Andr.Alciat.
tract.de pręſumpt.reg.iij.pręſumpt.
ij.num.2. C. M.

d Hodie. Adde vltra Doct.in d.l.ſiue
poſſidetis. Bald. Aretin. & Iaſ.in §.
ſic itaque.in glo.ſi apparet.inſtit.de
action. F. C.

## In regulam, Ratum.
### Argumenta.

1 *Ratam habens vulnerationem cle-*
*rici, non eſt ob id excommunica-*
*tus.*
2 *Pater non tenetur gerenti negotia*
*filij per ſimplicem ratihabitionem,*
*niſi peculio tenus.*
3 *Ratū habere nō poſſum quod meo*
*nomine non eſt geſtum.*
4 *Ratihabitio venditionis rei meæ,*
*quam venditor ſuo nomine diſtra*
*xit, quid operetur. & nu.6.*
5 *Errans in ratihabitione non præ-*
*iudicat ſibi in ſuo iure.*
7 *Error cauſæ an impediat dominij*
*tranſlationem.*
8 *Falſa cauſa non vitiat legatum,*
*ſicut nec falſa demonſtratio.*
9 *Debitorem ſe credens dominiū pe-*
*cuniæ transfert quā tradit, quam*

*tamen condictione indebiti recuperabit.*

10 *Falſa cauſa perimit legatũ, ſi defunctus aliàs legaturus non fuerat.*

11 *Vendens rem meam ſuo nomine quãdo mihi ad pretium teneatur.*

12 *Locupletari cum aliena iactura non videtur, qui cauſam non lucratiuam habet.*

13 *Vendens rem alienam quando ad pretium teneatur.*

14 *Pater vel dominus quando ratihabitione teneantur ex contractu filij vel ſerui. & nu. 17.*

15 *Seruus in contrahẽdo domini perſonam repræſentat.*

16 *Filius repræſentat patrem.*

18 *Pater cõuentus nomine filij, cuius eſt legitimus adminiſtrator, an caueat iudicatum ſolui.*

19 *Hæres an poßit habere ratũ quod nomine defuncti eſt geſtum. & numero 21.*

20 *Hæres eadem perſona cum defuncto fingitur.*

22 *Prælatus an poßit ratum habere quod geſtum eſt prædeceſſoru nomine.*

23 *Prælatus in dubio eccleſiæ præſumitur quæſiuiſſe.*

## REGVLA IX.

RAtum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.

1 ¶ † SI vulneraſti vel occidiſti clericum nomine tuo, & ego cuius nomine tactum nõ fuit ratum habui,
non ſum innodatus vinculo excõmunicationis: quia quod meo nomine non eſt geſtum, ratum habe-
a re non poſſum [a], vt ſupra de ſenten. excommu. c. cum quis. lib. vj. Aliud autẽ exemplum traditur de iure ci-
2 uili: † Pone, quòd geſſiſti negotium filij mei, cõtemplatione ipſius filij, licet habeam ratum, non propterea teneor tibi, niſi eo modo quo tenerer ſi ratum non haberem: id eſt, ad quãtitatem peculij: quia quod meo nomine nõ eſt geſtum, non poſſum habere ratum. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ibi, nam & ſi ſeruum, &c. Item pone, ꝙ filius meus rogauit rem precario nomine ſuo, licet ratum habeam, nihilominus teneor interdicto de precario peculio tenus, ſicut tenerer ſi ratum non
3 haberem, eadem ratione, † quia nõ meo nomine geſtũ non poſſum habere ratum, vt ff. de precar. l. ſi ſeruus. eadem ratione dici poteſt, ꝙ ſi occidiſti hominẽ nomine tuo, vel aliud cuiuſcunq; generis delictum commiſiſti, vel cõtractum celebraſti nomine tuo, & ſi ego habeo ratum, nõ teneor: quia quod nomine meo geſtum nõ eſt, ego nõ poſſum
b habere ratum [b], vt propterea propter ratihabitionem ſim obligatus, vel poſſim agere cõtra alium, vt in c. & l. præalleg. & argu. à contrario ſenſu ſumpto. ff. de calum. l. ij. in fin.
4 Quid † ergo ſi rem meam vẽdidiſti nomine tuo, & pretium percepiſti, & ego habeam ratũ, quid operabitur ratihabitio? videtur quòd nihil, ſecundũ tenorem iſtius regulę, quia
5 non nomine meo geſtum &c. † Sed dicunt quidam, & bene, quòd ſi habui ratum quaſi vendideris nomine meo, cũ vendideris nomine tuo, & tunc nihil præiudicat mihi, quia videor in cauſa ratihabitionis erraſſe, & propterea nõ conſenſiſſe, vt C. de iur. & facti ignor. l. cum teſtamen-



6 tum. & l. non idcirco. † ſed ſi ratum habui, quia vendidiſti nomine tuo, non habiturus ratum ſi ſcirem me pretium petere non poſſe, ratihabitio non inducit actionem neg. geſt. quia nomine meo non eſt geſtũ, vt d. §. ſed ſi ego. facit tamen
c me dominium [c] perdere, vt C. de rei vend. l. mater. agam tamen contra poſſeſſorem: & ſi excipiatur de ratihabitione, potero replicare de dolo, argumen. ff. de pact. l. ſi cum te. in
7 princ. tamen † contra hoc videtur manifeſtè, quia iure cauetur quòd error cauſæ non impedit tranſlationem dominij, vt ff. de acquiren. rerum domi. l. cum in corpus. Item
8 † alio iure cauetur, quòd falſa cauſa & falſa demonſtratio non vitiat
d legatum [d]. ff. de cond. & demonſt. l. demonſtratio. in prin. & l. falſa. in prin. nec ergo debet impedire con-
9 firmationẽ dictæ vẽditionis. † Item quia iure cauetur, ꝙ ſi trado rem, ſeu pecuniam credens me debitorem, cùm non ſim, transfero dominium, & datur condictio indebiti, vt per totum tit. de cond. indebiti. ff. & C. ſed dicendum de rigore iuris dominium transferri. verùm quia error probabilis nõ debet erranti nocere: ideò contra poſſeſſorẽ excipientem conceditur replicatio doli, vt d. l. ſi cum te. quia nõ erat ratum habiturus, niſi credidiſſet ſibi competere per ratihabitionẽ actionem negot. geſt. ad pretium, & ideò meritò da-
10 tur replicatio: † quia & in legatis falſa cauſa vitiaret legatum, ſi teſtator aliâs legaturus non foret, vt ff. de condi. & demonſtr. l. cum tale. §. falſa: arg. de hæredib. inſtit. l. fin. Sed opponitur & videtur, quòd vẽditionem rei meæ licet nõ meo nomine factam ratam habere poſſum, & per ratihabitionẽ competit mihi actio negotiorum geſt, vt C. de rei vendi. l. mater. & de rebus alien. non alien.
l. j. ff. de negot. geſt. l. fin. & ſi certum
11 pet. l. ſi cum ſeruum. † Sed dicẽdum, ꝙ aut ille qui vendidit rem meam nomine ſuo & pretium percepit, habebat cauſam à me, aut ab alio, aut à nullo: ſi habebat cauſam à me, cõpetit mihi actio ad pretium etiam re extante, vt ff. de condict. indebit. l. ſi non ſortem. §. libertus. & in l. in ſumma. §. ſi ſeruum. ſi ab alio, aut habebat cauſam lucratiuã, aut non lucratiuam: ſi nõ lucratiuam, etiam re perempta non tenetur ad pretiũ, niſi culpa vel mora ſua interceſſit. ff. de rei vendit. l. Iulianus ſcribit, ſi
12 hominem. † Ratio autem eſt: quia quando habet cauſam non lucratiuam, non videtur locupletari cum aliena iactura: quia tantum ſibi adeſt. argu. inſtit. de lega. §. ſi res aliena. & ff. de leg. j. l. planè. §. quòd ſi rẽ emiſſem. ſed ſi habebat cauſam lucratiuam, tũnc in ſubſidium, id eſt, re perempta vel præſcripta tenetur mihi ratum haberi ad pretium perceptum actione nego. geſt. vt de negot. geſt. l. fin. & ſi cert. pet. l. ſi eum
e ſeruum. In tertio caſu [e], ſcilicet quando à nullo habet cauſam re extante, & ſi ratum habeo, nullo modo tenetur: quia quod meo no-
f mine non eſt geſtum [f], ratum habere non poſſum: ſed conſulitur mihi contra poſſeſſorem ad rem in ſubſidium: tamen re perempta vel præſcripta conſulitur mihi ratum habenti ad pretium perceptum act. neg. geſt. vt ff. de negot. geſt. l. vlt. & C. de rei vendit. l. mater. & de rebus
13 alien. non alien. l. j. & hoc † ſi is, qui vendidit, erat bonæ fidei poſſeſſor: aliâs tenetur ad iuſtum pretium, & non liberaretur ſoluẽdo acceptum: vt ff. de petit. hæred. l. ſi poſſeſſor. §. fin. Item contra exempla in principio poſita, & contra verba regulæ
14 videtur: quia l. cauetur, † quod ſi pater vel dominus ratũ habet con-

traⅽtum à filio vel ſeruo celebra-
g tum,obligatur inſolidum g.ff.quod
iuſſu.l.j.§.ſi ratum.& de in rem ver.
l.ſi res.§.penult.ergo ratum habere
poteſt quod non ſuo nomine ge-
ſtum eſt; & aliter obligatur: quia ſi
ratum non haberet, teneretur de
peculio tantùm: & ratum habendo
tenetur inſolidum. Solutio, dicunt
Gloſſ. Iuris Ciuilis quòd aut aliquis
habet ratum contraⅽtum ſerui vel
filij, & tunc tenetur inſolidum, vt
d.§. ſi ratum. cum d.l.ſi res.§. quod
ſeruus. aut habet ratum cõtraⅽtum,
vel quaſi ab alio celebratum no-
mine filij vel ſerui: & tunc ratiha-
bitio nihil operatur, vt in d.l.ſi pu-
pilli, quæ ſolutio tolli poteſt per l.
ſi ſeruus.ff. de precar. nam ibi con-
traⅽtus precarij celebratus erat ab
ipſo ſeruo. & tamen dominus ra-
tum habens tenetur de peculio tan-
tùm. Sed dici poteſt à volentibus
ſolutionem iſtam ſuſtinere, quòd
in l. ſi ſeruus. textus non exprimit,
quòd dominus ratum habuerit, li-
cet suppleatur per gloſſ. & ideo re-
manet valida ſolutio prima: ad cu-
15 ius confirmationẽ accedit: † quòd
ſeruus perſonam domini repræſen
tat: vt ff.de optio.lega.l.ſi Pamphi-
16 lo. † Item filius repræſentat h per-
h ſonam patris,inſtit.de inutil.ſtipul.
§.poſt mortem.& C. de impuber.&
aliis ſubſtitut.l. fin. & ideò ſi ratum
habuerit quod eſt geſtum à filio,
vel ſeruo,ipſius filij vel ſerui nomi-
ne, ratũ habere videtur illud, quod
quadam iuris præſumptione geſtũ
eſt nomine ſuiipſius: ſed & per hoc
ſi ratum habeat geſtum ab alio no-
mine filij vel ſerui,dici poteſt quòd
ratum habere videtur quod geſtum
eſt nomine ſuiipſius. & ideò debe-
ret obligari per talem ratihabitio-
nem, ſicut ſi ratum haberet quod
ſui patris vel domini nomine geſtũ
eſſet,quod tamen falſum eſt, vt di-
ⅽta l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ibi, nam
17 & ſi ſeruum. Et † ideò verior ſolu-
tio videtur, quòd aut ratum habet
tanquam pater,aut tanquam filius,
aut dubitatur. Primo caſu tenetur
inſolidum: vt ff. quod iuſſu.l.j.§.ſi
ratum. & de in rem verſo. l.ſi res.§.
quod ſeruus. in ſecundo caſu nihil
operatur ratihabitio, vt ff. quod
cum eod.l.j.§. fin. in tertio, idem,
quòd non operetur ratihabitio. ff.
de precar. l. ſi ſeruus. & præallegat.
§.ſed ſi ego. Sicut alias diſtingui-
tur: aut facit illud tanquam pater,
vel tanquam alius,vt ff.de adoptio-
18 ne l.ſi pater.§.qui duos.† Idem pa-
tet quando conuenitur pater no-
mine filij, quia eſt adminiſtrator
legitimus, vt C.de bon. matern.l.j.
releuatur à cautione iudicatum ſol-
ui. C. de adminiſtrat. tut.l.fin.§.de-
fenſionem. ſed quando defendit fi-
lium tanquam alius, neceſſe habet
cauere iudicatum ſolui.ff. qui ſatiſ-
dare cogan.l.filiusfamilias.& ita ſo
let notari.C.de bon. quæ liber.l.fin.
i §.vbi autem. i & facit ad prædiⅽtam
ſolutionem confirmandam.ff.ſolu.
matri. l. ſi verò.§. item quicquid.&
de acquir. hæred.l. ſi quis non. cum
19 multis ſimilibus.† Quæri autẽ poſ-
ſet & debet an hæres poſſit habere
ratum quod geſtum eſt nomine de-
functi? & ſi cõſideremus veritatem,
id eſt, quòd verè eſt alia perſona,
iuxta verba regulæ,non poterit ha-
bere ratum. Item quia iure cauetur
expreſſe, quòd bonorum poſſeſſio-
nem petitam nomine defunⅽti hæ-
res non poteſt ratam habere, vt ff.
de bonor. poſſeſſ. l.iij.§. acquirere.
in fin.& ff. rem ratam haberi. l.ſi is
cui.& l.bonorum. Econtrà, ſi con-
20 ſideremus fiⅽtionem iuris, † quod
fingit perſonam hæredis eandem
cum perſona defunⅽti.ff.de vſucap.
l.hæres. & in auth.de iureiur. quod
à mor.præſt.in princ.dicemus quòd
poſſit



poſſit habere ratum quod geſtum
eſt nomine defunⅽti. Item quia ex-
preſſe iure cauetur,quòd hæres po-
teſt habere ratum quod geſtum eſt
nomine defunⅽti.ff.rem ratam ha-
beri.l.ſi ſine. §. ſi procuratori.Dicẽ-
k dum eſt, k † quòd aut agitur de eo
21 iure quod non eſt agnitum per de-
funⅽtum, quod non ſolet ad hæ-
redem tranſmitti:& tũc hæres non
poteſt habere ratum quod geſtum
eſt nomine defunⅽti, vt in d.l.iiij.§.
acquirere. & hoc apertè per verba
illius text.colligitur, vt d.l.ſi is cui.
& l.bonorum.ff.rem ratam haberi.
Sed ſi agatur de eo iure,quod etiam
non agnitum per defunⅽtum ad hæ
redes tranſit, tunc hæres poteſt ha-
bere ratum, vt in præalleg.l.ſi ſine.
22 §. ſi procuratori. † Item quæri po-
teſt an ſucceſſor prælati poſſit habe
re ratum quod geſtum eſt nomine
l prædeceſſoris. l Et dicendum vi-
detur,quòd aut eſt geſtum nomine
prælati, tanquam ſingularis perſo-
næ,aut cõtemplatione eccleſiæ,aut
dubitatur. Primo caſu non poteſt
habere ratum per verba iſtius regu
læ & eius ſimilis, niſi eo caſu quo
eccleſia prælato ſuccederet, quia
tunc idem ſeruaretur quod diⅽtum
eſt fore ſeruandum in hærede ſu-
prà in proxima q. Secundo caſu po-
teſt habere ratum: quia adhuc du-
rat eccleſia:cuius perſonam repræ-
ſentat prælatus ſecundus ſicut &
primus. In tertio caſu præſumendũ
eſt in dubio eccleſiæ cõtemplatio-
ne geſtum, & prælati miniſterium
ſolùm inſertum.ff.de annuis leg. l.
annua.§.j.& de condit.& demonſt.
l filiæ.& ideo ratum habere poteſt.
23 † Item quia quæſita per prælatum
m in re dubia quæruntur eccleſiæ, m
vt in auth.de eccl.ti.§.interdic. Dy.

ADDITIO.

a ¶Poſſum. Adde an in deliⅽtis ha-
beat locum ratihabitio,vide in ſeq.
reg.& quæ ibi dico.& Bal.in l.quid
ergo.in princ.ff.de iis qui not. infa.
& in l.j.§.ſi procurator. ff.ſi quis ius
dicen.non obtem.& Paul. de Caſt.
conſ. cclxxij. & Lud.Bolog.in l.j.§.
quoties ſecundis interpr. ff. de vi
& vi arm. & Doⅽt. in c. cum quis.§.
de ſent.exc.eod.lib.& Ang.Aret. in
tra.Malefic.in gl. Sempronijũ man-
datorem.verſic. nunc quindecimo.
& ibi in addit. per Auguſt. & Bern.
Landrian.& Albe. de Gãd. in traⅽt.
Malefic.titul.de furib.col. iij. verſi.
ſed pone quòd aliquis meo nomi-
ne, vt dicit, fecit furtum,&c. vbi li-
mitat ratihabitionem non habere
locum in deliⅽtis quæ non poſſunt
per alium explicari, vt adulterium
& ſimilia perſonæ cohærẽtia.vide
Franc.Aret.in conſil.clxv.
b ¶Ratum. Adde ad iſtam reg.& no.
per Dyn.Bar.& Bald.in d.l. ſi pupil-
li.§. ſed ſi ego.& Bart.poſt gl. in l.j.
C.ſi in commun. eadémque cauſa.
Inno.in c.Meſſana. cũ ſeq. de eleⅽt.
& Bal.omnino in l.ei qui.& ibi Bal.
C.quod cum eo qui in alie.pot.& in
l.j.eo. tit. & Bal.in l.j.C.qui admit.
ad bon.poſſ.per glo.& Bart.in l.j.C.
de iis qui à non domino ma.& in l.
mater.C.de rei vend. & in l. ſi cum
ſeruum. ff. ſi cer. pet.& ibi Alex. &
Lud.Bolog.& ſingulariter Lud. Bo-
log.in l. ſicut.§.venditionis.ff.quib.
mod. pig. vel. hypot. ſol. in primis
interpret.& Bal.in l. venditioni. C.
de vſuc.pro empt.vide gl.& ibi Bal.
& Lud.Bol. in l. ſi maritus.C.mand.
quòd in caſibus, in quibus requiri-
tur ſpeciale mandatum non ſufficit
ratihabitio, nec poteſt quis habere
ratum.pro quo facit gl.in l. Paulus.
ff.de acqui.hære.& vide per Oldra.
conſ.cxcix.col.vlt.in princ.& Alex.
in conſil.lxxviij. in fin.vol.iiij.& in
conſil. xlvj. & pulchrè Felyn. in c.
cauſam.col.vlt. de iudic.& an nul-
lum poſſit haberi ratum, vide latè

Inn.in c.prudentiam.de offi.deleg. & Franc. de Aret. in conſil. cxxviij. & Card.Alex. in c. regula.xvij. diſt. in fin.& Bald. in conſil. xcvj. in fin. lib. j. & in conſil. cviij. ante fin. & conſil. cxxxix. eo lib.& vide Bal.in conſil.ccxix.in verſ.ſed videndum. & in conſi.ccx.eod.lib.& in conſil. cc.col.ij. eod.lib.& Bart.in l.Pomponius.& in l.ſi.ff.de neg.geſt.

Adde an ratihabitio facti nomine alieno valeat ſaltè in præiudicium ratificantis, Deci. in l. ſemper qui. nu.11.ff.eod.

c ¶Dominium perdere. Adde Bald. in l. matre.verſic.iiij.oppo.C.de rei vendic.Bart.& Bald. in l. ſi cum te. ff.de pact.

d ¶Legatum.Adde Bart.& Alexan.& Bart.Socin.& in l.demonſtratio.§. quod autem.ff.de condi.& demon. Bart.Io.Fab.&Angel.Aret.in §.huic proxima.cum §.ſeq.inſtit.de leg.& Bald.l.j. colũ. vltim.C.de falſa cauſa. Deciſ. Capell. Tholoſ.ccccxiiij. Adde an & quando falſa demonſtratio vitiet legatũ. gl. in l.ſi ſic.§. ſi mihi. in verb. demonſtrationem. & quod ibi dixi in apoſtil. in verſi. non nocet legato.ff.de legat.j.dixi etiam in apoſtil. ad Bart. in l. cum quidam in ver.legatum non vitiat. ff.de leg.ij.

e ¶Caſu.Adde Bal.Bart.Alex.eod.iij. verſi.in ea.gl.Iaſ.& Doct.Moder.in l. ſi eum ſeruum. ff.ſi certum petat. Cyn.& Bal.in l.mater.in iiij.opp.& q.j.C.de rei ven.& gl.in l. ſi pupilli. §.ſed ſi ego.ff.de neg.geſt.& glo.& ibi Bal.in fi.in l.j.C.de reb.alie.non alien.

f ¶Quod meo nomine non eſt geſtum.Adde Bar.omnino.in l.bonorum.ff.rem ratam hab.& Fely.in c. prudentiam.col.pen.verſi.nunquid vnus poſſit habere.ſ. de off. deleg.

g ¶Inſolidum. Adde quando pater vel dominus ex contractu filij vel ſerui teneatur inſolidum, gl. Bald. & Salic. in l. ſi mandator. C. quod cum eo qui in alie. pot. & l.dominum.eod.tit.& gl.& Doct.in l.j.§.ſi ratum.ff.quod iuſſu.& Io. Fab.in §. fin. inſtit. de oblig.& in §. actiones autem. de pecul.& ibi Angel.Aret. col.ij. verſi.& pro euidentia. & ibi Iaſ. in princ. de acti.& Ang. Are.in §.præterea.ibi Ioan.Fab.inſt. quod cum eo qui in alie. pot. eſt & Ang. Aret.in §. ſinautẽ per procura. col. vlt.verſic.vnde Bart. inſtit. de ſatiſ. & Dyn. Bart. Bald.& Salic.in l.fi.§. vbi autem.C.de bonis quæ liber. & Bal.& Lud.Bolo. in ſecundis interpret.in l. prætor.§.ſed & filius.ff.de eden.& Doct. in l.tam ex contractibus.ff.de iudic.

h ¶Repræſentat. Adde text. Ioann. Fab.& Ang. Aret. in §. cum autem. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. & idem in l. fin. C. de impub. & aliis ſubſt. & per Iaſ. §. actiones autem. in princ.Inſtit. de act.Et adde quòd non repræſentat patrem in his quæ in damnum patris redundarent. vt annotauit.Deci. in l.filius.in princ. C.de pact. F. C.

i ¶§. Vbi autem. Adde an pater teneatur cauere de rato, vel iudica. ſoluen.agẽdo vel defendendo nomine filij. vide Cyn.in d. §. vbi autem. & ibi Bart.& Alex. in addit.& Saly.Bald.& Bar. in l.filiusfa. & ibi Paul. de Caſtr.& Alex.ff.qui ſatiſd. co.& Io.Fab.in §.eo.&Ang.Aret.in §.ſinantẽ.col.iij.inſtitu.de ſatiſdat. & Ang. de Peru. in d.l.fin.§.vbi autem.vbi vide per Doct. quid in aliis adminiſtratoribus & tutoribus.

Tu conclude quòd præſtatur cautio rati per patrem agentem & defendentem filium, vt plenè not. Bartol. in alleg. l. filiusfamil. & ibi poſui in addit. ff. qui ſatiſd. cog. vbi plenè examino hunc articulum.

Dicen



k ¶Dicendum eſt. Adde Bartol. in d. l. bonorum. qui refert & ſequitur Dyn. de quo vide text. & ibi Bal.& Salic. in l. ab vno. C. de neg.geſ.& Bart.in l.ſi quis offerenti. §. j. ff. de ſolut.& in d.l.ſi is cui.l& an eo ipſo quòd quis ſuccedit venditori, videatur habere ratam venditionem per defunctum factam, vide Alex. conſil.xcij. col.ij. lib.v.& plenè per Bart.in l.cùm vir.ff.de vſucap.& in ij.C.ſi in frau.patro.Cyn.Bal.& Salic. in l.cùm à matre.C.de rei. vendi. & Ioan. Andr. hîc in Nouel. & Domi.de Rot. deciſ.ccxxiij. in nouis tit. de locato & condu. & quæ dixi in §.iij.colum.xj.& in addi. de conſuetud. retract. libro conſuetu. Biturigum.

l ¶Prædeceſſoris. Adde Bartol. in dict. l. bonorum. & in d. l. ſi is cui. Et an geſta nomine vnius canonici poſſint rata haberi per canonicum, qui ei poſtmodum ſuccedit, vide ibi Bartol.& Innoc.& Doct.in cap. quod ſicut.de elect.

m ¶Eccleſiæ. Adde an acquiſita per clericum ſeu prælatum, vxorem tutorem officialem præſumantur quæſita de bonis eccleſiæ, mariti, pupilli, vel ex officio.Lud.Rom.in conſil.cxlix.& de vxore. Alexand. conſil. xlij. in fin. lib.v. & Doct.in l.Quintus. ff. de donat. inter virum & vxo.& in l. etiam.C.eo.tit.& ibi vide Alb. de Roza. quid in vidua. & Angel. in conſil. xiiij. vbi ponit quid in concubina. & Cyn. Barto. Bald. & Salic. in authent. licentia. C. de epiſ. & cler. & text. & ibi Innocen. & Abb. & Mod. in cap. requiſiſti. de teſta. & Inno. cap. cum in officiis.& Abb.in cap. cum,eſſes. eod.tit.& Bar.Ioan.de Plat.in l. facultas. C. de iure fiſci.lib.x.& Abb. in conſil. xciij. lib. ij. & Franciſ. de Crema.in ſing. vj.& Ang. in conſil. exlij.& Bal.conſ. xxviij.& l.ij.li.iiij.

## In reg. Ratihabitionem.

### Argumenta.

1 *Ratihabitio qualiter dicatur retrotrahi.*

2 *Dominium & poſſeßio quæri poteſt ſola ratihabitione.*

3 *Ratihabitio etiam in delictis locum habet.*

4 *Ratihabitio nihil operatur in delictis, quæ per alium committi nequeunt.*

5 *Ratihabitio fieri debet intra tempus quo actus fieri poteſt.*

6 *Ratihabitio quando dicatur retrotrahi.*

7 *Renuntiare præſumitur qui tempus debitum labi patitur.*

8 *Ratihabitio an æquiparetur mandato.*

9 *Ratihabitio quando pariat actionem mandati, vel negotiorum geſtorum.*

10 *Poſſeſſori aßimilatur, qui dolo deſiit poßidere.*

11 *Poſſeſſor tenetur actione directa, qui verò deſiit dolo poßidere, vtili.*

12 *Mandatum mandati actionem inducit, ratihabitio negotiorum geſtorum, prohibitio verò vtranque impedit.*

13 *Actio negotiorum geſtorum data contra ratum habentem vnde oriatur.*

14 *Geſtum vtiliter pro rato habetur.*

15 *Actio negot.geſt. an pendeat ex voluntate ratum habentis.*

16 *Actio num competat contra ratum habentem ſi delinquens damnatus ſatisfecerit.*
17 *Occiſo homine à pluribus, is ſolus de occiſo tenetur, cuius ictu periit.*
18 *Delinquentium vno ſoluente, an liberentur alij. & num. 19.*
20 *Ratum habens delictum quare eadem pœna plectatur cum delinquente.*
21 *Delinquentis abſolutio an proſit mandanti vel ratam habenti.*
22 *Appellatio vnius in cauſa communi quando proſit alteri.*
23 *Res inter alios acta aliis non nocet nec prodeſt.*
24 *Victoria vnius quando cæteris proſit.*

## REGVLA X.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari.

1 ¶LICET† quod meo nomine nõ
eſt geſtum non poſſim habere ratũ,
vt in regula præcedenti: tamen ſi ra
tum habeo quod nomine meo ge-
ſtum eſt: ratihabitio retrotrahitur,
& perinde obligor ac ſi mandaſ-
a ſem. [a] & hoc intendit regula præ-
ſens. & eius exempla multa patent,
& in contractibus, & in delictis. in
2 contractibus, † vt ſi aliquis eme-
rit rem ſine mandato nomine meo,
& per traditionem receperit. & ego
poſtea ratam habeo emptionem,
perinde quæritur mihi dominium
& poſſeſſio per ratihabitionem, ſi-
cut quæreretur per procuratorem
qui mãdatum haberet, quia ratiha-
bitio retrotrahitur, & cõparatur mã
dato, arg. ff. de neg. geſ. l. ſi ego. & de
acquirend. poſſ. l. cõmunis. §. procu-
rator. & idẽ confirmatur. ff. de ſol. l.
ſi quis. offerẽti. & l. vero procurato-
ri. §. fi. & l. cũ x. §. fi. Itẽ patet in deli-
b ctis, [b] † quæ poſſunt per aliũ com-
3 mitti, quia ſi vulneraſti clericũ no-
mine meo, & ego ratum habeo, per
inde ſum excõmunicatus ac ſi man
daſſem à principio vulnerari. de
ſent. excõ. c. cũ quis. lib. vj. Itẽ ſi de-
ieciſti aliquẽ de poſſeſſione nomi-
ne meo, & ego ratum habeo, perin-
de teneor interdicto vnde vi ad poſ
ſeſſionẽ reſtituẽdã & alia dãna illa-
ta, ſicut tenerer ſi à principio man-
daſſem. c. cũ ad ſedẽ. de reſt. ſpol. ff.
de vi & vi arm. l. j. §. ſed & ſi cũ quis.
& §. quoties. & §. deieciſſe. & ff. de
reg. iur. l. hoc iure. §. deiicitur. & idẽ
in omni genere delictorũ quæ poſ-
ſunt explicari per aliũ, cũ regula ge-
neralis ſit tradita in præal. §. ſed & ſi
cũ quis. ꝙ in delictis ratihabitio cõ
4 paratur mandato. † In his autẽ quæ
nõ poſſunt ꝑ aliũ explicari: vt adul-
teriũ, & ſimilia perſonæ cohærẽtia,
dico ratihabitionẽ nihil operari, vt
arg. C. de cadu. tol. l. j. §. ne autem.
¶Sed opp. & videtur ꝙ ratihabitio
5 retro non trahitur: † quia ſi quis pe-
tat bonorũ poſſeſſ. mihi delatã no-
mine meo infra tẽpus legitimũ, &
ego ratã habeã petitionẽ poſt tẽpꝰ,
ratihabitio nihil operat. per quod
patet, ꝙ non retrotrahitur. ff. rẽ ratã
c hab. l. bonorum. ſed dicẽdum [c] eſt
6 † quòd aut ratũ habẽti poteſt impu
d tari [d] culpa tacitæ repudiationis,
verbi gratia, appellationẽ interpo-
ſitam nomine meo ratã habeo poſt
tẽpus quod datur ad appellãdũ, vel
ad appellationẽ proſequendã: vel ſi
bonorũ poſſeſſionẽ, petitã nomine
meo ratã habeo poſt tẽpus, quod da
tur ad bonorũ poſ. petẽdã, ratihabi-
tio nihil operatur, vt d. l. bonorum.
7 Ratio autẽ eſt, † quia patiendo tem-
pus labi in quo cõpetebat ius bon.
poſ. petendæ, vel ius appellandi vel
appell.



appellationis proſequẽdę, vel aliud
quodcunque, videtur tacitè illi iuri
e renuntiaſſe, [e] arg. ff. ſi tab. teſt. nullæ
eſſe dicantur. l. j. §. ita autem. & in
auth. de iis qui ingred. ad appell. §.
ſi verò. & ideo fruſtrà per ratihabi-
tionem conatur redire ad id, quod
ſemel renuntiaſſe videtur, vt C. de
rebus cred. l. ſi quis iuſiurandi. & de
condi. inſer. l. fi. & ff. qui ſatiſd. cog.
l. de dic. §. fi. & not. ff. de negot. geſt.
l. ſi ego. aut verò culpa tacitæ renũ-
tiationis nõ poteſt imputari ratum
f habẽti, & tunc habet locũ regula [f]
quòd ratihabitio retrotrahatur, &
mandato comparatur. Item opp. &
8 videtur † quòd ratihabitio non aſſi
miletur mandato: quia mandatum
parit actionẽ mandati: vt ff. de pro-
cur. l. licet. §. ea obligatio, ſed rati-
habitio parit actionem neg. geſt. ff.
de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. idem ait.
9 † Sed dicendum eſt, quòd aut ha-
betur ratum geſtum à præſente, &
tunc datur actio mandati. ff. mand.
l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. qui
patitur. & l. qui fide alterius. aut ha-
betur ratum geſtum ab abſente, &
tunc datur actio negot. geſt. & non
mandati, vt in d. §. idem ait. & ff.
mand. l. ex mandato. §. fideiuſſori.
tunc ergo cõparatur ratihab. man-
dato in effectu, ſed non quantũ ad
g ſpeciẽ actionis. [g] † Sicut dicimus
10 eum qui dolo deſiit poſſidere, poſ-
ſeſſori aſſimilari. vt. j. eo. c. pro poſ-
ſeſſore. & ff. eod. l. qui dolo. & l. pa-
rem. & tamen differt quantum ad
11 ſpeciẽ actionis: † quia ille qui poſſi-
det, tenetur directa: ille verò qui do
h lo deſiit poſſidere, [h] tenetur vtili.
ff. de noxalib. l. electio. §. Item ſi ex
pluribus. & §. ſi is. & l. ſi plurium.
Item propter hoc quòd ratihabitio
comparatur mandato, patet non
eſſe mandatum, cum nihil ſimile
idem ſit. ff. depoſit. l. quòd Nerua.
ergo non debet parere actionem
mandati, quæ procedit ex manda-
to tãtùm tacitò vel expreſſo. ¶ Tria
ergo ſunt quorum nullum eſt alte-
rum. Primum, eſt mandatum taci-
tum vel expreſſum. Secundum, eſt
ratihabitio. Tertiũ, eſt prohibitio.
12 † Primum inducit actionem man-
dati. vt l. licet. §. ea. & d. §. ſi paſſus.
& l. qui patitur. & l. qui fide. ſecun-
dum, actionem neg. geſt. vt l. ſi pu-
pilli. §. idem ait. tertium, impedit a-
ctionem mand. vt ff. mand. l. ſi pro
te. & l. qui fide. Item impedit actio-
nem nego. geſt. C. de neg. geſt. l. vlt.
& ff. de negot. geſtor. l. ſi ex duobus.
13 † an autem actio neg. geſt. quæ da-
tur contra ratum habentem, na-
ſcatur ex adminiſtratione præce-
denti, vel ratihabitione ſequenti?
not. Doct. quòd ex ratihabitione
tãtùm ſequenti: mihi videtur quòd
cùm quatuor ſint genera negotio-
i rum, [i] vnum, quod eſt meum, cura
& ſolicitudine: ſecundum, re ipſa:
tertium, ipſo geſtu: quartum, ratiha-
bitione, vt plenè not. ff. de neg. geſt.
l. ſi pupilli. §. item quæritur. quòd in
primis tribus caſibus naſcatur a-
ctio negot. geſt. ex adminiſtratione
pręcedenti mediante ratihabitione
ſequẽti ſpontanea, vel coacta, ſicut
aliàs dicitur in caſu ſimili. C. de rer.
permut. l. ex placito. quia poſito
quòd nulla ratihabitio interueni-
ret: nihilominus datur actio negot.
14 geſt. cùm † pro rato eſſet haben-
dum quod vtiliter eſſet geſtum, vt
ff. eod. tit. l. Pomponius ſcribit. verſ.
quẽadmodum. vnde inconueniens
videtur dicere, quòd in illis tribus
generibus naſcatur ex ratihabitio-
ne cum ea non interueniente com-
petere poſſit actio neg. geſt. in quar
to verò genere, ſcilicet in eo quod
eſt meum ratihabitione tantùm,
dico verum eſſe quòd ex ratihabi-
k tione naſcatur: [k] vt d. l. ſi pupilli.
§. item quæritur. ¶ Alia quæſtio eſt
ad ean

ad eandem determinationem ten-
15 deus † an actio neg.geſt. pédeat ex
volũtate ratum habentis? & in hac
videtur mihi ſimiliter quòd in tri-
bus primis generibus non pendeat
ex volũtate ratum habẽtis,quia da-
tur contra inuitũ. vt d.l. Pomp.& l.
ſi pupilli.§. ſi Titij.& l.item ſi com-
putaui.in quarto verò genere,ſcili-
cet in eo quod eſt meũ ratihabitio-
ne,à principio pendet ex voluntate
mea : quia ſi ratũ habeo,naſcitur a-
ctio neg. geſt. ſi ratum non habeo,
impeditur natiuitas actionis.vt d.l.
ſi pupilli.§.item quæritur.& §.idem
ait. ſed ex poſtfacto non pendet ex
voluntate mea,quia ſi ſemel habeo
ratum, non poſſum voluntate con-
l traria tollere actionẽ iam natam [l].
Item ſi reprobaui quod geſtũ erat,
& per hoc impediui natiuitatẽ eius,
non poſſum poſtea, licet velim ha-
bere ratum , facere quòd naſcatur
actio nego.geſt. cuius natiuitas fuit
ab initio impedita.& ita loquitur,ſi
bene inſpiciatur.ff.de ſolutio.l.diſ-
penſatorẽ.& in his duabus quęſtio-
nibus confuſè loquuntur Legiſtæ.
¶ Item quæri poteſt circa materiã
regulæ quædam quæſtio dubitabi-
16 lis & ſæpe occurrens : † videlicet ſi
factum eſt contra delinquentem,&
eſt condemnatus,& ſatisfecerit ſen
tentiæ, an poſſit agi nihilominus
contra ratum habẽtem , vel contra
mandantem?& quòd non poſſit, po
17 teſt ſic probari : † quia l.cauetur ꝙ
cũ apparet cuius ictu quis perierit,
ille ſolus de occiſo punitur, vt ff.ad
l.Aquil.l.item Mela.§. ſed ſi plures,
ſed in propoſito apparet, quis fecit,
igitur debet puniri ille ſolus,& non
mandans, vel ratum habens. Item
probatur ff. de iis qui deiec. vel ef-
18 fu.l.j.§.fi.& l.ſeq. †Item videtur ca-
ſus ff. de vi & vi arm. l.j.§. quoties.
vbi dicit apertè quòd vno ſoluente
m liberatur alius.Econtrà [m] quòd ni-
hilominus , punitur , qui mandauit
vel ratum habuit.C. de accuſ.l.non
ideo. & ad l.Iul. de vi.l.ſeruos.ff.de
iniur.l. non ſolùm.§.ſi mandato.&
§.Proculus.& ad Turpil. l.j.§.pen.&
expreſſum videtur ad Sill.l. & ſi cer
tus ſit percuſſor. & de iur. fiſ.l. ij.§.
19 diuus Pius. & l. non tantũ. † Item
quia agitur de pœna delicti : ergo
vno de delinquentibus ſoluente,
non liberatur alter. C. de condi.
fur l.j.& ff ſi quis teſtamẽto lib. eſſe
iuſſus. l.j.§.fi.& de admin. tut.l.tres
tutores.& de iuriſ.omnium iud. l.a-
n deò.Mihi videtur diſtinguẽdum: [n]
quia aut actũ eſt ratione delicti ad
intereſſe,aut ad pœnam pecuniariã
vel corporalem. ſi ad intereſſe,vno
ſoluente liberatur alter. vt d. l.j.§.
quoties.ff.de vi & vi ar.& de eo per
quem factũ erit.l. j.§.ſi plures.Si ve-
rò ad pœnam pecuniariã vel corpo
ralem, tunc vno ſoluente vel pœnã
ſuſtinente non liberatur alter.de iu
riſd. omnium iud. l.adeò.& d.l.tres
tutores. & de iure fiſci l.ij. §. diuus
Pius. & l.non tantùm. cum aliis iu-
ribus allegatis. Et per hanc diſtin-
ctionem ſoluũtur cõtraria: excepta
l. item Mela. §. ſed ſi plures. ad quã
dici debet ꝙ ibi erant plura facta
diuerſarum perſonarũ , & diſtincta,
& ideo alio modo punitur vnus. &
20 aliter alius:†ſed in quæſtione prę-
o miſſa vnum tãtum eſt factũ, [o] quod
neceſſe eſt eſſe occidentis , vel vul-
nerãtis,& aliàs delinquentis,ſed ex
interpretatione reputatur mandan-
tis,vel ratum habentis:& ideo ean-
dem pœnam portare debet, & vno
ſoluẽte vel ſuſtinente pœnam, non
21 liberatur alius,vt dictum eſt.† Item
quæri poteſt econtrà, ſi delinquens
eſt abſolutus, an abſolutoria proſit
mandanti vel ratum habenti? & vi-
22 detur quòd proſit , † ſicut in cauſa
communi appellatio vnius & vi-
ctoria prodeſt alteri : ſi eadem cau-
ſa



ſa fuerit defenſionis omnium. vt ff.
de appel.l. ſi qui ſeparatim.§. quod
p eſt ſcriptum [p]. Ecõtrà videtur ꝙ nõ
23 proſit,†quia res inter alios acta vel
iudicata non nocet, nec prodeſt al-
q teri. [q] vt ff. de re iud. l. ſæpe. & de
exce.l.Modeſtinus. & C.res inter a-
24 lios acta,per totũ. † Diſtinguẽdum
videtur , ꝙ aut abſolutus fuit , ideo
quia pronuntiatur delictum non
commiſſum,aut ideo quia non fuit
in culpa. Primo caſu victoria pro-
deſt , ſecundo non,ar.ff.de iureiur.
l.duobus.§. Item à fideiuſſore.& §.
ſi ei qui.Et argu.contraria dic,quòd
loquuntur quando iura diuerſarum
perſonarum ſunt diuerſa & ſepara-
ta : ſed cùm eadem eſt per omnia
cauſa defenſionis omnium , & ex
eodem facto ſumẽs originem, tunc
non abſurdum eſt victoriam vnius
alteri prodeſſe , argum. l. præal.l.ſi
quis ſeparatim.§.fi.& d.l.duobus.§.
item à fideiuſſore.

ADDITIO.

a ¶ Mandaſſem. Adde quando rati-
habitio retrotrahitur & mandato
æquiparatur , Specul. titul.de loc.&
conduct.§.vj.verſic.clxviij. & Abb.
& Fely.in c.nonnulli.§. ſunt & alij.
de reſcript. & Bald.in ſuis ſingul.in
verſi. ratihabitio.& Felyn.in c.poſt
ceſſionem. in vj.col.verſic.ſecundo
declara , de probat.& Spec. titu.de
citat. §.vj.verſic. hoc autem.& ſeq.
& in titu.de iud.deleg.§.viij.verſic.
quid ſi committeres. & Paul.de Ca.
conſil.j. in antiquis. & Rom. in ſin-
gul.incip. quæro nunquid geſta per
falſum.& Cepol.caut. xv.& Angel.
Peruſ. in l.inter quos.§.alieno.ff.de
damno infect. & Bald.in ſua Marg.
in verſic. ratihabit. & Angel. Are.§.
præiudiciales. de act. inſtit.& Bald.
conſil.ccxxix.& conſil.ſequen.& in
conſil. xc. libr.j. & in conſil. clxxj.
verſi.vj. & alia ratione. & in conſi.
cxcviij. in fin.lib.ij. & per Doc.in l.
licet.ff.de iudic.Cyn. Bald. & Salic.
in l.fin.C.ad Maced. & Bart.Bald.&
Imol.in l.obſeruare.ff.de offic.pro-
conſ.& Bar.in l.ſi is qui.ff. pro emp.
in iij oppug j. partis & per gloſſ.ac
Doct.in l.Iulianus.ff.qui ſatiſd.cog.
& Bald.in l.ſi pupilli.§. item quæri-
tur.ff. de neg. geſt.& ibi.Bar.& pul-
chrè Felyn. in c. ſicut tuis. in fin.de
ſimon. vbi ponit regulam cum ix.
fallen. & an ratihabitio dicatur re-
trotrahi per fictionem & non per
veritatem,& multa alia in materia,
vide Alexand. in conſil. cxvj. lib.v.
& ibi quando ratihabit. retrotraha
tur , quando ex hoc aufertur ius illi
contra quem fit ratihabitio & an
cõtractum per alium nomine meo
geſtum poſſim in abſentia illius cũ
quo contraxi ratificare? dic quòd
ſic,vt tenet gloſſ.Gui. Bart.& Doct.
in l.Pomponius.ff. de negot. geſt.&
not.Cy. in l.j.ad fi.C. ſi quis in frau.
patro. & Bart. in l. quo enim.ff.rem
ratam hab. & in l. certum.§. ſi quis
abſente.ff. de confeſ.& Angel. in §.
ſi verò expreſſim.in authent.de hæ-
reti. & fal. & pulchrè Alex. in con-
ſil. cxxvj. in vlt.col. lib. v.& an ille
cuius nomine celebratus eſt cõtra-
ctus ex quo ſe fundat pendente iu-
dicio poſſit ratificare. tenet Alex.ꝙ
ſic in conſil. cxxvij.col.j.verſicu.ij.
reſpon. eo.l.& Bal. in conſ.cclxxix.
l.iiij.&quando & quomodo videa-
tur ratificare & approbare factum
procuratoris, ſi excedat mãdatum:
& quid ſi eſt præſens & tacens,vide
pulchrè Alexan. in conſil. lxxx.col.
v.lib.iiij.
¶ Adde hîc Bar. in l.ſi vxor.§.ſi quis
vxorem.ff.de adult. & Alexan. in l.
bonorum. in addit. ij. ad Bart. cum
ſeq.ff. rem ratam haber.& Felyn.in
c.cauſam col.vltim. de iud.qui po-
nit xx.fallent. quòd factum per fal-
ſum

ſum procuratorem non poteſt ratificari. & Felyn. in c.j. col. penult. & vlti. de re iudic. & Petr. de Anchar. hîc qui vltra hãc regulam non ſcripſit, & Alber. & Phil.Franch.hîc.& ſing.deciſ.Capel.Tholoſ. quæſt.cclxxij.& Ang.conſil.ccxcij.Panorm. c cùm vos.num. 6. & ibi poſui in apoſtil.ad eum in verſi. actus præcedens.de iis quæ fiunt à prælat.

b ¶ In delictis. Adde an ratihabitio in delictis retrotrahatur, Bald.poſt gloſ.in l.ſi pupilli.§. ſi Titij.tit.ff.de nego.geſt.& Bart. in l.Pomponius. eo.tit.ad plenum.& Pau.de Caſt.in conſi.ccccxv.in antiq.& Bal.in conſil.clij.lib.j. & Bart. in l.j.§.ſed & ſi cum quis. ff. de vi & vi arm. Cyn. Bal. & ibi latiſſimè Salic. in opp. in l.non ideo minus.C.de accuſ.Bald. in l.fin. ad fi.C.ad Maced.& Inn.& Doct.in c.ij.de ord. cogni.& dixi in præced.reg.in j.addit.

c ¶ Sed dicendum. Vide Guid. Pap. quæſt.xiij. ego retuli.vbi de hoc ponit latè. G. S.

d ¶ Imputari. Adde Dyn.in l.bonorum.hîc alleg.vbi idem tenet.& Dynus ſequitur Cyn. in l.fi.C.ad Mace. ſed Bar.in d.l.bonorum.eoſdem reprobat in ſecundo contrario. vbi vide quo tẽpore debet fieri ratihabitio, vt aliquid operetur, & Bart.in l.vero.§. ſed & ſi non vero.ff.de ſolut.& Bal.in conſi.xlij.lib.ij.& Bar. in l.j.C.qui admit.

e ¶ Renuntiaſſe. Adde quòd tacens & permittens labi tempus, intra quod agere poteſt, videtur tacitè renuntiare iuri ſuo, vt l.j. C. de in integ. reſt.quod limita per Bal. ibi eſſe verum in iure quærendo, ſed in iure quæſito curſus præſcriptionis non inducit conſenſum renuntiationis, vt l.fin.ff.rem rat.hab.& tenet Alex. in d.l.bonorum.in iij.addit.ad Bar. & per Felyn. in c. cum cauſam. colum. iij. de re iudic.& Doct.& Alexander in d. l. j. C. de in integr. reſtitut. & quæ dixi in §. j. col.iij. de conſuetu.retract. in lib.Conſuetud. Biturig.

¶ Ratio autem huius dicti eſt, quia regulariter taciturnitas cum ſcientia operatur idem quod conſenſus, vt not. Bart. in l.in ſponſalibus.§ j. ff.de ſponſ.diuort. in l.ij.in apoſtil. in verſi.qui tacet.poſito ſuper gloſ. in verſi. non contradixit. ff.ad Municip. notaui poſt Iacob. Rebuffi in l.j.num.2. verſic. pro conſentiente. C.de filiisfamil. & quemadmodum pater tenetur pro eis. lib. x. potui poſt Gem.in c. ſi poſt. in verſicu.taciturnitas. num.1.de confeſſ. lib.vj. poſt Panorm. in cap. per venerabilem.num. 28.in verſicu.conſentiat. extrà. qui filij ſint legit. de quo per Anchar. conſilio ccxxv. Rom. ſingul.ccccl v. incipiẽ. Inferior.& Corſet. ſingul. ſuis.in verb.taciturnitas.

f ¶ Regula. Adde quòd non retrotrahitur, ſi actus fuit nullus: nec in præiudicium tertij. vt ait Dec.in l.ſemper qui non prohibet.ff.eod. F. C.

g ¶ Actionis. Adde quòd ratihabitio comparatur mandato, non tamen in omnibus: quia non oritur actio mandati, vt ſequitur & refert Bart. in l. ſi pupilli. §. item quæritur.in j. oppo. ff. de negot. geſt. & ibi Bald. idem tenet in §. idem ait. ead. l. & Hyppol.ſingul.lxxiiij.vbi ponit vnã limit.

¶ Adde quòd nec comparatur mandato, quando lex requireret mandatum pro forma, nec in materia propriè non etiam ficte interpretanda, vt not. Deci.in l.ſemper qui.nu. 17. cum ſeq.ff.eo.aliàs autem ſimilis eſt, etiam in requirẽtibus ſpeciale mandatum, vt ibid. ait idem Dec. num.7. F. C.

h ¶ Poſſidere. Vide Iaſ.in §.j.col.xiiij. ve.ſi.item aduerte ꝗ in eum. Inſtit. de action. & Dyn.in c. ratihabitionem infrà j.oppo.ſuprà eod. F. C.

¶ Negotiorum. Adde alia quatuor genera negotiorum, & ſic erunt octo, quæ ponit Bart.in §.item quæritur.hic alleg.& Ioan.de Plat.in §. actionum inſtit.de actio. F. C.

k ¶ Naſcatur. Adde Bart.& Bald. poſt gloſſ.in d.l.ſi pupilli. §. item quæritur.ff.de negot.geſt.& Cyn.Bar.Bal. & Salyc.& Alexan.in l.ſi pecuniam. C.de negot geſt. qui tenent contra Dyn.qui in hoc quod vult, quòd in caſibus in quibus negotium ad nos ſpectat ratihabitione actio neg.geſtor. nõ oriatur ex negotio ante geſto nomine meo, ſed ex ratihabitione mea, inſequendo gloſſ.in d.l. ſi pecuniam.& in l.mater. C. de rei vendic.ſed contrarium tenent communiter Doct. quod imò ex negotio ante geſto oriatur act.neg.geſt. per text. in l.iij.§.hæc autem actio. ff.de negot. geſt.& ibi vide Bald.& Doct. Et nota quod in mutuo & debito facto nomine meo non requiritur ratihabitio.l. ſi abſentis. & ibi Bart.& Bald.C.ſi certum pet.

l ¶ Natam. Adde, an quis poſſit habere ratum geſtum nomine ſuo, ſemel reprobatum. Bartol. Raph.& Doct. Mod. poſt gloſſ. in l. diſpenſatorem. ff. de ſolut. & Bart. in l. Pomponius. col. vj. de negot.geſt. text. gloſſ.& ibi Domin. in c. licet. de procur. ş. eod. lib.& Bald. in l. falſus.colum.ij.C.de furt. vbi dicit, quòd factum per procuratorem reuocatum non poſſum habere ratum, de quo vide Alexand. poſt Bartol. & Doct. in l. ſi tutor. C. in quibus cauſ. in integr. reſtitut. & Bald. in l. ſi abſentis. C. ſi cert. pet. & Spec.tit.de defenſore. §. j. verſic. ſed plenè egiſti. & Angel. Aret. in §.præiudiciales. colum. iij. verſicu. ſi autem ſemel reprobaui.& ibi Iaſ. de May.inſtit.de act. qui ponunt intellectum.l. diſpenſatorem.



m ¶ Econtra. Adde an mandans & mandatarius vel ratum habens teneatur. Dyn. & quæ ibi dico in regula, qui facit per alium. infrà eo. Et an quando plures fecerunt aliquod delictum, vel furtum, quilibet teneatur inſolidum, vel vno ſoluente cæteri liberentur, vide Cyn. in l.j.C.de condict. furt. in iiij. & v. quæſt. & ibi Bald. & Salyc. & Dyn. & Bartol.in l.ſemper.§. ſi in ſepulchro. ff. quod vi aut clàm. & in l.ſi familia.ff.de iuriſ.omn. iudicum.& Bal.in l. adeò.eod.tit.& Bart. in l.fi. ff. de ſucceſ. & Bald. in l. j. C.ſi plures vna ſen. fue.& per Inno. in c.ſicut dignum de homici. per Abb.& alios in c.ſignificaſti. in ij.eo.tit. & Bal.in l.cum rationibus. C. qui acc. non poſſunt. & quid ſi non apparet cuius ictu quis periit, an omnes teneantur, vel omnes abſoluantur, vide Dyn. infrà in reg. In obſcuris. verſic. ad tertium. & quæ ibi dico in fin.reg.quando multitudo delinquentium excuſetur à pœna delicti, vide pulchrè Felyn. in cap. dilecte. colum.v.verſicu.quod aliter.de except.& Alberic.de Roza.in iij.parte ſtat.quæſt. lxj. & gloſſ.& Archid. Anchar. & Philipp. Franc. in c. cupientes.§.cæterum. in verſi.qui culpabiles.de elect.ş.eo.lib.

¶ Adde his deductis pro primo membro.Iaſ.in l.j.col.vj.C.de ſeru. fugit. & Paul. de Caſtr. conſil.ccxl. incip. videtur prædicta. & an, & quando, & per quæ verba videatur mandatum delictum, not.Roman. ſingul. dcxiiij. incip. tu ſcis quòd Bartol.Corſet. ſingul.ſuis in verbo, præſumpt. incip. famulus. & Matheſil. ſingul. clxxxviij. incip. nota quòd vbi creditor. ad fin. pro principali autem quæſito vide Bal. in ſua prædicta iudiciaria, capit. viij.q.iij.

n ¶ Diſtinguendum. An ex pluribus

obli

obligatis actione pœnali, vna ſol-
uente cæteri liberentur, vide Doct.
& præcipuè Iaſ. in §. Pœnales. col.
v. verſicul. in ead. gloſſ. inſtit. de
actio. F. C.
o ¶Factum. Adde quando dicatur
vnum delictum vel plura, vnum fur
tum, vel vnum verbum iniurioſum,
vel plura. Doct. in l. ſi familia. ff. de
iuriſd. omn. iudic. & Bart. in l. nun-
quam plura. ff. de priuat. delict. &
ibi Alexand. in mag. poſt. & Bart. in
conſil. ccxxij. incip. Antonius com-
miſit adulterium. & Bart. in l. item
apud. §. ait prætor. ff. de iniur. &
Bald. in l. quicunque. C. de ſer. fug.
& Bar. in conſil. cviij. & Doct. maxi-
mè Alexand. in l. turpia. ff. delegat. j.
& per Bart. conſil. clxxx. in princip.
lib. iij. & Card. Alex. in c. ſerui. xix.
diſtin. & in c. fin. lvj. diſt. & Ludou.
Bolog. in d. l. ſi familia. in ſuis pri-
mis interpr. & Angel. Aret. in tract.
ſuo malefic. in gloſſ. in verbo, con-
tumelioſum. & Fely. in c. quoniam
in princip. col. j. de offic. delegat. &
Deciſ. Parlamenti Delphinat. cccc-
xxix. quæſt. & Ioan. And. in reg. de-
lictum. & Gaſpar. Cal. in conſi. j. tit.
de conſanguinit. circa medium.
p ¶Reſcriptum. Adde ibi gloſ. & Bar.
& Alex. in j. addit. & Imol. Abb. &
Felyn. in c. cùm ſuper. col. ij. verſic.
victoria tertij. de re iudic. & Bart.
in l. ſententia. col. j. ff. de app.
q ¶Alteri. Et nota quòd ſententia in-
ter alios lata aliis non nocet, vt
hîc, tamen facit aliquale præiudi-
cium. vide text. & ibi Bart. in j. not.
& Alexand. in addi. in d. l. à ſenten-
tia. de app. Alex. pulchrè in repet. l.
ſepæ. ff. de re iud. & Felyn. in c. ſub-
orta. col. vlt. verſic. not. etiam de re
iud. qui ponit duas limitationes. ad
d. l. ſepæ. & per Bald. in l. j. C. de fal.
& Abb. & Felyn. in cap. cùm ſuper.
de re iudic. & Ludouic. Bolog. in l.
poſthum. §. ſi quis. ff. de inoffi. teſta.
& l. qui repudiantis. eodem titu. in
primis interp. & Alex. conſi. lxx. lib.
j. & conſil. clxxxix. lib. ij. & vide
Alb. & Lud. Bol. in l. ſi duo patroni,
in princ. ff. de iureiur. & Felyn. in c.
inter dilectos. col. viij. de fid. inſt.

## In reg. Cùm ſunt. Argumenta.

1 *Actore & reo pariter de ſuo iure probantibus, reo fauetur. & nu. 3.*

2 *Reo fauetur ſi de neutrius iure probetur.*

4 *Reus & actor ſi ſint in cauſa paris turpitudinis, reo potius fauendum eſt. & num. 9.*

5 *Conditio conuenti melior eſt in re pari.*

6 *Dilationes plures reo conceduntur quàm actori.*

7 *Actoris conditio potior eſt in interpretando libello.*

8 *Reo quod obeſt an attendatur potius quàm quod prodeſt.*

## REGVLA XI.

CVM ſunt partiũ iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quàm actori.

1 ¶SI † actor & reus pariter probaue
rint de iure ſuo, quod intelligit, vel
per numerum teſtium æqualem per
omnia, vel per inſtruméta publica
a eiuſdẽ authoritatis, fauẽdũ eſt reo:[a]
quia debet abſolui à petitione acto
ris, cũ iura partis vtriuſque ſint ob-
ſcura. & hoc intendit dicere. arg. ad
idem. ff. de manumiſ. l. lege ij. & ff.
2 eo. l. fauorabiliores. † Item ſi neuter
nec actor, nec reus aliquid probaue
rit, iura partiũ ſunt obſcura: & ideo
fauetur reo, quia debet abſolui, vt
inſtit. de interdi. §. commodum. &
C. de eder. l. qui accuſare. & de rei
vend. l. ſi. Item apertum exemplum
b eſt. ſi duo iudices ordinarij [b] de re
cognoſcentes, vnus condemnat, &
alter abſoluat, iura partiũ ſunt ob-
ſcura: & ideo fauetur reo, quia præ-
ualet abſolutoria, vt ff. de re iud. l.
inter pares. & arg. ff. de act. & oblig.
3 l. Arrianus. † Item ſi ago hypothe-
caria contra Titium, & probo rem
mihi obligatam à domino die Ca-
lendarum Auguſti: & econtrà Ti-
tius probat eandem rem ſibi à do-
mino obligatam eadẽ die, nec ap-
paret cui prius, & cui poſterius, iu-
ra partium ſunt obſcura: & ideo fa-
uetur reo, quia debet abſolui, vt ff.
de pignor. l. ſi debitor. & de inoffic.
4 teſtamen. l. ſi pars. cum ſimil. † Qui
dam verò legiſtæ ponũt exemplum
regulæ, cùm reus & actor ſunt in
pari cauſa turpitudinis, quia tunc
reus abſoluitur. C. de condi. ob tur-
pem cauſam. l. cum te. & l. merca-
lem. ſed hoc exemplum non conue
nit regulæ, quia iura partium non
ſunt obſcura: imò certa & paria. &
ideò non habet locum propriè hæc
regula: ſed illa in qua cauetur,
5 † quòd in re pari melior eſt condi-
tio conuenti, vt ff eod. l. in pari. & l.
cum par. & de verbor. oblig. l. ſi ſer-
uum. §. ſequitur. & infrà eo. c. in pa-
ri. ſed iſta duo ſunt æquipollentia
in effectu, ſcilicet iura partium eſſe
obſcura, & eſſe paria & certa, quia
vtroque caſu reus abſoluitur, vt d. l.
ſi ſeruum. §. ſequitur. & de doli ex-
ceptio. l. apud Celſum. §. Marcellus.
& de dolo. l. ſi duo. & de cõtrahen.
emptio. l. domum. & ſol. matr. l. vi-
to. & l. cum mulier. & propter pari-
tatem conditionis poſſunt excuſari
qui dictum exemplum ponunt, quia
conſiderant effectum finalem: non
eſt autem in origine, aut in habitu-
dine propria exæquatio exemplo-
6 rum. † Alij ponunt exemplum in eo
quod plures dilationes concedun-
c tur reo quàm actori, vt C. de dilat. l.
ſi quando. & de tempor. in integr.
reſtitut. l. petendæ. ff. de fer. l. vlt. Sed
hoc exemplũ non propriè congruit
regulæ: quia hoc exemplo iura par-
tium non ſunt obſcura, ſed certa:
ſed ideo conſtituit ius, quòd plures
dilationes concedantur reo quàm
actori, quia in poteſtate actoris fuit
quãdo prouocaret, vt d. l. ſi quando.
& ff. de doli except. l. purè. §. fi. Sed
7 oppo. & videtur † quòd in re obſcu-
ra potior ſit cauſa ſeu cõditio acto-
ris quàm rei: quia ſi in libello con-
tineantur verba obſcura, ſtatur in-
terpretationi actoris, vt ff. de iudi. l.
ſi quis intentione. & de verb. oblig.
l. inter ſtipulantem. §. ij. ff. eod. l. in
contrahenda. §. j. & in l. in ambi-
guis orationibus. ſed dicendum eſt,
quòd leges illæ loquũtur in iis, quæ
pertinent ad cauſæ preparationem:
in illis enim magis fauendum eſt
actori, quàm reo, & quãtum ad in-
terpretationem verborum in libel-
d lo expreſſorum [d], vt l. præalleg. ff.
de iudic. ſi quis intentione. & quan
tum ad alia, quæ in libello expri-
muntur: ſed eorum diſpoſitio per-
tinet ad officiũ iudicis: vt eſt in die
apponenda in ſtipulatione iudicio
ſiſti, vt ff. qui ſatiſd. cog. l. de die. in
princ. Ratio autem eſt aperta: quia
reus ſemper impediret ne poſſet
cõtra eum experiri, vt d. l. inter ſti-
8 pulanté. §. j. † Item opponitur & vi-
detur potius eligẽdum quod obeſt
reo, quam quod prodeſt: quia l. ca-
uetur, quòd ſi reus cauit de damno
infecto, & damnum cõtingat vitio
ædificij fortuito caſu, quòd tenetur
reus ad emendationẽ damni ex cau
tione damni infecti: & tamen ca-
ſus fortuitus erat pro eo, licet debi-
litas ædificij contra eum. & ſic par-
tiũ iura ſunt obſcura, vt ff. de dam.
infect. l. fluminum §. Seruius. & §.

item apud. Sed tunc dicendum eſt,
ꝙ ibi non erãt in pari cauſa reus &
e actor [e], quia reus erat in culpa ex
eo, ꝙ ruinã ædificij poterat præui-
dere. Actori autẽ nulla culpa pote-
rat imputari. & ideo, quia præpõde-
rat culpa rei, deterior eſt eius cõdi-
tio, arg ff. ad l. Aqui. l. itẽ ſi obſtetrix.
9 & l. ſi putator. † aliàs ſi eſſent in pa-
ri dolo, vel in pari culpa, lata, vel le-
ui, vel leuiſſima, fauendũ eſt reo po-
tius quàm actori, vt d. l. fauorabilio-
res. & l. in pari. & l. petendæ. & de
doli except. l. apud Celſum. §. Mar-
cellus. & de verb. oblig. l. ſi ſeruum.
§. ſequitur. & infrà cod. in pari.

ADDITIO.

a ¶Reo. Adde ꝙ data paritate proba-
tionum inter reum & actorem, reus
debet abſolui, vt hîc, etiã ſi actor ſit
in poſſeſſione iuris, de quo agitur,
vt c. ex literis. & ibi Felyn. col. ij in
princ. verſ. in text. & verſ. vlt. not. de
proba. Et not. ꝙ data paritate pro-
bationũ in interd. vti poſſidetis. ta-
men obtinere debet qui meliorẽ ti-
tulũ probat: quia teſtes ſui præferun
tur ſuper poſſeſſione, vt not. Abb. in
c. licet. in x. not. ab. & ibi Fel. col. viij.
in prin. de probat. ver. quarta cauſa
victoriæ. & Bart. Bald. & Alex. in l. ſi
duo patroni. in prin. ff. de iureiur. &
Ang. Aret. inſtit. de act. §. quadrupli.
verſ. itẽ dixi. char. vj. col j. & Deciſ.
Parlamen. Delphin. q. lxxj. Quid ſi
actor probat plenè de credito, &
reus ſemiplenè de abſolutione, an
debeat deferri iuramentũ, vide Bar.
in l. vulgò. ff. de adminiſt. tut. & in l.
admonendi. ff. de iureiur. qui tenet
quòd ſic, & Ioan. And. in c. fin. de iu-
reiur. de quo per Iaſ. d. l. admonẽdi.
& Doct. in l. in bonæ fidei. C. de reb.
credit. & Alexãd. in conſil. cxxxiiij,
col. j. verſic. iſta dico. volum. ij. licet
Ant. de Butr. & Abb. in d. c. ſi. teneãt
quòd ſit deferendum actori, & vide
Deciſ. Capellæ Tholoſ. q. cccevj. &
Cepol. in conſil. j. col. iij.
Adde iſtam regol. procedere, tametſi
reus efficeretur actor per accidens,
vt ſi debitor prius compareat petẽs
imponi ſilentium perpetuum credi-
tori, ſecundũ Dec. in l. fauorabilio-
res. ff. eod. Fallit tamen vt ibidẽ ait
Deci. in cauſis fauorabilibus, vt pu-
ta dotis, fiſci, libertatis, quorum fa-
uor præualet fauori reorum. Itẽ in
præparatoriis iudicij, in quibus ma
gis fauetur actori. Et pro pleniore
interpretatione videto Dyn. in c. in
pari. infrà eod. F. C.
b ¶Ordinarij. Adde quòd fauetur reo
in ſententia ordinarij: ſecus eſt in
ſententia delegati, vt l. duo. ff. de re
iud. & ibi glo. Bart. & Alex. Item in-
tellige in ordinariis qui ſunt pares,
ſecus ſi impares: vt l. ſi vni. aliàs Põ-
ponius. & ibi glo. Bart. & Alex. ff. de
re iudic. & ibi Ludo. Bologn. in d. l.
duo. in primis interpret. qui ponit
intellect. d. l. duo. & d. l. inter pares.
& Felyn. in c. cum inter. col. v. de re
iud. & Bald. in l. cum magiſtratus. C.
quando prouoc, non eſt neceſſ. &
quando in dubiis ſit magis fauen-
dum reo, quàm actori, vide Azo. in
ſumma tit. de reb. dubiis. quem ſe-
quuntur Ange. Paul. de Caſt. Bart. &
Alexan. in j. notab. in l. de die ff. qui
ſatiſd. cog. vt tria tempora conſide-
rentur: de quo eſt gl. ordin. in c. cum
ad ſedem. de reſti. ſpol. & in c. ex li-
teris, & ibi per Præpoſi. Mediol. de
ſpõſ. & Abb. & ibi Bellen. in j. addi.
in c. duobus. de re iud. vbi in præpa-
ratoriis iudiciorum & cauſis fauo-
rabilibus fauendum eſt actori. &
Doct. in ſeq. addit. & Fely. in c. ex li-
teris. de prob. & Cepol. in conſil. xij.
c ¶Actori. Vide Dyn, cum additis
ibi, in c. non licet. in prin. infrà eod.
& in c. nullus pluribus. nu. 10. infrà
eodem. F. C.
d ¶Expreſſorũ. Adde an debeat am-
bigua petitio interpretari ſecũdum
intẽ



intentionem proferentis, Innoc. c.
licet cauſam. in fi. de prob. & Fely.
in c. auditis col. j. propè fin. de præ-
ſcript. Bald. & ibi Alex. in addit. ad
Bart. in d. l. ſi quis intentione. Abb.
in c. dilecti. de iudic. & in c. iij. col.
iiij. de dila. & Innocen. in c. exami-
nata. in fin. de iudic. & not. per Dyn.
in reg. ſequen. & in reg. contra eum
qui. infrà eod. & Paul. de Caſtr. in
conſil. ccj. col. iij. verſic. circa quod.
in nouis. & Ang. Aret. in §. ſi minus.
col. xj. in gloſ. corrigere. & ibi Iaſ.
verſic. ij. de act. & Ange. Aret. in §. j.
& in §. tripli. eod. tit. & Alex. in l. ſi
quis à filio. §. ſi quis plures. in princ.
ff. de leg. j. & Bald. in l. cum precum.
C. de lib. cauſa. & Abb. in c. cum ec-
cleſia. de cauſa poſſeſ. & propriet. &
Philip. Franc. hîc per Fely. in c. ſuper
quæſtionum. col. j. de offic. deleg. ꝙ
interpretatio debet eſſe veriſimilis,
non diſſona. & ibi etiã vide de mul
tiplici interpretatione. & in mate-
ria vide Bald. in l. edita. col. iij. in
repetit. Padua. de eden. C. & Abb. in
conſil. lxxxviij. col. j. lib. j. & Deci.
Capel. Tholoſ. q. xxxij.
e ¶Actor. Adde Dy. in d. l. fluminum.
§. item apud. qui idem dicit, & ibi
ſequitur Bart. & ad ornatum huius
regulæ vide Bart. & Alex. col. iij. in
l. inter ſtipulantẽ. §. j. ff. de verb. obl.

## In regulam, In iudiciis.

### Argumenta.

1 *Aequitas in iudicijs inter litigan-
tes ſeruanda eſt.*
2 *Iudex ſubditos tractare debet, ve-
luti pater filios.*
3 *Iudices inæqualitatem vitare de-
bent in iudicijs & arbitrijs.*
4 *Priuilegium conceſſum vni litiga
torum quando alteri proſit. & nu-
mero ſequen.*

## REGVLA XII.

a **IN iudiciis [a] non eſt acceptio
perſonarum habenda.**

1 ¶INTER † litigatores debet iu-
dicij æqualitas obſeruari: ſiue litiga-
tores ſint pares, quia vterque vi-
lis, vel vterque conditionis hone-
ſtæ ſit: ſiue non pares, quia vnus vi-
lis conditionis, & alter conſtitu-
tus in dignitate, nec debet iudex
prætextu dignitatis alicuius litiga-
toris, prætextu lucri, vel gratiæ, vel
odij in alteram partium declinare,
ſed vtrique parti quod iuſtũ eſt præ
ſtare, & ius ſuum vnicuique tribue-
re, & æquitatem in omnibus obſer-
uare, vt in authen. iuſiurand. quod
præſt. §. j. & §. & communicator. &
§. & primum. ibi, nequaquam ſub-
inclinatus &c. & in authen. vt iud.
ſine quoquo ſuffra. §. cos. & §. quòd
autem. & de defen. ciuit. §. iuſiuran-
2 dum. † iudices enim debent ſe ha-
bere circa ſubiectos, ſicut pater cir-
ca filios, vt in authen. vt iudic. ſine
quoquo ſuffr. §. & eos & in authen.
iuſiuran. quod præſta. ab iis. §. deuo
tos autem. pietas autem paterni no
b minis, nõ in atrocitate, [b] ſed pietate
conſiſtere debet, & conſilium pro
liberis capere, vt ff. ad legem Iul. de
parricid. l. diuus. & de adulter. l. nec
in ea. §. penult. ergo quilibet iudex
vel prælatus ſuperior habere ſe de-
bet circa ſubiectos piè, atque pium
cõſilium ac iuſtum capere pro ſub-
iectis, ſicut pater pro filiis. Item de-
bet in iudiciis æqualitas obſeruari,
quia ſi vnus litigatorum ſit priuile-
giatus, alter non, priuilegium vni
competens extendi debet ad alte-
rum. C. de fruct. & lit. expenſ. l. fin.
& de proxim. ſacro. ſcrin. l. in ſa-
3 cris. & l. vnicuique. lib. xij. † Iſtud
autem contingit propter inæqua-
litatem vitandam, quam Legiſla-
tores vitare ſtudent, non ſolùm in

iudiciis, ſed etiam in arbitriis, & aliis actibus extraiudicialibus & arbitria contingentibus [d], vt ff. de
d arbitr. l. ſi de meis. a'iâs incipien. Idem Pomponius ſcribit. circa prin. & l. Pædius. §. in ſeruum. & l. ſi cum dies. §. pen. & de vulg. & pupil. ſubſtit. l. iã hoc iure. & l. Lucius. & C. de reſcin. vend. l. ratas. & de teſt. milit. l. in teſtaméto. & de impub. & aliis ſubſtit. l. hęreditatem. & l. quamuis. ſed certè alium videtur quòd priuilegiũ conceſſum vni, debeat extendi ad alium, cũ perſonam illius cui conceſſum eſſe probatur egredi nõ debeat, vt inſtit. de iur. nat. §. ſed &
quod principi. †Dicunt quidã: aut
4 agitur de priuilegiis pertinentibus ad litis executionem, & tũc priuilegium conceſſum vni litigatori, prodeſt alteri. C. de fruct. & litis expen. l. fi. & l. in ſacris. in fi. & l. vnicuique. de proxi. ſacr. ſcrin. lib. xij. aut agitur de priuilegiis pertinẽtibus ad litis deciſionem: & tunc priuilegium conceſſum vni nõ prodeſt alteri, vt d. §. ſed & quod principi. quod licet prima facie videatur probabiliter dictum, oſtẽdi poteſt nõ eſſe verum: quia priuilegiũ reſtit. in integ. quod minori conceditur, pertinet ad litis deciſionẽ: & tamen aduerſario prodeſt. C. ſi aduer. tranſ. l. j. & ij. & de reput. quæ fiunt in iudi. reſtit. in integr. l. vnica. †Alij dicunt: quòd aut
5 priuilegiũ conceſſum eſt ad poſtulationẽ, aut ſine poſtulatione: ſi ad poſtulationem, prodeſt: ſi ſine poſtulatione, non prodeſt, vt ff. quod quiſque iur. l. iij. in princip. quæ ſol. quãtum ad propoſitum parũ valet: quia in præalleg. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. loquitur etiam de priuilegio propria liberalitate principis, etiam ſine poſtulatione cõceſſo, vt ibi no. in j. gl. & patet in tex. Et ideò dicendũ videtur ꝙ aut priuilegium
e continet ius iniquum [e], vt quia in alterius læſionẽ conceſſum, & tunc diſtinguitur: quia ſi ad poſtulationẽ conceditur, debet vti impetrans eodem iure: ſi ſine poſtulatione, tunc non compellitur eodem iure vti, vt ff. quod quiſque iuris. l. j. & ij. Sed ſi non continet ius iniquum, ſed fauorem illius cui conceditur, & aliquam iuris cõmunis relaxationem, ſiue ad poſtulationẽ eius concedatur, ſiue nõ concedatur, prodeſt impetranti tantum, & nõ alij eum non cõtingẽti, vt in d. §. ſed & quod prin
6 cipi. Item †prodeſt nõ ſolùm ei cui conceditur, ſed etiam ſecũ litiganti: quia occaſione cõtrouerſiæ quæ inter eos verſatur, & inæqualitatis vitandæ cauſa, videtur eum contingere: & ita loquitur. l. fi. de fruct. & lit. expen. & de proxi. ſacr. ſcrin. d. l. in ſacris. & l. vnicuique. Et hæc connexitas & extenſio priuilegij ex eo
7 procedit: †quia non eſt habẽda in iudiciis acceptio perſonarum, ſicut in hac regula continetur. & hoc aliquantulum tangitur in d. §. ſed & quod principi.

ADDITIO.

a ¶In iudiciis. Iudicium hic capitur pro ſententia, vt declarat Deci. in rubr. C. de eden. colum. iij. nume. 6. in fi. G. S.

b ¶Atrocitate. Adde Ang. Aret. in §. j. col. iij. verſic. in ea gloſ. inſtit. de iis, qui ſui, vel alie. iuris. ſunt. vbi ponit an pater poſſit incarcerare filiũ. & vide Bald. in l. ſi filius. C. de patria poteſtate. & in l. libertos. & Alex. in additio. C. de obſeq. patr. præſtan. & gl. fin. in c. quemadmodum. de iureiuran. & dom. Bonifac. de Vitalinis in tract. ſuo Malefic. tit. quibus conceſſa eſt correctio. & Cyn. & Doct. in l. Manichæos. C. de epiſc. & cler. & Lud. Bolog. in l. ex facto. la grande. ff. de hæred. inſtit. in ij. interpret.

c ¶Extẽdi. Adde eundẽ Dy. in c. quod ob gratiam. in vj. oppoſ. j. eo. F. C.

Contin



d ¶Contingentibus. Adde in quibus cauſis & contractibus ſit ſeruanda æqualitas, Bart. & ibi plenè Ioan. de Plat. in l. in ſacris. §. fin. ff. de proxi. ſacr. ſcrin. & Cyn. Bar. Bald. & Saly. in l. fi. C. de fruc. & lit. expen. & Bal. in c. j. §. in quibus. de conſuetu. recti feud. & Ioan. Fab. Chriſtoph. Porc. & Angel. Aret. in §. fin. col. ij. inſtit. quib. alien. licet. an idẽ in arbitriis, vide text. in l. ſi cum dies. §. pen. & l. ſed interpellatur. §. ſi ab altera. ff. de arbitr. & Alex. in l. ſi de meis. in addit. Adde Bart. ff. de arbi. & Spec. tit. de dilat. §. fi. verſic. ſed nunquid poſt lapſum terminum. & Doct. in l. fi. maximè Alex. col. ij. verſic. & ad alleg. C. de eden. vbi dicunt quòd ibi æqualitas debet ſeruari, niſi vbi contrarium reperitur expreſſum, vt d. l. fin. de eden. & Hipp. de Marſil. in ſuo ſing. clxviij. incip. æqualitas.

e ¶Iniquum. Adde Bart. & Bald. in d. l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & Bald. in d. c. ij. §. in quibus. de conſuetud. recti feud. & Doct. in c. ij. de mut. petit. & Bar. in l. fi. §. donec. C. de iure delibe. & Bart. ibi pulchrè. Alex. in l. iij. in princ. verſic. tertio limita. ff. quod quiſque iuris. & Dyn. j. reg. quod ob gratiam. & Rom. in conſil. clxvj. col. ij. verſic. ij. reſp. & Philip. Franc. hîc, Panor in c. fi. nu. 11. & ibi poſui in apoſtil. ad eum. in verſic. debent extendi. de tranſla. epiſc.

## In reg. Ignorantia. Arg.

1 *Confeßio in iure facta per errorem facti an valeat. & nu. 8.*

2 *Errans in iure non excuſatur.*

3 *Soluẽs naturaliter debitũ & ciuiliter indebitũ errore facti excuſatur.*

4 *Errans in eo quod publicè notum eſt, non excuſatur.*

5 *Ignorans quod publicè notum eſt, dicitur eſſe in lata culpa. & nu. 18*

6 *Ignorantia facti non noti publicè, an excuſet.*

7 *Error proprij facti quando excuſet. & nu. 25.*

8 *Cõfeßio facta in iudicio per errorẽ facti, põt ante ſententiã reuocari.*

9 *Error in iure extra iudiciũ excuſat, vbi de damno vitando agitur: ſecus in iudicio. & nu. 12.*

10 *Error iuris in dubio excuſat ante litem conteſtatam.*

11 *Ignorantia iuris an excuſet eum qui de lucro captando certat.*

13 *Origo rerum attendenda eſt, non quæ poſtea accidunt.*

14 *Error iuris dolum requirentis excuſat: & de quo dolo hoc intelligatur. & nu. 16.*

15 *Lex Cornelia dolum requirit.*

17 *Dolꝰ ex qualitate facti cõſideratˀ.*

19 *Lata culpa æquiparatur dolo præſumpto.*

20 *Ignorantiã iuris prætendens quando excuſetur. & nu. 22.*

21 *Ignorãtia iuris naturalis, aut quaſi naturalis non excuſat. & nu. 23.*

24 *Error facti alieni quãdo excuſet.*

## REGVLA XIII.

IGnorantia facti non iuris, excuſat.

¶CONVENIENTER poteſt exemplum poni iſtius regulæ in eo
1 †qui in iure confeſſus eſt, & confi-
a tendo errauit [a]: nam ſi errauit in facto, iuſtè eum excuſat error: & non
b nocet cõfeſſio. ſi errauerit in iure [b], error nõ excuſat: & ideo nocet confeſſio: vt ff. de confeſ. l. non fatetur. verbi gratia: ſi credebam te eſſe cohæredẽ meum, & hoc confeſſus ſum in iudicio errando in facto,

iſte error non præiudicat, vt C. de iu
ris & fac. ig. l. ſi poſt diuiſionem. &
2 ff. fam. hercíſ. l. cum putarem. † ſed
ſi confeſſus fui errãdo in iure, quia
credebam teſtamentum valere fa-
ctum coram teſtibus non rogatis,
vel factum coram non ſolenni nu-
c mero teſtium, error nocet, [c] vt pro-
batur ff. de confeſſis. l. non fatetur.
Item ſimiliter poni poteſt exẽplum,
ſi ſoluatur illud, quod eſt naturali-
ter debitum, ciuiliter indebitum.
3 † Nam ſi quidem per ignorantiam
facti, excuſatur ſoluens, & ideo po-
teſt repetere. Si verò per ignorãtiam
iuris, non excuſatur, & ideo non po
teſt repetere, vt C. de iur. & fac. ign.
l. cum quis. & ad l. Falc. l. error.
¶ Sed opponitur & videtur quod
ignorantia facti, non excuſat. Nam
ſi proſcriptum erat vt non contra-
hatur cum eo qui tabernæ præpoſi-
tus erat, is qui contraxit ignorans
proſcriptionem factam, nõ excuſa-
tur: & ideo non poteſt agere contra
dominum: vt ff. de inſtit. l. ſed & ſi
4 pupillus. §. proſcribere. Sed dicen-
d dum eſt quòd aut erat publicè [d] no-
tum, & tunc non excuſat, vt in con-
5 trario: † quia videtur errans eſſe
in lata culpa quæ dolo aſſimilatur,
ex eo quòd ignorat quod omnes intel-
e ligunt. [e] ff. de verbor. ſign. l. cedere
diem. §. vlt. & l. latæ. & l. magna. aut
non erat publicè notum, & tunc ex-
cuſat, vt hîc. & in præalleg. l. non fa-
6 tetur. ¶ Sed opponitur & videtur
quòd ignorantia facti etiam non
publicè noti non excuſat. vt ff. ad
Velleia. l. quãquàm. Dicunt quidam,
quòd aut erat in facto alieno, &
tunc ſi non erat publicè notum, ex-
cuſat: vt l. non fatetur. aut in pro-
prio, & tũc non excuſat. vt d. l. quan
quam. Sed contra hanc ſolutionem
eſt, quòd iure cauetur, quòd ſi cre-
dens me promiſiſſe tibi, cum non
promiſiſſem, ſoluam, repeto. Item ſi

ex conuentione inter me & te ini-
ta debui prædium impoſita ſeruitu
te, & tradidi liberum, condicere ſer-
uitutem poſſum quam tempore tra-
ditionis debui imponere: vt ff. de
cond. inde. l. ſed & ſi me putem. in
princ. & §. cum inter. & de act. emp.
l. ſi tibi liberũ. per quod patet, quòd
etiam in proprio facto tolerabilis
eſt ignorantia. Quidã dicunt quòd
aut ago de damno vitando, & tunc
toleratur, vt in dict. ll. aut de lu-
cro captando, & tunc non tolera-
tur: quæ ſolutio quantum ad propo
ſitum nulla eſt, quia in l. quanquàm.
ff. ad Velleian. fideiuſſor certabat
de damno vitando: & tamen igno-
rantia facti proprij non excuſat.
7 † Sed [f] dic quòd vbi allego igno-
f rantiam facti proprij, in iniuriam
alterius, id eſt illius cui promiſerã,
& ex promiſſione mea obligatus
eram error facti proprij non excu-
ſat, licet contendam de damno vi-
tando. vt in d. l. quanquàm. ſed vbi
non eſt in iniuriam alterius, ſed vo-
lens mihi ſubueniri aduerſus dam-
num quod incurri per ignorantiam
facti proprij, excuſat & toleratur.
Et ita loquitur præallegata l. ſi tibi
liberum. ¶ Item oppon. de l. error.
C. de iur. & facti ignor. Sed dicen-
dum eſt, quòd iſta regula reduca-
tur ad diſtinctionem illius legis.
8 † quia ſi confitendo in iudicio er-
raui in facto, error facti excuſat, vt
g hîc, & corrigi [g] poteſt vſque ad
h prolationem ſententiæ, & non [h]
poſt: vt l. contraria. ¶ Vlterius op-
ponitur circa ignorantiam iuris:
videtur enim quòd ignorantia iu-
ris excuſat: quia ſi ſoluo illud quod
erat omni iure indebitum, vel ciui-
liter tantùm debitum, per ignoran-
tiã iuris, repetere poſſum. ff. de con-
dict. indeb. l. ſi non ſortem. §. indebi-
tum. & §. adeò. & l. cum is. §. fideiuſ-
ſor. & l. ſi fideiuſſor. & de iur. & fa-
cti



9 cti ignor. l. error in fi. † Dici poteſt
quòd in l. illa erratum fuit in iure
extra iudicium, & ideo iuris error
excuſat ſi de damno vitando aga-
tur, vt l. præalleg. hîc autẽ, & l. non
fatetur. erratum fuit in iure & in iu
dicio: & ideo iudiciorum autoritas
operatur, vt error iuris reuocari nõ
poſſit. Sed contra hanc ſolutionem
eſt, quòd iure cauetur quòd etiam
error iuris in iudicio interueniens
poteſt reuocari, vt ff. de interrogat.
act. l. de ætate. §. qui iuſto. & §. Cel-
ſus. Dicendum eſt quòd ſecundùm
eos qui intelligunt prædictos §§. in
errore facti proprij, oppoſitio non
10 procedit: † ſed ſecundum illos qui
intelligunt prædictos §§. in errore
iuris, dici debet quòd error iuris in
iudicio ante litis conteſtationem
excuſat, vt in illis §§. poſt verò litis
conteſtationem non excuſat: vt in
11 l. non fatetur. & hîc ¶ † Item oppo
nitur & videtur quòd ignorantia
iuris excuſat, etſi de lucro captan-
do agatur, vt ff. de bon. poſſ. l. in bo
norum. & de iuris & facti igno. l. re-
gula. §. ſed iuris. Sed dicendum eſt,
quòd aut lucrum percipi poterat
ſine alterius iniuria, & tunc excu-
ſat, & toleratur ſi non potuit peri-
i tiores conſulere, [i] vt ff. de iuris &
facti ignor. l. iuris ignorantia. & de
k vſucap. l. nunquam ij. & l. ſi fur. [k]
12 ¶ † Item opponitur contra præmiſ-
ſa & videtur quòd iuris ignorantia
nõ toleretur etiam extra iudicium:
licet de damno vitando agatur, vt
ff. de acquir. hær. l. ſi duo. Sed dicen-
dum eſt quòd ibi cauſa, de qua age-
batur, originem ſumebat à lucro: &
ideo licet ſubſequenter damnum
inducat, iuris ignorantia non excu-
13 ſat, † cùm magis originem, quàm
caſum poſt originem incidentem
conſiderari oporteat: vt ff. de dona.
l. qui id quod. in princi. & de acqui.
poſſeſſio. l. clàm poſſidere. circa

princip. & de fideiuſſor. l. tutor. in
14 princip. ¶ † Item opponitur & vi-
detur quòd ignorantia iuris excu-
ſat, vt ff. de decre. ab ord. fa. l. ſi. & ff.
ad Silla. l. ſi quis ingraueſcente. §. ſi
quis ignorans. dicendum eſt quod
in illis ll. quæ dolũ requirunt, igno-
rantia iuris excuſat. Certũ eſt enim
quòd in aperiente tabulas teſtam.
ante vindicatam defuncti necem
requiritur dolus, vt in ead. l. ſi quis
ingraueſcente. §. quod ad cauſam.
& ideo ignorantia iuris excuſat à
pœna: vt in eodem §. ſi quis igno-
rans. In illis verò ll. quæ dolum non
exigunt, ſi quidem ius per eas indu-
ctum erat publicè notum, verè vel
iuris præſumptione, quia à tempo-
re conſtitutionis publicatæ concur
rerunt duo menſes, vt in authent.
l vt factæ nouæ conſtit. ignorantia [l]
non toleratur, vt ff. de public. l. vlti.
§. licet. Sed vbi non eſt publicè no-
tum, verè, vel iuris interpretatione,
ignorantia toleratur: vt ff. de decre.
ab or. fa. l. vlti. Tamen contra præ-
dictam ſolutionem eſt ff. ad leg.
15 Corn. de fal. l. diuus. † Certum eſt
enim, quòd lex Cornelia dolum re-
quirit: & tamen, ſicut ibi dicitur,
ignorantia edicti ſeueritatem non
16 excuſat. † Sed reſponderi poteſt,
quòd aut lex requirit dolũ verum,
aut eſt contenta dolo præſumpto
ex qualitate facti: vbi requirit do-
lum verum, ignorantia iuris excu-
ſat, vt d. §. ſi quis ignorans. Vbi ve-
rò contenta eſt dolo præſumpto
ex qualitate facti, quòd ſcilicet
17 præſumatur dolus. † Dolus ex
qualitate facti, vbicunque quis fa-
cit quod ſcit, vel ſcire debet ſe fa-
m cere non debere, [m] vt C. de iniur.
l. ſi non conuitij. & ad leg. Corn. de
ſicar. l. j. & ff. de doli except. l. j. iuris
ignorantia non excuſat, vt hîc, &
in præallegata l. diuus Claudius.
18 † Ratio autẽ eſt, quia qui ignoran-

tiam prætendit eius quòd eſt publi-
cè notum, videtur eſſe in lata culpa,
19 vt d.l.cedere diem. & l.lata. † Lata
enim culpa dolo præſumpto æqui-
pollet. & ideo ignorantia iuris non
excuſat. ¶ Item opponitur contra
prædicta, & videtur quòd ignoran-
tia non excuſat etiam vbi de dam-
no vitando agitur, vt ff.ad leg. Iul.
de adul.l.ſi adulterium. §. ſtuprum.
20 C.de in ius voc.l.venia. † Sed dicen
dum eſt, quòd aut prætéditur igno-
rantia iuris ciuilis, & tunc locum
21 habent omnia ſupradicta. † Vbi ve
rò prætenditur ignorantia iuris na-
turalis, vt quia prætendit filius ſe
ignoraſſe quòd non debuerit iniu-
riam inferre patri, vel quòd nõ de-
beret patri prouidere in neceſſariis
n alimentis [n] vel quòd non deberet
furtum cõmittere, vel homicidium,
vel cætera delicta iure naturali
prohibita, non toleratur, licet cer-
tet de damno vitando, vt d.l.ſi adul
terium.§.ſtuprum. Idem ſi quaſi iu-
ris naturalis ignorantia prætendi-
tur, vt quia dicit libertus ſe igno-
raſſe quòd patrono reuerentiam
exhibere deberet: cùm enim ab eo
conſecutus fuerit præmium liber-
tatis, quaſi naturali ratione tene-
tur, vt iure compenſationis eidem
debeat reuerentiam exhibere. &
ideo ignorantia iuris non excu-
o ſat [o] à damno, quod incurrit pro-
pter reuerétiam non exhibitam. C.
de in ius voc. l.ij. ¶ Vltimo diſtin-
p gui poteſt circa materiam regulę, [p]
22 † quia aut erratur in iure, aut in fa-
cto, ſi in iure, aut ciuili, aut natura-
li, aut quaſi naturali. & ſi in ciuili,
aut in iudicio, aut extra iudicium:
ſi in iudicio, ſiquidem ante litem
conteſt. error excuſat, probata cau-
ſa erroris legitima. vt ff.de interro.
act.l.de ætate §. qui iuſto. & §. Cel-
ſus. ſi poſt lit. conteſt. ignorãtia non
excuſat, vt hîc, & d.l.non fatetur. Si
erratur extra iudiciũ, aut agitur
de damno vitando, aut de lucro cã
ptando. & ſi de damno vitando, aut
erratur in eo in quo requiritur do-
lus verus, aut in eo in quo ſufficit
dolus præſumptus, vel lata culpa,
vel leuis, & multo fortius ſi leuiſſi-
ma. Et ſi in eo in quo requiritur do
lus verus, iuris ignorantia excuſat.
ff.ad Silla.l.ſi quis ingrauet. § ſi qs
ignorans. ſed ſi erratur in eo in quo
ſufficit dolus præſumptus, vel lata
culpa, tunc ſiquidé erat publicè no-
tum, verè, vel iuris præſumptione,
vt quia à tempore publicationis cu
currerant duo menſes, iuris igno-
rantia non excuſat, vt C.de legib.l.
leges ſacratiſſimę. & de iuris & fac.
igno.l.conſtitutiones. ff.de publi.l.
vlt.§. licet. & ad leg. Corn. de fal.l.
diuus Claudius. ſed ſi non erat pu-
blicè notum, verè, vel præſumptiuè,
iuris ignorãtia excuſat. ff.de decre.
ab ordi. faci.l.fin. Sed ſi agatur de
lucro captando, ſiquidem cum alte
rius iniuria, vt pro vſucapione, iu-
ris ignorãtia non toleratur, nec ex-
cuſat: ſiue potuit, ſiue non potuit pe
ritiores conſulere, vt ff. de iuris &
fac. ignor. l. iuris ignorantia. & de
vſucap. l.ſi fur. & l.nunquam. ſed ſi
ſine alterius iniuria, ſi quidem non
potuit peritiores conſulere, iuris
ignorantia toleratur, & excuſat: ſed
ſi potuit peritiores conſulere, iuris
ignorantia non excuſat. vt ff.de iu-
ris & facti ign. l.regula. §. ſed iuris.
& §.ſi qui.de bon. poſſeſ.l.in bono-
rum. & quis ordo in bon.poſſeſ.ſer-
uetur.l.ij.§.vlt. fallit, de acquir.hæ-
redi.l. ſi duo. propter rationem quã
23 ſuprà dixi. ¶ † Si erratur in iure na-
turali, ignorãtia iuris non excuſat.
vt d.l.ſi adulterium.§.ſtuprum. ſi er-
ratur in quaſi naturali, iuris igno-
rantia non excuſat. vt C. de in ius
24 voc.l.ij. ¶ † Si erratur in facto: aut
in proprio, aut alieno: & ſi alieno,
aut



aut erat publicè notum, aut nõ erat
publicè notũ: ſi erat publicè notum,
ignorantia non excuſat. ff.de inſtit.
act.l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribe-
re. ſi non erat publicè notum, igno-
q rãtia excuſat: [q] vt ff.pro ſuo.l.ſi. & j.
25 eod.c.proxi. † Si in facto proprio,
aut certat de damno vitando, aut
de lucro captãdo. ſi de lucro, error
non toleratur in proprio facto. ſi
de dãno euitando, aut cum alterius
iniuria, & tunc error in proprio fa-
cto non toleratur: vt ff. ad Velleia.
l.quanquam. aut ſine alterius iniu-
ria, & tunc error in facto proprio
r excuſat & toleratur. [r] vt ff. de con-
dict. inde. l. ſed & ſi me putem. in
princip. & §. cũ iter. & de act.empt.
l.ſi tibi liberum. & ita oportet intel-
ligi quæ notantur. ff.de leg.j.l.ſi res
obligata. Dyn.

## ADDITIO.

a ¶ Errauit. Adde, vtrum confeſſio fa
cta in iudicio vel extra ſine cauſa
valeat retractariq; poſſit. Dyn. in c.
quod ſemel. j. eod. Quando autem
confeſſio facta in libello per erro-
rem obſit libellanti, vide late Iaſ.in
§.ſi minus.in ij.not. Inſt.de actio.
b ¶ In iure. Adde quòd ab ignoran-
tia ſeu errore iuris quis excuſatur
vbi lex eſt multum dubia.l. regula.
ff.de iur.& fac.ign.& no.glo.in cap.
vnico.de poſtul. prælat. ſuprà eod.
lib.& Abb. in cap. fin.de conſti.Fe-
lyn.in cap.de quarta. colum.ix.cir-
ca princ.de præſcrip. in regno Sici-
liæ, ignorantia iuris excuſat à per-
ditione feudi, propter non petitam
inueſtituram, vt not.Car. Alexand.
in cap.j.colum.ix.quo tempore mi-
les inueſtit.pete.deb.in vſibus feud.
quod no.pro vaſallis tenẽtibus feu-
dum à rege, ſeu alio principe. vide
Doc.j.pen.addit. allegat.& Spec.in
ſuo aureo repertorio, in tit.de igno
ran. facti vel iuris. & quæ dixi in §.
vij.col.ij. de conſue. feud. lib.Con-
ſuetud Biturigum.
Adde breuiterq; ipſa ignorãtia iuris
nõ plus excuſat mulieré, quã alios,
quãdo potuit conſulere peritos: vt
no. Bal.& Alex. in l.iuris.C.qui ad-
mit. & ibi dicit poſt Bart. q; ſi eſt in
loco vbi nõ eſt peritorũ copia præ-
ſumit pro ea: aliàs ſecus. Et inquan-
tũ dixi, non plus excuſari mulierem
&c. illud intelligo verum, niſi in ca
ſibus in iure expreſſis: vt not.Bart.in
l.ne paſſim.C.de iuris & fac. ignor.
& Card.in cle.iiij.de conſ.& affinit.
c ¶ Nocet. Falſum eſt: quia ex quo agi
tur de damno vitando.l.iuris igno-
rantia.de iur.& fact.igno. Non ob-
ſtat d.l.cùm quis.quia loquitur quã-
do eſt debitũ iure exceptionis. nec
facit regulã, niſi in eo quod ſolutũ
errore facti facilius repetitur quàm
ſolutum errore iuris. C. M.
d ¶ Publicè. Adde quid operatur fieri
aliquid in publicum, quia facit rem
eſſe notoriã: quia quæ publicè fiũt,
pręſumuntur ſciri, vt in d.§.proſcri-
bere.verſi.literis.& c.j.de poſtu.prę-
latorũ. & ignorãtia contra factum
publicum non excuſat, vt not.Bart.
& Alex.in addit.in d.§.proſcribere.
aliàs.§.quo. & vide Cepol.in conſ.
xxxix.col.v.& Cald.in conſi.iiij.tit.
de offi. leg. qui ponit limitationem
ad d.c.de poſtul.prælat.& Franc.A-
ret.in conſi.cix.
Adde de hoc Bar.Soci. in ſuo tract.
fall. reg. clxxv.& ibi habes limitat.
ad hãc reg.& de hoc vide Pet.Phil.
Cor.conſ.lxij.j.incip. plures. in lite-
ra d.vol.iij.
e ¶ Intelligunt. Adde quæ dicatur la-
ta culpa, text. & ibi Bart. in l.quod
Nerua.ff.depoſi.& Fely. in c.cogno
ſcẽtes.col.j.de conſt.& Rom. conſ.
ccccxxvj.& Abb.conſil.xviij.vol.ij.
& Deciſ.Parla.Delphin.ccccxxiiij.
& Cep.in cõſi.xxxvj.col. iij.in prin.

¶ Sed dic. Vide de hoc ſ. in ead. reg. circa fin. verſ. ſi in facto proprio. & in reg. præſumitur. F. C.

g ¶ Corrigi. Adde an error commiſſus in iudicio poſſit reuocari. Bart. & Bal. poſt Cyn. in l. error. C. de iur. & facti ignor. & in l. j. C. de confeſ. & in l. nõ fatetur. & ibi Alex. in addit. ff. de confeſ. & Bald. in l. cũ precium. ad fi. C. de lib. cauſa.

Adde omnino de materia huius apoſt. & ſeq. Lanfrã. de Oria. in c. quoniam contra. verſ. confeſſiones. nu. 33. verſi. pro veritate. & quod ibi poſui in apoſtil. in vlt. addi. de probat.

h ¶ Et non poſt. Adde quòd confeſſio facta in libello per errorem, reuocari poteſt vſq; ad litis conteſtationem, non autem poſt, vt not. Iaſ. ſ. §. ſi minus. in ij. not. Inſt. de act. F. C.

i ¶ Cõſulere. Adde quòd nõ prodeſt mulieribus ignorantia iuris in lucris captandis ſi potuerunt conſulere peritiores: ſecus ſi nõ potuerunt. vt in d. l. in bonorum. ff. de bon. poſ. & ibi Bart. & l. iuris ignorantiam. & ibi Bald. & Doct. C. qui admit. & glo. in l. iij. C. de iuris & facti ignor. Et idem in ruſtico, ſecundum Bald. ibi. & in d. l. Iuris ignorantiam. & Ang. in conſil. clxxij. in fin. & vide Anch. & Imol. in c. ij. de teſt. in vlt. col. & Cyn. in l. fi. C. de teſt. Salyc. & Alex. in d. l. iuris ignorantiam. Cyn. Bald. in d. l. iij. C. de iur. & facti ign. & Bald. in l. ſi duo. ff. de acquir. hær. & Ro. in conſ. cxxv. & ad prædicta & ad hanc regulam vide pulchrè Fely. in c. quoniam. col. ij. de ſimon. vbi ponit tres cõclusiones cum pluribus fallen. & Philip. Franc. hîc, & Ang. in conſil. cclxxxviij. incip. viſo themate ſupradicto. Pan. c. ad noſtram. nu. 9. & ibi poſui in apoſtil. in verſ. non excuſat. de rebus eccl. non alie. & adde quod notaui. ſ. ea. reg. in apoſt. prima.

k ¶ Et l. ſi fur. Not. quòd hîc deeſt alterum membrum huius diſtinctionis, ſcilicet quando lucrum percipi non poterat ſine alterius iniuria, quod ſumendum eſt ex epilogo in fine regu. ver. ſed ſi agatur de lucro captando. F. C.

l ¶ Ignorantia. Adde verum lex vel ſtatutum afficiat verè ignorantem ad hoc vt ignorantia iuris procedẽs ex lata culpa vel dolo non excuſet delinquentem, Abb. & ibi Felyn. in c. cognoſcentes. col. ij. poſt med. ver. prima eſt. de conſt. vbi ponit Felyn. tres concluſiones cum duabus falliẽt. & vide Bart. in l. quod Nerua. ff. de poſſeſſ. & latius in l. j. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fuerit. & Bart. & ibi Alex. in addit. in l. diuus. ff. de fal. & Alex. in l. ſi quis id quod. in princ. ff. de iuriſ. omnium iud. Et à quo tempore incipiat lex ligare, vide Felyn. vbi ſuprà col. iiij. verſi. circa ſecundum. vbi ponit regulam, quòd lex incipit ligare poſt duos menſes à tẽpore publicationis ipſius. & etiam ſex fallent. & per Bart. in l. omnes populi. in viij. q. & ibi Bald. & Doct. Moder. ff. de iuſt. & iur. & Io. And. in data Sexti. ſ. eod. & gl. in Prag. San. in fi. ſuper verbo. publicationem. & Abb. in conſi. xxxv. in princ. lib. j. & Alber. de Gandino in ſuo tract. Maleficiorum. tit. de multis. ver. quæro pone fore bannum. & deciſ. Capellæ Tholoſ. q. cccexliiij. & Cepo. in conſi. xiij. in ij. col. & Franc. Aret. in conſil. lxvij.

m Debere. Adde Bart. in l. quod Nerua. & ibi Doct. ff. depoſi.

n Alimentis. Adde quòd licet pater teneatur de iure naturali alere filium, vt l. j. §. huius ſtudij. & ibi Doctores. ff. de iuſtitia & iure. & inſtitut. de iure natur. gentium & ciuili in princ. & ibi Ioannes Fab. Chriſtopho. Porc. & Ang. & Abb. in conſi. lxxv. col. vlt. lib. j. & gloſſ. Abb. & Præpo



Præpoſ. in c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. tamen de iure naturali non eſt educatio parentum facienda à liberis: ſed naturali ratione, vt benefacientibus benefaciamus, vt l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hære. ita tenet Bart. in d. l. j. §. huius ſtudij. & in l. ſi quis à liberis. §. parens. per illum text. ff. de lib. agnoſcen. & Bald. ſing. inſtit. de iure nat. gent. & ciuili in princip. col. j. prope fin. cum ſeq. & Bald. in l. j. §. ius naturale. col. j. ff. de iuſt. & iur. & an educ. patris & filij ſit de iure ciuili, vide per Doct. ſ. al.

¶ Adde an debeantur alimenta natis ex illicito vel dãnato coitu, per parentes, vide Bal. in l. id quod pauperibus. nu. 37. verſi. vlt. quæritur. & quod ibi dixi in apoſt. ad ipſum, in ver. alimenta. C. de epiſc. & cler.

o ¶ Non excuſat. Adde gloſſ. in d. l. ſi adulterium. quæ dicit, quòd ſi quis errauit in iure naturali, vel gẽtium, non excuſatur, vt ſequitur hîc Dyn. licet aliqualiter releuetur, ſecũdum gloſſ. ſed Bart. ibi hoc reprehendit, diſtinguit vt ibi vide. & Alexand. in l. ſi quis quod. in princ. col. ij. ff. de iuriſd. omn. iud.

p ¶ Regulæ. Adde ad hanc regulam Doct. in c. ab excommunicato. maximè Inno. de reſcript. & Ang. Are. & Iaſ. in §. ſi quis agens. de act. in fin. & Dyn. & quæ ibi dicam in reg. ſeq. & in reg. præſumitur. infrà eod. & Abb. & Felyn. in c. ij. de conſtit. glo. in c. apoſtolicæ. de cler. excom. miniſtran. & Alex. conſi. xxxj. in iij. col. in fin. l. ij. & Ange. Aret. inſtit de nup. §. ſi aduerſus. & Bar. in l. ſi adulterium. ff. de adul. & in d. l. non fatetur. & ibi Ale. in addi. ff. de confeſ. Cy. Bal. Bart. & Salic. in l. error. C. de iur. & fact. ign. Bart. in l. Claudius. ff. de acq. hære. & Ro. in conſil. ccxxv. & Fely. in c. j. in col. ij. j. diſt. ſed qualiter probatur error, dic quod qui allegat tenetur probare, vt tenent Cy. & Doct. in d. l. error. & probatur eo ipſo quod probatur rem aliter ſe habere, ſecundũ Bart. in l. de ætate. §. qui iuſto. ff. de interrog. act. & in d. l. nõ fatetur. & in d. l. error. & Lud. Bol. in l. ij. C. de errore aduo. in ſecundis interpret. & Cepo. in caut. ciiij. in prin. & Alex. conſi. lxxix. col. v. verſi. & eo ipſo. lib. ij. & Abb. in c. ex parte. de confeſſ. & Card. Alex. in c. ij. col j. iiij. diſtinct.

¶ Adde an & quis probare debeat ignorantiam, & qualiter probetur, text. ſing. in c. nulli. ſi verò aliquis verſi. proprio iuramẽto. de elect. lib. vj. vbi quòd iuramento allegantis ignorantiam probetur, quem text. limita per glo. Alex. Lud. & Doct. in l. qui bona. §. ſi alieno. ad fin. ff. de dam. infect. dixi in addit. ad Phil. Franc. poſt eum in c. vt circa. nu. 7. in verſic. ignorantia probatur. præalleg. tit. de elec. lib. vj. & in addit. ad Stil. Parlam. tit. de addit. hære.

q ¶ Excuſat. Adde etiã, quod error in facto alieno non excuſat, quãdo illud factũ ſępe fuit tractatũ & diſcuſſum per allegantẽ ignorantiam: vel vbi eſſet factũ notabile & graue, ſecundum Iaſ. in §. ſi quis agens. in vlt. notab. Inſtit. de actio. F. C.

r ¶ Toleratur. Adde tolerari ignorantiã in facto proprio iamolim facto, aut adeo intricato, vt difficile memoria retineri poſſit, vt tradit Iaſ. in d. §. ſi quis agens. col. ij. verſic. item illud quod. F. C.

## In reg. Cùm quis.

## Argumenta.

1 *Hæres præſumitur ignorare factum defuncti.*

2 *Promiſſor ſi ante diẽ moriatur, ...*

pœna

*an pœna committatur.*
3 *Ignorantia quando toleretur in perſona ſucceſſoris.*
4 *Hæres emphyteutæ qui deſijt canonem ſoluere, an excuſetur.*
5 *Tempus non currit ignorantibus.*
6 *Obligatio debitoris non extenditur per cauſam contingentem in perſonam creditoris.*
7 *Caſus contingens in perſonam debitoris non alterat obligationem.*

## REGVLA XIIII.

CVM quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

1 ¶† PONE quòd promiſiſti dare
bouem Calendis Auguſti, ſi non
dares promiſiſti centũ nomine pœ-
næ: decedis ante Calendas Auguſti,
hęres ignorans promiſſionẽ factam
non ſoluit: dubiũ eſt an poſſit cum
effectu conueniri ad pœnam? & re-
a ſpondetur quod non, [a] quia iuſtam
habuit ignorantiæ cauſam, vt hîc,
& ff. eo. l. qui in alterius. ſed contrà
eſt apertè de verb. oblig. l. ad diem.
2 vbi dicitur, † quòd mortuo promiſ-
ſore ante diem pœna nihilominus
committitur adueniẽte die quo da-
re debuit, licet promiſſoris hæredi-
tas non ſit adita, idem dicitur de
naut. fœno. l. vlt. ſed dicas de rigore
iuris pœnam committi contra hæ-
b redem etiam ignorantem, [b] vt d. l.
ad idem. & de naut. fœno. l. vlti. ſed
propter probabilem ignorãtię cau-
ſam poſtulare poteſt ſucceſſor bene
ficium reſtitutionis in integrum, &
eo impetrato non nocet pœnæ cõ-
miſſio, vt hîc, & in d. l. qui in alte-
rius. nocet ergo ipſo iure vt in con
trariis: ſed propter probabilẽ igno-
rantiæ cauſam reſtitutio datur, vt
3 hîc. ¶ Item † opponitur & videtur
ignorantiam non tolerari in per-
c ſona ſucceſſoris, [c] & pœnam cum
effectu committi, niſi ſucceſſor fue-
rit pupillus, vt ff. de verb. obligat. l.
cũ filius. §. in hac ſtipulatione. Sed
d diſtingue vtrum ſucceſſor agat [d] vel
conueniatur, quia ſi agat vel alium
inquietet, pœna committitur cum
effectu, licet ignorauit promiſſionẽ
factam ab eo cui ſucceſſit. vt in d. §.
in hac. ſed ſi conuenitur, tunc pœna
e non committitur de rigore iuris, [e]
vt in l. ad diem. ff. de verb. oblig. &
de nau. fœno. l. vlt. Ratio autem eſt
quæ redditur in tex. d. l. qui in alte-
rius. quia qui agit, plenè certus eſſe
debet, cum ſit in poteſtate eius an
velit experiri, & ante debet rem di-
ligenter explorare, & tunc ad agen
dum procedere: quæ ratio non ex-
tenditur ad eum qui conuenitur, vt
ff. de doli excep. l. purè. §. vlt. & ideo
alius eſt effectus vnius, & alius al-
4 terius. ¶ Quæri autem poteſt an
hæres emphyteutæ, qui ſoluere ceſ-
ſauit eccleſiæ canonem per bien-
nium, vel priuato per triennium, ex
cuſari poſſit & debeat prætextu
f ignorantiæ, quòd videtur [f] per ver-
ba illius regulæ, & ff. eod. l. qui in al
5 terius. † & quia tempus non ſolet
cedere ignorantibus, vt ff. quando
app. ſit. l. j. §. dies. & §. ſi aduerſus. &
ff. de cal. annus. & de ædil. edic. l.
cum ſex. econtrà videtur cadere à
iure ſuo, in d. l. ad diem. & mino-
rib. l. Æmilius. de nau. fœn. l. vlt Di-
cẽdũ videtur ꝙ de rigore iuris poſ
ſit deiici à iure emphyteotico: vt in
d. l. ad diẽ. cum ſim. Sed propter iu-
g ſtam ignorãtiæ cauſam reſtitutio [g]
concedi debeat, vt hîc, & d. l. qui in
alterius. Item quęri poteſt quare eſt
ꝙ mortuo ſtipulatore ſine hærede,
vel relicto hærede cui nõ poteſt de
iure ſolui, pœna nõ cõmittitur ipſo
iure. vt ff. de vſur. l. pecuniæ fœno-
ris. in fin. & l. cùm quidam. §. ſi pu-
h pillo. ſed econtra [h] mortuo promiſ-
ſore committitur, licet reſtitutio
6 concedatur, vt dictum eſt. † Ratio
eſt, quia caſus contingens in perſo-
nam creditoris non debet extende
re obligationẽ debitoris. vt. ff. eo. l.
omnis hæreditas. §. nunquam & ad
7 l. Aquil. l. qui occîdit. §. vlt. † ſed e-
contrà contingens in perſonam de
bitor non debet variare obligatio-
nis conditionem, vt ff. de verb. obl.
l. ij. §. ex his. & de præto. ſtip. l. ij.



## ADDITIO.

a ¶ Quod non. Limita iſtam regulam
non procedere, quando hæres ex
hoc lucrum quęreret, vt not. Dec. in
l. qui in alterius. nu. 4. ff. eod.
b ¶ Ignorantem. Adde Bart. & Alex.
in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb.
oblig. & Bart. & Alexan. poſt Dyn.
in d. l. ad diem. hîc alleg.
c ¶ Succeſſoris. Adde, quando ſcien-
tia defuncti cenſeatur in hæredem
continuata, ita vt allegando igno-
rantiã non audiatur, Dyn. in c. præ-
ſumitur. infrà eod. vbi poſuit multa
ad materiam iſtius regu. pertinen-
tia. F. C.
d ¶ Agat. Adde Ang. Aret. & Io. Fab.
qui dari tut. poſſ. in princi. in gloſſ.
datus. inſtit. qui idem tenent. & Bar.
in l. qui in alterius. ff eo. dicit quòd
ſucceſſor conuentus habet iuſtam
cauſam ignorantiæ vſque ad publi
cationem teſtium, vel productio-
nem inſtrumenti, per quæ appareat
ipſum eſſe certioratum. & non ha-
bere cauſam ignorantiæ, quia tunc
ab illo tempore poſtea debet con-
demnari in expenſis, vt l. ſi quis in-
ficiatus. ff. depoſiti. ſed ſecus eſt in
actore: vt tenet hîc Dyn. licet ſecun
dum Bar. poſſit eſſe ex parte actoris
iuſta cauſa, qua cognita ſtatim de-
bet deſiſtere, & releuabitur ab ex-
pen. vt l. deſtitiſſe. ff. de iud. & l. eum
quẽ temerè. & ibi Bart. & vide Dec.
in d. l. qui in alterius. num. 10. & de
materia expenſarum, litis ne imper
tinenter huc cõgeratur. vide Iaſ. in
l. properandum. §. ſiue autem. C. de
iud. vbi eam copioſiſſime tractauit.
& ad iſtam reg. vide Maria. Soci. in
rubr. de cau poſſ. & prop. in iij. trac.
artic. iiij. verſic. competit publicia-
na. in dubio autem ꝙ præſumatur
ignorantia in ſucceſſore iuris alte-
rius, tenet Alex. in conſil. lxx. lib. j.
col. iij. F. C.
e ¶ Iuris. Hoc limitat Deci. in d. l. qui
in alterius, nu. 3. non habere locum,
quoties hæres conuenitur ſuper iis,
quæ in teſtamento continentur, de
quibus præſumitur habere noti-
tiam. F. C.
f ¶ Videtur. Adde ſimili modo excu-
ſari hæredẽ emphyteutæ, qui igno-
rans vendidit fundum emphyteuti
cum, ſecundum Bald. in c. j. §. Si va-
ſallus. in fin. ſi de feu. fue contro. in-
ter dom. & agna. quẽ ſequitur Dec.
in d. l. qui in alterius. nu. 2. F. C.
g ¶ Reſtitutio. Idem glo. Dyn. Bal. Io.
Fab. l. ij. C. de iur. emphyteut. Ludo.
Rom. conſi. clxvj. in fin. Alex. conſil.
clxix. nu. 10. lib. ij. Dec. conſil. lviij. in
fi. vbi in annot. dixi. & conſil. cxxx-
viij. col. iij. item ex omni iuſta cau-
ſa. Carol. Ruyn. conſi. cl. lib. j. C. M.
h ¶ Econtrà. Adde hic Ioan. Andr. &
in addit. Spec. de loca. §. aliam. ver.
xix. & Bart. in d. l. ad diem. ff. de ver.
oblig. gloſſ. & Iaſ. in l. ij. C. de iur.
emphyteut. Bald. in l. fin. C. ſi pen-
den. appel. & Bart. in l. Æmilius. hîc
alleg. Felyn. in c. vigilanti. col. ij. in
princip. de præſcript. & And. Barb.
in repet. c. Raynaldus in Ioanni-
na. circa fin. de teſtamen. & Bart. &
Alexand. in l. cum filius. §. in hac. ff.
de verb. oblig. Imol. in c. potuit. de
loc. Cyn. in d. l. ij. de iure emphy. &
Ant. Corſet. in ſing. in verſic. hæres,
& Lanfr. de Oriano in tract. de ar-
bitr. quæſt. ix. & Abb. in conſil. iij.
col. vj.

col.vj.vol.ij.& Deciſ. Parlam.Del-
phin.quæſt.xxiiij.in fin.

## In reg.Odia.Argu.

1 *Statutum odioſum eſt reſtringen-
dum.*
2 *Inſtitutio in re certa valet, exhæ-
redatio non.*
3 *Pactum de non petendo natura-
lem obligationem ipſo iure aufert.*
4 *Pactum de petendo non redinte-
grat ipſo iure obligationem, quæ
ſublata fuit per pactum de non pe
tendo.*
5 *Fauor quando ampliandus, odio
reſtricto.*
6 *Fauor publicus priuatorum præ-
fertur vtilitatibus.*
7 *Fauor publicus in maleficijs pu-
niendis attendendus.*
8 *Pœnæ ſunt potius molliendæ quàm
exaſperandæ.*
9 *Maleficia quãdo ad rigorem ſint
punienda.*
10 *Tutor ſuſpectus ob publicam vti-
litatem remouendus.*
11 *Pœna moderanda eſt ſecundum
qualitatem delicti.*

## REGVLA XV.

ODIA reſtringi, & fauo-
res conuenit ampliari.

a ¶CASVS iſtius regulæ [a] eſt.s.de
ele&.c.ſtatutum. lib.vj. vbi dicitur,
1 † quòd ſtatutum de iis, qui ad pa-
rochialiũ eccleſiarum regimen aſ-
ſumũtur, promouendis ad ſacerdo-
tium intra annum, alioquin ipſis ec
cleſiis ſint priuati, ad collegiatas ec
cleſias extẽdi non debet: quia cùm
ſit odioſum, reſtringi conuenit po-
tius quàm laxari. Exemplum etiam
apertũ ponitur.ff.de liber. & poſth.
2 l.cum quidam. † quia ſi pater inſti-
tuat filium ex re certa, valet inſtitu-
tio: ſed ſi exhæredet à re certa, non
valet exhæredatio: quia in inſtitu-
tione verſatur fauor, quem cõuenit
ampliari: in exhæredatione odium,
quod econtrà oportet reſtringi.
3 † Item probatur, quia iure cauetur,
quòd pactum liberatoriũ, id eſt de
non petendo, tollit ipſo iure natura
lem obligationem.ff.de ſolut.l. Sti-
4 chum.§.naturalis. † pactum verò de
petẽdo quod eſt obligatorium, non
tollit ipſo iure, vt ff.de pact.l.ſi vnus.
§.pactus ne peteret. Et hoc contin-
git propter rationem iſtius regulæ,
ſcilicet quia in pacto prædicto de
non petendo, verſatur fauor, quem
conuenit ampliari, in pacto prædi-
cto de petendo verſatur odiũ, quod
oportet reſtringi, vt ff.de act.& obl.
l.Arrianus. Sed cõtra regulam vide-
tur.ff.de iis qui not. infa.l.ij.§.exer-
citum. vbi odium ampliatur, & non
5 reſtringitur. † Sed dicendum [b] eſt,
b quòd aut ex vtraque parte, id eſt fa
uoris & odij, verſatur ius priuatum:
aut ex vtraque publicũ: aut ex alte-
ra priuatum, & ex altera publicum.
Primo caſu & ſecũdo ampliatur fa
uor, & reſtringitur odiũ: quia cum
natura ſint hincinde paria, certum
eſt in re dubia fauorabilẽ cauſam
potius aſſumi debere, quã odioſam,
vt in præalleg. l. cum quidã.& arg.
ff.eo.l.quoties idem ſermo.& l.quo
ties nihil. In tertio caſu præfertur
ius publicum, ſiue verſetur ex parte
odij, ſiue ex parte fauoris: & de iſto
tertio caſu loquitur.ff.de iis qui no.
6 infa.l.ij. Et ratio huius eſt, † quia fa
uor publicus præferri debet vtilita-
c tibus priuatorũ, [c] vt C.de primipilo.
l.vtilitas & in auth.de reſt.& ea quæ
parit in xj.menſe.§.quamobrẽ. col.
iiij. Sed hoc falſum eſſe poſſet ali-
quis oſtendere euidenter. certũ eſt,
7 † quòd in maleficiis puniendis fa-
uor



uor publicus verſatur, vt ff.de publi-
ca.l.licitatio.§.quod illicitè.& ff.de
fideiuſſorib.l.ſi à reo.§.id quod vul-
gò. & ad l. Aquil. l. ita vulneratus.
8 † tamen iure cauetur, quòd inter-
pretatione legum pœnæ delicto-
rum potius molliendæ ſunt, quàm
exaſperandæ, vt ff.de pœn.l. ſi præ-
9 ſes. & l. interpretatione legũ † Sed
d dicendum [d] eſt fauorem publicum
conſiderari, vt maleficium non re-
maneat impunitum, ex quo conſtat
commiſſum, nõ autem in re dubia,
id eſt cum incerta eſt criminis qua-
litas, vt pœnæ exaggerentur, ſed vt
potius minuãtur, cùm potius clemẽ
tiæ quàm ſeueritati nos iudicantes
ſtudere oporteat, vt ff. de pœn.l.re-
ſpiciendũ.in prin. Item contra præ-
dictã diſt.eſt ff.de ſuſpect. tut.l.hær.
§.quid ergo. vbi ſi non apparet cau-
ſa remotionis, ex cauſa leuiori re-
10 motus videtur: † & tamen remotio-
nem tutoris ſuſpecti ſuadet publica
vtilitas, vt in eo.tit.l.j.§.conſequẽs.
imò non eſt cõtrà: quia ibi non ſua-
det delictum, ſed præſumitur in du-
bio minus fuiſſe delictum, cum ſit
incerta delicti qualitas. & ideo ad
ſentẽtiam condemnatoriam ſequi-
11 tur minor pœna, † cum pœna mo-
deranda ſit ſecundum qualitatem
delicti, vt ff.de offic. præf. vig.l.j.§.
cùm patronus. & de iure patron.l.j.
Dynus.

ADDITIO.

a ¶ Regulæ. Adde ad declarationem
huius regu. Dyn. in c.quis à iure.in-
frà eod. F. C.
b ¶ Sed dicẽdum. Adde q; odium du-
plex eſt, publicũ & priuatũ. de quo
per Abb.in c.quoties.de teſti.& quã
do odia reſtringi & fauores amplia
ri debeant, vide Alex. in l.cætera.§.
ſed & ſi quis.ff.de leg.j.& per glo.&
Bart.in d.l.ij.§. exercitũ. ff.de iis qui
no.infa.Bart.& Io.de Plat. in l.quẽ-
admodum. C. de agric. & cenſ. lib.
xj.& Ioan.Imo.in d.l.cum quidam.
de liber. & poſthu. & Bald. in l.j. in
iiij. q. C. de lib. præt. & Alexand. in
d.l. cum quidam. in fin. & Philip.
Franc. hîc. & quando odium repel-
lat quem à teſtimonio. vide Alexã.
in conſil. xcix. in ij. col.j. lib. & an
lex poſſit eſſe pro parte fauorabilis,
& pro parte odioſa, vide Bal.& ibi
Ludo.Bolo. in ſecundis interpret.in
l.j.§. quod autem. ff. de aleatori.&
Bald. & ibi in addit. Alexand. in l.
venia. C.de in ius voc. & Alex.l.ſed
ſi hac.§.ſemper. in princ. ff.de in ius
voc. adde quod not. Felyn. in c.dile-
ctus. in ij.col.in verſic. quarta con-
cluſio. de reſcript. & col. iiij. verſic.
iij.facit, & Card. Alexan. in c. vota.
lxiij.diſt.
c ¶ Priuatorum. Adde text.in l.vnica.
§.fin. & ibi Doct.C.de cad. tollend.
& in auth. res quæ ſubiacent reſti-
tutioni. C.com. de leg. & in c. licet.
de reg. reſt. & trãſeunt ad reli. quod
intellige ſecundum gloſſ. ibi, cum
per publicam non impeditur priua-
ta: quia charitas bene ordinata in-
cipit à ſeipſo. l. præſes. C. de ſeruit.
& aqua. & vide text. in c. ſcias. vij.
q.j. & ibi gloſſ.& in c. bonæ.in j.de
poſtul.prælat.& Pau.de Caſt.conſi.
ccccx. col. iij. in antiquis. & plenè
per Bart. Bald. Alexand.& Socin.in
l.j.ff.ſol.matrim.
¶ Adde quæ ſit pœna iudicis mu-
tantis pœnam à iure introductam
ſine cauſa. Roman. omnino ſingu.
ſuo.lxxvij. incip. veni qua.& Felyn.
qui illius meminit in c. de cauſis.
col.v.de offic.deleg.in c. qualiter &
quando. l.ij.§. ad corrigendos. col.
vij. verſic. pro complemento.extrà
de actio.
d ¶ Sed dicendum. Vide eundem Dy.
in c.in pœnis verſic.ſed diſtinguen-
dum. & in c. in obſcuris verſic. ad
tertium. infrà eod. vbi plenius di-
ſtinguit.

In reg

## In reg. Decet. Argu.

1 *Filiusfamiliàs ob dignitatem ſui iuris effectus, finita adminiſtratione, manet ſui iuris.*

2 *Priuilegium minori conceſſum, finitur ætate minori finita.*

3 *Priuilegium quando finiatur, finita priuilegij cauſa.*

4 *Actio turpis non intenditur aduerſus eam, quæ vxor eſſe deſiit.*

5 *Teſtamẽtum pupillare tollitur paterno ſublato.*

6 *Cauſa in dubio impulſiua præſumitur, non finalis.*

## REGVLA XVI.

DECET cõceſſum à principe beneficiũ eſſe manſurum.

¶CLARISSIME patet exem-
plum iſtius regulæ in authen. conſt.
quæ de dignita. §. illud. vbi dicitur,
1 † quòd ſi filiusfamiliàs propter di-
gnitatem ſibi delatam fuerit ſui iu-
a ris, quòd [a] nihilominus dignitatis
ſuæ adminiſtratione finita remanet
ſui iuris, & retinet omnium cogna-
torum & agnatorũ iura. ¶ Sed con-
tra regulam videtur. ff. de leg. ij. l.
2 Titia Seio. §. vſuras. vbi dicitur, † q
finita minori ætate, cuius occaſione
priuilegium concedebatur, finitur
priuilegium à principe conceſſum.
Sed dicendum eſt, quòd ibi finita
erat finalis cauſa priuilegij conce-
b dédi: & ideo finitur priuilegium, [b]
iuxta regulam generalem, Ceſſante
cauſa, ceſſat effectus. C. de epiſcop.
& cler. l. generaliter. & de hæret. l. j.
& de teſtam. milit. l. penul. de reſtit.
mili. l. fin. c. cùm ceſſante. de appell.
in propoſito autem non erat finita
priuilegij cauſa. & ideo priuilegium
durat: vel ſi erat infinita, fuerat cau-
ſa impulſiua & non finalis. & ideo
finita cauſa non finitur priuilegiũ.
vt argu. ff. de vſufruct. leg. l. genera-
3 li §. duas. † Et huius occaſione di-
ſtingue, aut conſtat cauſam priuile-
gij conceſſionis alicuius vel prohi-
bitionis factæ eſſe finalem. Aut cõ-
ſtat eſſe impulſiuam. Aut dubitatur.
Si conſtat eſſe finalem, aut ea ſua
ſublata remanent aliquæ reliquiæ
præcedentis cauſæ, aut omnes tol-
luntur. & ſi aliquæ reliquiæ rema-
nent: reliquiis eius remanẽtibus du-
rat effectus, vt patet exemplum. ff. de
quæſt. l. vnius. §. ſeruus. vbi ſeruus à
domino diſtractus in memoriam
prioris dominij, non debet nec po-
teſt aduerſus quondam dominum
interrogari. Item qui deſiit eſſe de-
curio, torqueri in memoriã prioris
dignitatis non debet: vt ff. de decu-
4 rio. l. fin. † Item cõtra eam quæ de-
ſiit eſſe vxor, non inſtituitur actio
turpis in honorem præcedentis ma-
trimonij, vt ff. rerum amotarum. l. j.
& ij. Sed vbi nullæ reliquiæ cauſæ
c finalis [c] remanent, ſublata cauſa tol
litur totaliter effectus: vt ſ. de præ-
bend. c. ſi pauper. lib. vj. & ff. de act.
& obl. l. qui cum heredes. ar. ad con-
firmationẽ huius diſtinctionis, quia
5 iure cauetur † quod ſublato teſtamẽ
to paterno de iure ciuili, in totũ tol-
litur pupillare: quia nullæ remanẽt
reliquiæ paterni. ff. de inoff. teſta. l.
Papi. §. ſed nec impuberis. & de vul.
& pup. ſub. l. in ſubſtitutione. & l. ex
duobus. §. vlt. & l. & ſi contra tab. cũ
ibi not. Si conſtat eſſe impulſiuam,
tunc finita cauſa nõ finitꝰ effectus, vt
ff. de dona. l. ij. §. vl. & l. ſeq. Et quod
dici ſolet de Calphurnia. ff. de poſtu
6 la. l. j. §. ſexũ. † Sed ſi dubitatꝰ vtrũ
fuerit finalis vel impulſiua, præſumi-
d tur in dubio impulſiua. [d] & ideo ea
finita non finitꝰ effectus, vt ff. de cõd.
& demõ. l. cũ tale. §. falſam cauſam.
& l. Titio. §. ſed cum ante nuptias.
& de vſufr. leg. l. generali. §. duas. &
de donat. l. ij. §. fi. & C. de iure dot. l.
ſi mulier. Dyn.



### ADDITIO.

a ¶Dignitatem. Adde quę dignitates
hodie liberant filium à patria pote
ſtate, tex. gl. Io. Fab. Chriſtoph. Por.
& Ang. Aret. in §. filiusfa. inſti. quib.
mod. ius patr. pot. ſol. & gloſ. ſing. &
ibi Ioan. de Plat. in l. fin. C. de decur.
lib. x. & in auth. ſed epiſcopalis. &
ibi Saly. C. de epiſc. & cler. & gloſ. &
Abb. poſt Inn. in c. indecorũ. de æta.
& qualit. Dixi in apoſtil. ad Bald. in
l. ſacroſanc. nu. 1. in verſ. epiſcopalis
autem dignitas. C. de epiſc. & cle. &
in auth. ſi qua mulier. in verſic. deſi-
nit, & in mea poto. nu. 1. l. j. C. de ſa-
croſan. eccle. & in addit. ad Panor.
in c. cõſtitutus. nu. 3. in verſ. dignitas
epiſcopalis. & in verſi. religio verò
approbata. de reſtit. in integr.
b ¶Priuilegium. Adde quãdo & quo-
modo intelligitur priuilegium fini
tum finita cauſa. Bar. & Bal. in l. Ti-
tia Seio. §. vſuras. hîc. alleg. Et quan
to tempore duret, vide Bart. in l. fin.
in vlt. q. ff. de mand. princ. & in l. li-
citatio. §. earum rerum. ff. de publi.
& ibi quid in reſcriptis, & Bald. &
Doct. in l. falſo. C. de diuer. reſcript.
Spec. tit. de inſtrum. edit. §. nunc. au-
tem verſi. ſi itẽ opponitur. vbi ponit
caſus in quibus priuilegiũ perditur.
& per Innoc. Abb. & Fely. in c. cùm
acceſſiſſent. col. x. ante medium. de
conſtit. vbi ponit Fely. tres regulas
cum aliquibus fallen. & gloſ. Doct.
in c. ſuggeſtum. de deci. & gl. & Ar-
chid. in c. priuilegiũ. xj. q. iij. & Cyn.
in l. voluntariæ. C. de excuſat. tut. &
Bart. in l. j. ff. de nundi. & Alexan. in
conſil. xxxiij. lib. v. & in materia
Rom. conſil. clxxx. quod eſt pulchrũ
& ſingulare.
c ¶Finalis. Adde quòd per not. hîc
per Dyn. decidunt Bart. & Bald. in l.
fi. de feriis. quòd ſi datur dilatio ad
producendum vnum inſtrumẽtum,
& producitur in prima die, quòd fi-
nita eſt cauſa dilationis, & iudex
poteſt procedere ad vlteriora, vide
Bar. in l. à filia. §. alumno. ff. ad Tre-
bellia. & Angel. Aret. in §. ſi minus.
col. viij. inſtit. de act. & Dyn. & quæ
ibi dicam in regula, non licet acto-
ri. j. eod.
d ¶Impulſiua. Adde quòd in dubio
præſumitur impulſiua, & non fina-
lis: vt not. gloſ. ſingul. in l. ij. §. fin. ff.
de donat. & ceſſante cauſa non ceſ
ſat effectus: vnde qui vult dicere ef-
fectum ceſſare ex ceſſatione cauſę,
debet probare ipſam cauſam fuiſſe
finalem. de quo latè per Cyn. Bald.
Ang. & Salyc. in l. generaliter. C. de
epiſc. & cler. & Dyn. & Bart. in d. l.
ij. §. fi. de dona. Voluit allegare Dy.
in l. iij. & ibi dixi verſic. ceſſante
cauſa impulſiua. ff. de donat. cauſa
mort. quia ibi eſt opin. gloſ. & ſing.
in verſ. cauſa. & quod ibi notaui. &
Iac. Rebuffi, in l. nullus. nume. 2. in
verſi. præſumitur impulſiua. C. de iis
qui a principe. lib. x. Dyn. in l. pecu-
niæ in verſic. in dubio præſumitur
impulſiua. ff. de alim. leg. Ioan. Fab.
& Ang. Aret. in §. illis autem. inſtit.
de teſtam. milit. gloſ. Ioan. Andr. &
Doct. in c. poſt tranſlationem. §. cæ-
terum. nume. 17. in verſic. ceſſat ius.
Bald. in l. generaliter. nu. 3. in verſi.
ceſſante cauſa impulſiua. C. de epiſc.
& cleri. de renuntiatio. & in c. & ſi
Chriſtus. ad fi. de iureiur. & per glo.
& Card. Alex. in c. ſtatuimus. §. neo-
phytum. lx. diſtin. & Alex. in addit.
ad Bart. in d. §. fin. & Bart. in l. fin. ff.
de teſtamen. tutel. & Abb. & Præpoſ.
Card. Alex. in c. cum ceſſante. col.
j. de app. & Bart. in l. in omni. ff. de
adoptio. & in l. Titia. §. vſuras. ff. de
leg. ij. & Felyn. in c. cum nuntius. in
j. col. verſic. nota primo. & in princ.
ij. col. de teſtib.

# In regulam, Indultum.

## Argumenta.

1 *Reus non poteſt per hominem impediri, quominus pluribus poßit exceptionibus vti.*

2 *Reus exceptiones dilatorias & declinatorias opponere poteſt vſque ad litis conteſtationem.*

3 *Reus exceptiones peremptorias ante ſententiam opponere poteſt.*

4 *Condemnatus nõ cogitur per hominem ante tempus lege cõceſſum ſoluere condemnationem.*

5 *Pater non poteſt filium à legitima petenda prohibere.*

6 *Tempus ad appellandũ à lege conceſſum nõ poteſt per hominem tolli. Tempus quantum concedatur ad appellationem perſequendam.*

7 *Vſusfructus patri debitus in bonis filij aduẽtitijs, an poßit ei auferri.*

8 *Lex vna aliam extenuare & penitus tollere poteſt.*

9 *Maritus habet adminiſtrationem rerum paraphernalium vxore nõ prohibente.*

10 *Exceptiones an poßint opponi poſt tẽpus à iudice ſtatutũ intra tamen tẽpus à lege præſcriptũ. & nu.* 14.

11 *Iudex tempus limitare poteſt, poſt quod excludetur litigator.*

12 *Renuntiare iuri ſuo videtur non perſequens litem intra tempus à iudice definitum.*

13 *Iudex an quandoque poßit iuriſdictionem denegare.*

15 *Tempus quod datur ad appellandum, an poßit per iudicem minus.*

16 *Dilationes ſunt arbitrariæ.*

17 *Legitima filio in bonis paternis debita an auferri, vel ſaltem minus poßit per ſtatutum.*

18 *Ius agnationis pacto tolli nequit.*

19 *Statutũ & pactũ æquiparantur.*

20 *Pactũ de non petendo legitimam non valet.*

21 *Pactum de futura ſucceßione reprobatur ipſo iure.*

22 *Ius vnũ ciuile per aliud tolli poteſt.*

23 *Ius teſtandi incognitum fuit iure naturali & gentium.*

24 *Medio ſublato intelligitur ſublatum etiam extremũ ad quod ſine illo medio perueniri non poteſt.*

25 *Pignoratitia tollitur iure offerendi ſublato.*

## REGVLA XVII.

INdultum à iure beneficium non eſt alicui auferendum.

1 ¶INDVLGETVR reo à iure, ꝙ poſſit plures exceptiones proponere; vt. j. eod. nullus pluribus, & ff. de except. l. is qui. & l. nemo, & ideo
2 non poteſt auferri per hominẽ. † Itẽ indulgetur reo per l. ꝙ omnes exceptiones dilatorias & declinatorias proponere poſſit vſque ad lit. cõteſt. C. de probatio. l. exceptionem. & de except. l. vlt. & pen. & de procura. l. ita demum. & ideo nõ debet aufer-
3 ri per hominem. † Item indulgetur reo per l. ꝙ poſſit opponere peremptorias quandocunque ante ſententiam, vt C. ſenten. reſcin. non poſſ. l. peremptorias. & ideo non debet auferri per hominem, quia indultum à iure beneficium non eſt alicui auferendum, vt hîc, & authẽ. de nupt.
4 §. ſi verò ſolum. colum. iiij. † Item à iure indulgetur condẽnato, ad condemnationem ſoluendam tempus quatuor menſium. C. de vſur. rei iud. l. ij. & ideo non debet nec poteſt auferri per iudicem ſine cauſæ cogni-
a tione [a], vt ff. de re iud. l. ij. & l. iiij. §.
5 ſi quis condemnatus. † Item indulgetur filio à lege quòd habeat legitimam de bonis patris: vt in authen. de trien. & ſemiſ. §. j. col. iij. & ideò
b non poteſt auferri per patrem [b], niſi in caſibus à iure expreſſis: id eſt, in quibus licet filiũ exhæredare. in illis enim in quibus licet exhæredare, nihil omnino relinquere tenetur: vt in authent. de hæred. & falc. §. exhæredatos. collat. j. & de immen. donat. in filios fact. §. vlti. colla. vij quæ eſt C. de liber. præter. authen. non licet. & vt cum de appel. cognoſ. §. aliud.
6 & §. ſeq. † Item indulgetur à iure, illi contra quẽ ſententia lata eſt tempus x. dierum ad appellandum, vt in auth. de appel. circa princ. collat. iij. Item indulgetur appellanti ad appellationẽ proſequẽdam annus, & ex cauſa biennium, vt in authent. de iis, qui ingred. ad appel. collat. v. & ideo ei non eſt auferendũ, vt hîc. & infinita etiam iſtius regulæ alia inueniuntur exempla regulam confirmantia, tamen eſt contra regulã,
7 † quia pater licet à iure vſumfructũ habet in bonis aduẽtitiis filij. C. de bon. quæ liber. l. cùm oportet. & l. fi. tamen poteſt auferri per hominem relinquentem ea conditione ne ad
c patrem perueniat [c] vſusfructus: vt in authen. vt liceat matri & auiæ in princ. Sed illud fit legis authoritate. & ideò non videtur auferri per hominem, ſed per legem quæ auferendi poteſtatem cõcedit, vt C. vbi, & apud quem cogn. in integr. reſtit. agen. l. vlt. & quod cuiuſque vniuer. nomi. l. item. §. ſi decuriones. & de legat. ij. l. vnum ex familia. §. ſi de
8 falcidia. † & conſtat quòd vna lex poteſt tollere, & multò fortius extenuare vires & effectũ alterius, cum cui plus licet, liceat & quod minus.
9 vt infrà eod. c. cui licet. † Item à lege datur marito adminiſtratio bo-
d norum paraphernalium vxoris [d], & tamen poteſt auferri per hominem, id eſt per mulieris prohibitionem, vt probatur C. de pac. conuen. l. hac lege. Sed eadem reſponſio poteſt habere locum. Ad materiam autem regulæ, & dictorum exemplorum in regula poſitorum perti-
10 net quærere. † Primò, ſi iudex ſtatuat tempus certum ad dilatorias vel declinatorias exceptiones opponendas: an poſt illud tempus, & ante litis conteſtationem poſſit opponere. Item ſi ſtatuat certum tempus ad opponendas peremptorias, an poſt illud tempus & ante ſententiam poſſint proponi? Et videtur quòd ſic, quia beneficium proponendi dilatorias vſque ad litis conteſtationẽ eſt à iure indultum. Item proponendi peremptorias vſque ad ſententiam eſt ſimiliter à iure indultum: vt d. l. exceptionem. & l. vlti. & penulti. & l. peremptorias. ergo non poteſt auferri vel extenuari per iudicem, vt hîc, & ff. de re iudic. l. iiij. §. ſi quis condemnatus. & in authent. de nuptiis. §. ſi verò ſolum.
e Econtra videtur quòd non poſſit [e],
11 † quia iudex poteſt limitare tẽpus. Et poſt illud tempus à iudice limitatum excluditur litigator: vt ff. de
12 accuſ. l. Titia. quinimò plus, † quia non proſequẽdo infra tempus à iudice præfinitum, deſiſtere videtur, & iuri ſuo renuntiare, vt ff. ad Turpil. l. ab accuſatione. §. deſtitiſſe. Item pro hoc eſt C. qui accuſ. non poſ. l. ſi ea. & de ingen. manu. l. diffamari. ff. de opt. leg. l. mancipiorũ. & de cura. bon. dando. l. j. & de bon. authorit.
13 iudi. poſ. l. iiij. † Et quia iure cauetur, quòd iudex poteſt denegare iuriſdictionem, vt ff. ex quibus cauſis maio. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed

& ſi dum decreto. Sed hoc argum.
nihil ad propoſitum : quia loquun-
tur omnia iura ſuprà allegata in
actore, cui poſt tempus cum cauſa
à iudice præfinitum agendi pote-
ſtas denegatur: quæſtio autem pro-
ponitur in reo volente poſt tempus
à iudice præfinitum exceptionem
proponere : & ideò cùm fauorabi-
liores ſint rei, quàm actores, vt in
regula iuris, conſtat non procede-
re argumenta prædicta, quæ indu-
14 cuntur à ſimili vel pari. † Tamen
probabiliter dici poteſt, quòd aut
iudex limitauit tempus cum cauſæ
cognitione, aut ſine. Et ſi cum cau-
ſæ cognitione, non poſſit poſt tem-
pus limitatum à iudice exceptio-
nes proponere. arg. ff. de re iud. l. ij.
niſi vbi tempus, quod indulgetur
reo per legem, limitari non poſſit
per iudicem cum cauſæ cognitio-
ne. Si ſine cauſæ cognitione propo
nere poteſt, etiam poſt tempus. in
eod. tit. l. iiij. §. ſi quis condemnatus.
arg. l. ad prædicta. ff. de iis qui not.
infam. l. quid ergo. §. pœna grauior.
15 vbi de hoc. † Item quæri poteſt an
f tempus decem dierum [f] quod da-
tur ad appellandum poſſit per iudi-
cem minui? & videtur quod non,
per hanc regulam, & per iura præ-
allegata. Econtrà quòd poſſit. ff. de
re iudic. l. ij. & omnes leges ſuperius
allegatæ in quęſtione proxima, quę
inducũtur prout ponunt actorẽ ap-
pellare, cum is ſit actor in cauſa ap-
pellationis qui fuit reus in cauſa
principali, vt dici ſolet in authẽt. de
iis qui ingred. ad appel. §. illud quo-
que. coll. v. & patet ex eo quòd pen-
dente appellatione nihil eſt inno-
uandum, vt ff. nil nouari, per totum.
16 & C. de appel. l. iij. † Item quia iu-
re cauetur, quòd dilationes ſunt ar-
bitrariæ, vt ff. de iudic. l. nonnun-
quam. & C. de dila. l. j. & l. ſiue pars.
tamen communiter dicitur & tene-
tur, quòd cum hoc tempus decem
dierum concedatur à lege ſine ali-
quo miniſterio iudicãtis tacito vel
expreſſo, quòd non poſſit per iudi-
cem minui, argu. iſtius regulæ. & in
auth. de nupt. §. ſi vero ſolum. & de
re iudic. l. iiij. §. ſi quis condemna-
tus. Ad contraria patet reſponſio:
quia omnia loquuntur in tempore
quod datur miniſterio iudicantis
tacito vel expreſſo, id eſt, per l. intel
lecto, cum lex non ſtatuit, ideò tale
tempus poteſt per iudicem minui
17 vel augeri. † Item quæri poteſt, an
legitima quæ debetur filio in bonis
g patris, poſſit auferri [g] vel minui, per
l. municipalẽ? & videtur quòd non:
quia cùm beneficium ſit à iure con-
ceſſum, ſequitur quòd nõ poſſit au-
ferri, vt hîc, & præalleg. §. ſi vero
ſolum. Item quia lex municipalis
eſt ius ciuile. vt ff. de iuſti. & iure. l.
ius ciuile. & l. omnes populi. Et iure
ciuili iura ſanguinis non poſſunt
dirimi. ff. eod. l. iura. ergo nec legiti-
ma quæ iure ſanguinis debetur po-
18 teſt auferri. † Præterea ius agnatio-
nis non poteſt tolli per pactum : vt
ff. de pact. l. ius agnationis. ergo nec
19 per ſtatutũ ſiue l. municipalẽ. † quia
in iis demum valet l. municipalis,
in quibus & pactum, vt not. C. de
decur. lib. x. ſuper rubri. Præterea ſi
verum eſt, quòd in iis demum valet
l. municipalis. in quibus & pactum,
vt dictũ eſt, de neceſſitate ſequitur
quòd non poſſit debitum iure natu
20 ræ tollere vel minuere, † quia nec
pactum poteſt, vt C. de inoffic. teſta.
l. ſi quando. §. illud. item ex eodem
21 argumen. concluditur : † quia cùm
ſit quaſi pactum de futura ſucceſſio-
ne diſponendo, minuendo, vel tol-
lendo in totum, ſequitur quòd non
valet pactum. C. de pact. l. pactum.
& l. fin. de collat. l. pactum & de ſuis
& legiti. hæred. l. fi. Præterea legiti-
ma de bonis parentum debetur iu-
re na-



re naturali, vt in authen. de hæred.
& fal. §. primum itaque. collat. j. &
vnde lib. ff. l. ſcripto. in fi. & de bon.
dã. l. cum ratio. ſed ius naturale eſt
immutabile, vt inſtit. de iure natur.
§. penult. & ff. de cap. diminut. l. eas.
ergo ius conſequẽdi legitimam de
bonis paternis erit conſequẽter im-
mutabile. Oppoſitum huius oſten-
22 ditur: † quia certũ eſt vnum ius ci-
uile tolli poſſe per aliud vt inſtit. de
iur. natur. §. penult. & ff. de legi. l. de
quibus. & l. non eſt nouum. & c. j.
de conſtit. eo. lib. vj. ſed quòd por-
tio paternorũ bonorum liberis de-
beatur, iure poſitiuo ciuili eſt indu-
ctum, non naturali, vt C. de leg. hæ-
red. l. leg. xij. tabul. & in authent. de
trien. & ſemiſ. §. j. itẽ patet in auth.
de hæredit. & falcid. §. j. & §. ſi quis
autem. nam ibi dicit, quòd lex ne-
ceſſitatem imponit relinquendi le-
gitimam, & legem conſtat eſſe iu-
ris ciuilis ſpeciem vel partem. ff. de
iuſtitia & iure. l. ius ciuile. ergo ius
ciuile imponit neceſſitatem relin-
quendi legitimam. ergo per oppo-
ſitum ius ciuile tollitur : abſurdum
enim videtur quòd ius naturale, ſe-
cundum quod nihil proprium erat,
cùm iure gentium dominia ſint di-
ſtincta, vt ff. de iuſti. & iure. l. ex hoc
iure. patrem ad relinquendũ aſtrin-
23 gat. † Itẽ cum iure naturali & gen-
tium ius teſtandi fuerit incogni-
i tum : quod patet: quia iure [i] ciuili,
quod eſt poſterius, eſt inductum, vt
inſtit. de teſtamen. Item cùm ad pa-
terna bona vocentur filij per l. iuris
veteris, conſtat quòd per hæredita-
tis petitionem, vt ff. de petit. hæred.
l. j. & iiij. ſed ipſa tolli poteſt, quia
iure ciuili inducta. vt in eod. titu. l.
item veniunt. §. præter hæc. ergo
ſublata via per quam venitur ad bo
24 na, & ipſa bona tolluntur : † quia
k ſublato medio [k] ſine quo ad extre-
mum perueniri nõ poteſt, & ipſum
extremum in effectu ſublatum vi-
detur ; nam ſublata querela, per
quam venitur ad hæreditatis pe-
titionem, ipſa hæreditatis petitio
ſublata videtur, vt C. de inoffic. te-
ſtamen. l. ſcimus. §. vlti. Item ſubla-
to iure reſtitutionis, per quod per-
uenitur ad reſciſſoriam, & ipſa re-
ſciſſoria videtur, vt ff. de action. &
obligat. l. in honorariis. §. ſed cum
25 reſciſſa. † Item ſublato iure offe-
rendi, per quod peruenitur ad pi-
gnoratitiam, & ipſa pignoratitia
ſublata videtur, vt C. de præſcript.
xxx. vel xl. annorum. l. cum notiſſi-
mi. & not. ff. de dam. infect. l. ſi fini-
ta. §. poſtea autem. & quod dicitur
de debito iure naturæ, debet expo-
ni & intelligi iure ciuili perſuaden-
te naturali coniunctione conſtitu-
to: vt aliâs exponitur. ff. de verbor.
ſignific. l. pronuntiatio. §. familiæ.
propter quæ videtur dicendũ, quòd
de rigore iuris legitima poſſit dimi
nui & auferri per l. municipalem:
ſed æquitas in genere tradita vide-
tur ſuadere contrarium, & ideo ri-
gor præualet, vt dixi ſuprà eod. c. ij.
Dyn.

ADDITIO.

a ¶ Cognitione. Adde an & quando
iudex poſſit dilationes iuris abbre-
uiare, vel augere. Bart. Angel. Ioan.
de Imol. & Alexand. in l. ij. ff. de re
iudic. & Cyn. in l. j. C. de dilat. Abb.
Præpoſit. Mediolanen. & Felyn. in
c. cum ſit Romana. de appellat. vbi
Felyn. in princip. ponit regulam, in-
ſequendo opin. Bart. in d. l. ij. quòd
omnis dilatio legalis poteſt per iu-
dicem mutari ex cauſa, ſiue talis
dilatio ſit data à lege cum miniſte-
rio iudicis, ſiue non : quicquid ſen-
tiat hîc gloſſ. Ioan. Andr. à multis
approbata per rationes. Bart. enim
deinde ponit viij. fallen. ad regul. &
vide Marian. Socin. in c. ij. de dilat.
col. iij. & Archid. & Cardin. Alexan.

in c.de his.col.j.xxviij. diſt.Bald.in
l.ait.ff. de iur.delib.& Deciſ.Capel.
Tholoſ. cxcvij. & Ang.Aret. & Iaſ.
in §.ſi minus.de action.& Lud.Bol.
in l.iiij.§.quis condemnatus.ff.de re
iudic.& Lud.de Ro.in conſi.cccvij.
& Philip.Franc.hîc.& glo. in c.j.ſu-
per verb. prorogetur. de author.ſa-
crati.concil.in Prag.Sanc.fol.5.Sed
an epiſcopus poſſit prorogare ter-
minum indultum à lege hæredibus
ad implendum voluntatem teſta-
toris, vide Abb.in conſil.xl.col.iiij.
lib.j.& Feder.conſil.cxxiiij. & quod
not.in c.nos quidem.de teſtam.

b ¶ Per patrẽ. Adde quot modi ſunt,
quibus pater poteſt filium exclude-
re & priuare à legitima ſua, de qui-
bus per Dyn.Bar. & ibi Alex. in ad-
dit. in l. hæreditarium. ff. de bonis
auth.iud.poſ. & Ang.in §.prohibe-
mus.in aut.de trien.& ſemiſ.col.iij.
& Cepo.in caut.xxj.cum ſeq.& Bal.
in l.ij.C.ſi quid in fraudem patro.&
in l.j.C.de inoff.donat.& Lud.Bolo.
in l.ſi.ff.ſi quid in frau. patro.in ſuis
primis interpret. & Rom. ſing. dcx.
incip.quidam Card.

c ¶ Perueniat. Adde, quid ſi relinqua-
tur monacho ea conditione quòd
nihil quærat in monaſterio, Bart.
Bal.& Imo.in l.ſi alienum.ff.de hæ-
red. inſtit.Bart.in l.pen.ff.de ſtipul.
ſeruo.& gl.Bar.Imo.& Alexan.in l.
Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Treb.&
Bart.in ſua diſpu.incip.quidam do-
nauit, vel reliquit monacho.& Ce-
pol.in caut.cclij.Ang.Aret.in §.igi-
tur.col.iij.& §.item nobis.inſtit.per
quas perſonas nobis acqui.& Abb.
in c.ij.col.ij.de ſtatu mo.& Paul.de
Caſtr. in d.§. tres hæredes. & Bald.
in l.j.C. de iis quæ pœnæ nomine.in
vij.quæſtiò.& ad not. hîc per Dyn.
Angel.& Ioannes.Fab.in dict.§.igi-
tur. Et nota quòd licet pater in iſto
caſu & in aliis caſibus not. in dict.
§. igitur.& authent. excipitur.C.de
bon. quæ liber. non habeat vſum-
fructum, tamen habet commodi-
tatem illius iuris, vt videtur eſſe
text.in l. plenum. §. quanquam. ff.
de vſu & habit.& tenet Angel.Are-
tin.in d.§. igitur. verſicu. ſed tu ad-
uerte.

d ¶ Vxoris. Adde, an maritus ſit pro-
curator in rebus paraphernalibus
vxoris, vel quomodo, Alexander
in conſil.xlij.in vij. colum. in prin-
cip. lib. j. Cyn. Barto. Salyc. & Ale-
xand. in l. maritus. C. de procur.&
Bald.in cap.ex parte.& ibi Doct.de
conſuet. & etiam de conſuetudine
regni & patriæ Biturig.de qua vide
quæ dixi in lib.Conſuetudinum Bi-
turigum, in j.rubrica §.v. & vide Lu
do.Bologn.in ſuis primis interpret.
in l. cum maritum.C.de ſolut.& A-
ret.& ibi Iaſ. in addit.ad Chriſtoph.
Porc.in §.penul.inſtit.de excuſ.tut.
An poſſint proponi. Adde quod no-
taui in apoſtil.ad Lanfran.de Oria.
in ca. quoniam contra. §.exceptio-
nes.num.8.in verſicul.reuocabitur.
& in apoſt. in verſicul.de ſequeſtr:
poſſ.vbi pleniſſimè Anto. Corſ.ſing.
ſuis. in ver. excep.incip.ſi ſtatutum.
& ſequ.& Hipp. de Marſi. ſingul.x.
incip.tu ſcis.

e ¶ Non poſſit. Adde Bartol. in l.ij.
colum. ij. verſicul. ego teneo. ff.de
re iudic.& in l. mancipiorum. ff.de
opt.leg.vbi dicit quod probationes
poſt terminum aſſignatum produci
non poſſunt. vide Dyn. in regula.
mora in fin.j. eodem. gloſſ. & Cyn.
in l. ſi ea. C. qui accuſa. non poſſ.
Ioannem de Imol. in l. quandiu. ff.
de acquirend. hæredit. & Salic. in
dict. l. ſi ea. qui diſtinguit aut præ-
fixit terminum actui iudiciali aut
extraiudiciali. & vide Inno. in cap.
cum in tua. qui matr. accuſ. poſſ.&
Bartol. & Angel.in dict.l. quandiu.
& plenè per Angel.Aret.§.ſi minus.
colum.x.inſtitu.de act. & Alexand.
in ad



in addit.ad Bartol.in dict. l. manci-
piorum.in j. & ij. apoſtil. vbi repe-
ries multas concord. & per Ioan-
nem Fab. in §. qui autem. de ex-
cuſ. tut.vbi dicit, quòd ſiue ſit tem-
pus ſtatutum à lege aut homine, ſi
de nouo perueniãt probationes ad
notitiam volentis probare, poteſt
etiam poſt tempus probare. licet
Spec. titul. de excep.§.nunc viden-
dum. teneat contrarium in tempo-
re præfixo. ab homine. vide Abb:
in capit. paſtoralis. iiij. colum. &
ibi Felyn. columna vltim. verſicul.
item collige. & colum. ſequen. de
excep.& Bald.conſil. cccxvj.in iiij.
volumi. & ſingul. Maria. Socin. in
repet. capit. venerabilis. colum.xx.
princip.att.de iud.& Alexand.in l.ſi
inſulam. colum. x. in fin. ff. de ver-
borum obligatio. vbi dicit opinio.
Bartol.communiter in dict. l. man-
cipiorum. reprehendi in termino.
præfixo ab homine, ſecus ſi à iure:
quia tunc non auditur poſt tempus.
& vult Baldus in l. diffamari. C.
de ingen. man. & in dict. l. ſi inſu-
lam. in v. fallent. & vide Iaſo. in
rep. l. admonendi. colum. iij. ff.de
iureiur.& ſingul. Do. de Rot.in de-
ciſ. cccclxiij. tit. de prob. in nouis.
Adde ad materiam huius apoſt. &
principalis quaſi tit. iſtum in l. Ti-
tia. & quod ibi poſuit in apoſtil.
ad ipſum in ver. ſtat minus certum
tempus reo. ff. de accuſa. & dixi
aliquid poſt Bartol. in l. ſtatulibe-
rum. §. Stichum. ff. de legat. ij. &
Thom. Ferrarium in ſuo tracta.
cautelarum, caute. xlvj. incipien.
ſæpiſſime litigantes. & Gerar. de
Petra ſancta ſing. xcvj. incip.not.
Bart.& Doct.

f ¶ Dierum. Adde an tempus datum
ad appellandum poſſit per iudicem
minui gloſſ. & Doct. in authentic.
offeratur. C. de lite conteſtat. &
Bartol. & Alexand. in l. ij. ff. de re
iudic.Abb. & Felyn. in cap. cum ſit
Romana.de appellat. Bart.& Bald.
in authent.qui ſemel. C. quomodo
& quando iudex.& gloſ.in cap.j.de
aut.ſacr.Concil. ſuper verbo, pro-
rogetur. folio 5. in prag. Sanct. &
Doct. ſuprà proxi.in j. addit. alleg.
& tex.glo.& Doct.in clem.ſi appell.
de appel. & in cap. perſonas. & ibi
omnes ſcriben.eod.tit.in antiq.
Adde omnino de materia huius
apoſtil. Rom. ſing. clxij. incip.hoc
neſciunt Legiſtæ.

g ¶ Auferri. Adde Bald.in l.cum lege.
nu.2.& ibi poſui in addit. ad ipſum
in ver.vtrum per ſtatutum.C.de epi
ſco.& cler. Iac. Rebuf. in rub.C.de
decur.lib.x.nume.8.& 9.& ibi not.
poſt eum in ver.prætextu ſtatut.Pa
nor. in cap. Raynut. nume.12. poſt
quem etiam addidit in verſic.ſtatu-
tum.de ſta.Felyn. in cap.eccle.ſan-
ctæ Mariæ nu. 5. colum.iij.verſicu.
cæterum quæritur communiter. ff.
de conſtit. Roma. ſing. dcx. incip.
quidam Cardin.& Alexand. conſil.
ccxciiij. ſecũdum maiorem nume.
vol.j.Cyn.in l.ſancimus. C.de nupt.
& Salyc.in authen.nouiſſima in xj.
quæſt. & ibi Fabianus de Giochis
de monte Sabinio. in xvj. quæſtio.
multum ſing. & ibi Iaſo. columna
penult. C. de inoffi. teſtament. &
Bartol. & Imol. in Titio. §. Titio
genero.ff.de condit. & demonſtra.
Baldus in l. cum lege & in authen.
C.de epiſcop.& cleric. & in conſil.
cxxv. in fin. lib.iij. & in conſil.ccc-
iiij. lib. ij. & Alexand. conſil. lxxv.
lib. j. colum. ij. verſicul.accedat.&
do.Card. Alexand. in c. j. de ma-
trimo. ad Morgani. contra in vſib:
feu.colum.x.& Bald.in l.ſancimus.
& Ang.& Bald.in l.j.§.ius naturale.
in fi.q.vlt. ff. de iuſti. & iur. & Bald.
in l.fin.§. ſi autem æs alienum.per
illum text.C.de bon. quæ lib.& Al-
be.de Roza. in ij. parte ſtatutorum

inq.ciiij.cum ſeq.& Dom. de Rot.
in deciſ.xviij.in antiq. in ca. itẽ fuit
dubitatum.& Paul.de Caſt. in conſ.
xlvj.in nouis.& Bart.in conſi.cxxij.
col.ij.verſic.ij.probatur Io.And.hic
in Mercuriali. & in addit. Spec. in
rub.de ſuc.ab inteſt.& in c. Raynu-
tius. de teſtam.& Old.conſil.cvj. &
in conſi.cxxxij.& Bar.in authen. de
hære. & falc. circa fin. in princip.&
Angel.in l. Papinianus.§.quarta.ff.
de inoff.teſt.& Alex.conſil.lv.lib.ij.
& Ludo. Roma. conſil. xxx.& pul-
chrè Card.Alex in cap.ius naturale.
col.iij.ver.gloſ.iij.in verbo.conceſ.
j.diſt. & Roma. in conſil. cxxxiij.&
Bal.in conſil.ccxcvij.in princ.lib.ij.
& Inno.in c.quæ in eccleſiarum. de
conſtit.& Abb.in cap.fin.col.fin.de
conſuetu.& latius in c. Ray.& Ray-
nal.de teſt.& do.de Ro.deciſ.xviij.
tit.de conſuetud.in nouis. & multũ
amplè.& Abb.in conſil.lxiij. col.ij.
lib.j.& in conſi.lxxv.col.pen.in fin.
eo.lib.& Bart.in l.de quibus col.iij.
verb.opp. quòd indiſtinctè.ff.de le-
gi.& Deciſ.Capellæ Tholoſan. ccc-
cxxxvij. multum notabiliter.& De-
ciſ. Parlamenti Grationop. Delphi.
quæſt. ccccl xxvj. & Angel. in con-
ſil. ccc.& latius in conſil. cccxlix.
& quæ dixi in .§. ij. conſil. ix. & in
addit. de teſt. libr. Conſuet. Bituri-
gun. fol. cxviij. Adde nouiſſime
Deci. qui hoc latè diſputat in l. Iu-
ra ſanguinis. verſic. ſimiliter.ff.eod.

i ¶Iure. Adde quo iure ius teſtandi
fuit inductum Chriſtopho. Porc.&
Franc. de Aret. in addit. Angel. de
Aret. inſtit. de teſtamen.in princ.&
Bart.in l. interdum.ff.de condict.in
deb.& Alex.conſil.xij.col.ij.verſic.
nec ad hoc. lib. j. & in conſil. lxxx-
vij.col.xiij.verſi.nec ad hoc. libr.ij.
& Abb.in conſi.lxiij.lib.j.

k ¶Sublato medio. Adde eundem
Dyn. in cap. Cum quid prohibetur
num.2.4.& 7.j.eodem quibus locis.

plurima alia referre exempla, vnde
hoc dictum confirmatur. F. G.

## In reg. Non firmatur.

### Argumenta.

1 *Sponſalia inter minores ſeptem annorum contracta an teneant.*

2 *Matrimonium per duos impuberes cõtractum, vel per vnum puberem & alium impuberem, an valeat.*

3 *Beneficium cum cura impetratum ab eo qui non eſt legitimæ ætatis, non confirmatur eidem acceſſione ætatis.*

4 *Tempus datæ literarum attenditur in beneficiis.*

5 *Sententia nulla non firmatur tractu temporis.*

*Inſtitutio hæredis principio inutilis nõ validatur ſucceſſu temporis.*

6 *Inſtitutio hæredis incapacis, non firmatur eo facto capaci.*

7 *Legatum à principio inutile non validatur tractu temporis.*

8 *Stipulatio quæ fit de re ſacra non firmatur eadem effecta prophana.*

9 *Seruitutis conſtitutio facta vno ſociorum non conſentiente, validatur accedente conſenſu. & nu.13.*

10 *Inutile initio quando validetur per decurſum temporis. & nu.12.*

11 *Teſtamentum inutile ab initio non confirmatur tractu temporis.*

### REGVLA XVIII.

NON firmatur tractu tẽporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.





1 ¶SI duo minores ſeptem anno-
rum contraxerint ſponſalia, non te
nent ab initio de iure: nec ſolo tra-
2 ctu temporis confirmantur: † Item
ſi duo impuberes, vel vnus pubes &
a alter impubes [a] non proximi pu-
bertati, & in quibus ętatem malitia
non ſuppleat, contraxerunt matri-
monium per verba de præſenti, nõ
tenet ab initio de iure: nec confir-
matur ſolo tẽporis tractu. ſuprà de
3 deſponſ. impub. c. j. libr. vj. † Item
b ſi aliquis impetrauit beneficium [b]
cum cura, tempore quo non erat in
ætate legitima, licet poſtea fiat æta
tis legitimæ, impetratio non con-
4 firmatur: † ſed tempus datæ [c] li-
c terarum ſolum attenditur. ſuprà de
5 reſcript. c. ſi eo tẽpore. lib. vj. † Item
ſententia quæ nulla eſt ipſo iure,
d non confirmatur [d] aliquo tempo-
ris tractu. ff. de appel. l. ſi expreſſim.
Item inſtitutio hæredis quæ ab ini-
tio eſt inutilis propter perſonam te
ſtantis, quia forte erat impubes, non
conualeſcit, licet poſtea fiat pubes:
vel ſi erat ſeruus, non conualeſcit,
licet poſtea fiat liber: vel ſi erat fi-
liusfamilias, non conualeſcit, licet
poſtea fiat ſui ius. Item ſi erat fu-
rioſus, non firmatur, licet poſtea
fiat mentis compos. Item ſi erat ca-
ptus ab hoſtibus, non firmatur, licet
e poſtea redeat. [e] Et hæc omnia pro-
bantur. ff. de teſtam. l. ſi filius. & l.
6 eius. j. & de leg. iij. l. j. §. j. † Item ſi
erat inutilis propter perſonam hæ-
redis ſcripti: quia erat non capax.
non firmatur, licet poſtea fiat capax
& hoc vult regula poſita. ff. eodem.
l. pen. Item teſtamentum & omnis
voluntas alia quæ eſt ab initio fal-
ſa tractu temporis non firmatur, vt
7 C. de falſis. l. ſicut. † Item legatum
quod eſt ab initio inutile propter
perſonam legantis tantùm, vt quia
non poterat teſtari, & conſequẽter
nec legata relinquere: vt ff. de lega.
j. l. ij. vel propter perſonam legantis
& legatarij: vt quia legat teſtator
ſeruo ſuo, vel legat hæredi à ſeipſo.
vel propter perſonam legatarij, &
eius à quo præſtandum relinqueba
tur: vt quia legat ſeruo hæredis: vel
ratione rei legatæ, vt quia leguntur
marmora & columnæ ædibus in-
iunctæ, non firmatur tractu tempo-
f ris, etſi cauſa impedimenti [f] remo-
ueatur, vt ff. de reg. Cato. l. j. in prin.
& leg. j. l. cætera. §. j. & C. de leg. l.
8 ſeruis. & inſt. de le. §. an ſeruo. † Idẽ
in ſtipulatione quia ſi ſtipulor rem
ſacram, ſtipulatio non firmatur, li-
cet fiat prophana. Itẽ ſi ſtipulor ho-
minẽ liberum, non firmatur ſtipula
tio, licet tractu temporis fiat ſeruus,
vt ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulan-
tem. §. ſacram. Sed contra regulam
videntur multa obſtare, † & maxi-
9 mè. ff. de ſeruit. ruſt. præd. l. per fun-
dum, & commu. præd. l. receptũ. vbi
conſtitutio ſeruitutis facta per vnũ
ſociorũ, non tenet ab initio, poſtea
tamen firmatur aliis conſentienti-
bus quandocunque. Item. C. de con-
tract. iudic. l. vnica. vbi data in offi-
cialẽ inutiliter collata tractu tem-
poris firmantur. & C. de nup. l. & ſi
contra mandata. & ff. de ritu nupt.
l. ſi quis in ſenatorio. Item de leg.
iij. l. j. §. ſed ſi filius. vbi legatũ quod
eſt ab initio inutile, firmatur tempo
ris tractu. Item de hæred. inſt. l. qui
ſoluendo. vbi inſtitutio quæ erat
inutilis confirmatur tractu tempo-
ris. Item de condit. inſtit. l. mulier. §.
j. vbi manumiſſio quæ ab initio fuit
inutilis, confirmatur temporis tra-
ctu. Ad quæ omnia dicunt Legiſtæ
volẽtes ſoluere generaliter, quod illud
10 † quod ab initio de iure non tenet,
g non firmatur tẽporis tractu ſolo. [g]
& ita intelligunt regulam. ff. eod. l.
quod ab initio. & l. pe. Sed aliis ad-
miniculis concurrẽtibus, quod non
valet ab initio, ex poſtfacto firma-

tur. Et ita intelligunt omnia ſupra-
dicta iura quæ videntur regulæ con-
traria. quæ ſolutio, licet communi-
ter teneatur per omnes, non proce-
11 dit de iure: † quia ſi quis teſtatur
impubes & moritur factus pubes.
adminiculũ ſuperuenit, & tamen te-
ſtamentum non confirmatur. Si te-
ſtatur filiusfa. & poſtea fiat ſui iu-
ris, adminiculum ſuperuenit, & ta-
men teſtamẽtum non confirmatur.
idem in furioſo, licet poſteat fiat ſa
næ mentis. Idem in capto ab hoſti-
bus, ſi poſtea redeat ab hoſtibus. Idẽ
in re mea, quæ mihi purè legatur.
Nam licet adminiculum ſuperue-
niat, quia deſinit eſſe mea, non fir-
matur legatum. Idem in re ſacra,
quæ poſtea fiat prophana. & in ho-
mine libero, qui poſtea fiat ſeruus.
Nam in his omnibus ſuperuenit ad
miniculum, quia ceſſauit cauſa im-
pedimenti: & tamen quod ab initio
fuit inutile, non firmatur temporis
12 tractu. † Et ideo clarius poteſt dici
ad omnia, quòd aut durat cauſa im
pediens, aut ceſſat, & nulla ſuperue-
nit confirmans: aut ceſſauit, & ſu-
peruenit confirmans. Primò enim
caſu regula ſimpliciter vera eſt: quia
quod ab initio non valet, tractu tẽ
poris non firmatur: vt hîc. & ff. eod.
l. quod ab initio. & l. pen. & C. de fal.
l. ſicut. & ff. de appel. l. ſi expreſſim.
Secundo caſu, ſcilicet quando ſo-
lùm ceſſauit cauſa impediens, non
ſuperuenit cauſa confirmans, idem:
quia quod ab initio non tenuit, non
confirmatur: vt ff. de verb. obli. l. in-
ter ſtipulantem. §. ſacram. & de teſt.
l. eius. & l. ſi filius & de leg. j. l. cæte-
ra. §. j. C. de leg. l. ſeruis. inſtit. de leg.
§. an ſeruo. & ſ. de reſcrip. c. ſi eo tẽ-
pore. In tertio caſu quando ceſſauit
impediens, & ſuperuenit cõfirmans,
l tunc regula locum h non habet: vt
patet ſi quis bene intellexerit in om
nibus contrariis ſupradictis. Nã in
13 d. l. per fundũ. & d. l. receptũ. † defe-
ctus conſenſus ſocij reddebat con-
ſtitutionem ſeruitutis inutilem. Et
ideo quia ceſſauit defectus, & ſuper
uenit conſenſus, confirmatur cõſti-
tutio ſeruitutis. Item C. de contract.
iud. l. j. impedimentum donationis
erat officium: ideo quia ceſſauit of-
ficium, & ſuperuenit voluntas ex-
preſſa vel tacita ex temporis diutur
nitate præſumpta confirmatur do-
natio. Et idem in l. & ſi contra man-
data. & in d. l. ſi quis in ſenatorio.
& in l. j. §. ſed ſi filius. ff. de leg. iij. &
in l. ſi deportati ſeruo. & l. mulier. §.
j. ff. de condi. inſtit. & l. j. C. ſi maior
fact. fuer. & in l. quod in rerum. §. j.
ff. de leg. j. l. inutiliter. eo. tit. & ſ. de
deſponſ. imp. cap. j. quia ibi ceſſauit
cauſa impediẽs, ſcilicet minor ætas:
& ſuperuenit cauſa confirmans, id
eſt nouus cõſenſus, per verba expreſ
ſa vel per alios nouos actus extrin-
ſecus declaratos. Et idem in l. tri-
bunus, §. vlt. & l. ſi filius. ff. de teſta.
mi. & in omnibus aliis in quibus ca
uetur quòd inutile à principio tra-
ctu temporis confirmatur. Itẽ con-
tra regulã videtur. ff. de reg. Cato. l.
j. & ij. Scribũt Legiſtæ. ff. eo. l. quod
ab initio. quòd ſpecialia ſunt: tamẽ
nihil eſt. quia text. aliter ſoluit in
præalleg. l. j. verſ. quæ diffinitio. ff.
de reg. Catonia. dicit enim q̃ mul-
tum refert vtrum aliquid purè cõci-
piatur inutiliter, & tunc tractu tem-
poris non firmatur: aut ſub condi-
tione, & tunc pendente conditione
non poteſt inutile dici cùm ſit nul-
lum. & ideo non impeditur effectũ
aſſumere per conditionis euentum,
cum quod nullum eſt vitiari non
poſſit. ff. de iniuſto rup. teſtamen. l.
nam & ſi ſub conditione.

ADDITIO.

a ¶ Impubes. Adde quomodo matri-
monium contractum inter mino-
rem & maiorem conualeſcat, pul-
chrè



chrè Bald. conſi. cccxiiij. incip. inci-
piam à radice. lib. j. vbi ponit intel-
lectum. c. j. de deſpon. impub. lib. vj.
& per Bald. conſi. cccxcix. eo. lib. &
in conſil. cccxxviij. vbi etiam vide
quid inter duos impuberes. & Abb.
& Præpoſ. Mediola. in c. de illis. in
j. de deſponſa. impub. & Ioan. Lup.
de Hiſpania in trac. ſuo de ſpõſali.
& matrim. §. quæ ætas requiritur. &
quę no. decis. Cap. Tholoſ. clx. & pul
chrè Cal. in conſil. ij. ti. de ſponſal. &
mat. vbi ponit de duobus minori-
bus: quod vide, quia ſingulare.

b ¶ Beneficium. Adde glo. ſingu. in d.
c. ſi eo tempore. ſuper verbo, tunc. &
gl. ſeq. & ibi Gemin. de reſcrip. ſ. eo.
lib. & Dyn. ſ. in regu. beneficium. in
vj. q. & quæ ibi dixi.

c ¶ Datæ. Adde quãdo tempus datæ
literarum attendatur, in regula, qui
prior. ĩ. eo. & quæ ibi dico. & Panor
mit. in c. dilectus. & quod ibi poſui
in addit. ad ipſum. in verſ. tempus
datæ. de præb. Gem. poſt quem dixi
in apoſt. in c. ſi cui. num. 60. in verſi.
tempus datæ. de præben. lib. vj. & di
xi plenè poſt Phil. Fran. in c. diſpen-
dia. §. reus. nu. 2. in verſ. tempus da-
tæ. de reſcri. lib. vj.

d ¶ Confirmatur. Adde an ſententia
ipſo iure nulla per appellationem,
ſi per iudicem appellationis confir-
metur, validetur. Bart. poſt Dyn. in
d. l. ſi expreſſim. colum. ij. in ij. q. &
ibi Alex. in addi. & gl. in l. j. & Cyn.
in v. q. Bart. & Bal. col. iij. C. quando
prouo. non eſt neceſſe.

e ¶ Redeat. Adde an teſtamentum fa-
ctum apud hoſtes valeat, ſi teſtator
redeat ab hoſtibus, Bart. & Fran. de
Aret. in l. eius. in princ. ff. de teſtam.
& rationẽ ibi vide per Franc. Quid
de mercatore vel alio qui apud Bar
baros aut Venetos, vbi non ſerua-
tur forma iuris, fecit teſtamentum,
& ibi deceſſit? vide Bart. in l. j q. iij.
& ibi Alexand. in addit. & Mod. C.
de ſum. Trin. & Bal. pulchrè in l. ius
ciuile. col. ij. ver. & not. & latius. in l.
ſi non ſpeciali. & ibi Alexand. C. de
teſta. & Bald. in conſil. cccxx. col. ij.
ver. reſtat. lib. j. & in conſi. cxl. vol.
ij. & celebre in cõſi. clxiij. cum ſequ.
lib. iiij. & Old. in conſil. ccxlviij. &
Alex. in addit. ad Bart. in d. l. j. C. de
ſum. Trin. quid de teſtamento facto
in portu Saracenorum. an dicatur
factum in terris Saracenorũ: & de-
terminatum fuit, quòd nõ, quia por
tus eſt publicus, & ita Chriſtianorũ
ſicut & Saracenorum, vt not. Bal. in
rub. de re. diuiſ. col. iiij. ver. ſed quæ-
ritur an portus. & Ang. in §. littorũ.
in fi. inſt. de re. diuiſ.

f ¶ Impedimenti. Adde quòd ædibus
affixa marmora legari non poſſunt.
nec reconualeſcit, licet poſtea ab
ædibus ſeparentur, vt l. cætera, hîc
allegata, quod limita quinque mo-
dis, vt ibi per Alex. & benefaciunt
quæ dixi in quodam conſil. incip. Ia
quelina. in tertio dubio.

g ¶ Tractu ſolo. Adde gloſſ. & Bar. &
Flor. de S. Petro in l. per fundum. ff.
de ſer. ruſtic. præd. & pulchrè Bart.
tenẽtem hanc ſolutionem poſt gl.
ibi in l. cum vir. col. ij. ver. opp. ff. de
vſucap. & Bald. in l. j. col. ij. C. ſi ſer-
uus extero. & Bart. in l. pluribus. §. j.
ff. de verb. obli. & text. & ibi Aret. in
§. j. inſtit. de inut. ſtipul. & Spec. tit.
de arbit. §. ij. verſ. quid ſi pendente.
& Bart. in l. cætera. in prin. ff. de leg.
j. Et not. quòd quando teſtamẽtum
deficit ex perſona teſtantis, quia eſt
inteſtabilis, nõ reconualeſcit poſt-
ea vt in perſonis hîc per Dy. enume
ratis: & vide pulchrè per Bart. in l. j.
& ibi Bald. ff. de leg. iij. & Bal. in l. j.
col. x. C. de ſacro. eccle. & Aret inſt.
quibus non permiſſ. eſt fac. teſta. in
prin. in fi. & in §. non tamẽ. in j. not.
quibus mod. infir. teſta. an autem te-
ſtamentum per filium patre exiſten
te deportato reſcindatur patre re-
ſtitu

ſtituto.Bart. in l. fin.de ſenten. paſſ.
& reſtit.dicit quòd ita. ſecus autem
eſt in cõtractibus inter viuos quod
reprehendit ibi Lud.Bolo.in ſuis ſe
cundis interpret.per illum text.verſ.
ita tamen vt geſta per filium,&c.di-
cens quòd ſiue ſit teſtamentum, ſiue
contractus inter viuos, omnia va-
lent, nec irritantur per reſtitutionẽ
patris ad patriam.vt ibi per eum.Et
vide Abb.in conſ. cviij. lib.j.& Ro.
in cõſ.ccccclx. an cõtractus inuali-
dus ratione perſonę cõtrahẽtis pro-
hibitę ceſſante inhabilitate valideť:
& adde hîc Dy. & Bar.ĩ l.ſi.ff.de ſo.
h ¶ Locum. Adde quòd iſta regula
non procedit vbi actus non fuiſſet
omnino nullus:nam ſi quo reſpectu
valeret, vtique conualeſceret. Item
nec quoties tractus temporis eſſet
adeo longus,vt eius initij memoria
nõ extaret,vt tradit Deci.in l. quod
in initio.ff.eod. F. C.

## In reg.Non eſt ſine.

### Argumenta.

1 *Iudicans malè per imperitiã quan-do ſit in culpa.*
2 *Medicum ſe aſſerens, præſumitur in culpa,ſi peccet in cura.*
3 *Culpa non caret,qui rei non intellectæ ſe immiſcet.*
4 *Menſor tenetur tãtum de dolo & culpa lata.*
5 *Inuadens poſſeſſionem vacantem dicitur eſſe in culpa.*
6 *Prohibere valens læſionem an teneatur,ſi non prohibuerit.*
7 *Gerenti negotia aliena ſine mandato an competat actio.*

### REGVLA XIX.

NON eſt ſine culpa, qui rei quæ ad eum non pertinet,ſe immiſcet.

1 ¶ SI † quis aſſerit ſe iuriſperitum,
cùm Canonici & Ciuilis ſit iuris
ignarus,& prętextu aſſertionis fue-
rit aſſumptus in iudicem,& per im-
a peritiam malè iudicauit, [a] videtur
fuiſſe in culpa, quia ſe immiſcuit
rei ad ſe non pertinẽti.& propterea
iure cauetur, quòd ipſe tenetur a-
ctione in factum inquantum reli-
gioni iudicantis videtur æquum. ff.
de var. cogn.l. ſi iudex. & de act.&
obligat.l. ex maleficiis.§.ſi iudex.&
inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi de-
2 li.naſ.in princ.† & idem dico in eo
qui ſe aſſerit medicum, cùm medi-
cinam ignoret, & per imperitiam
aliquem lædit, vt ff.de offic.præſid.
l.illicitas.§.ſicuti. & inſt.ad l.Aquil.
§.imperitia.Idem in quolibet artifi-
ce aſſerẽte ſe peritũ,cùm ſit imperi-
3 tus: † qa culpa eſt immiſcere ſe rei
ad ſe nõ pertinẽti:vt ff.loca.l.ſi quis
fundum.§.Celſus.& l.item quęritur.
§.ſi gemma.& ad l.Aquil.l. idem iu
4 ris. in fin. † fallit in menſore qui de
dolo tantùm tenetur, & ſi imperitè
verſatus fuerit. ſibi enim imputari
debet qui eum adhibuit, niſi fuerit
in lata culpa quæ dolo aſſimilatur.
ff. ſi menſ. fal. mo. dix. l.j.§. hæc a-
5 ctio. † Idem in eo qui inuadit poſ-
ſeſſionem vacãtem: quia cum ſciat
eam ad ſe nõ pertinere,videtur fuiſ
b ſe in culpa, [b] & propterea tenetur.
6 C. vnde vi. l. fin. ¶ Sed † nunquid
ille qui potuit impedire ne alius læ-
deretur, & non impediuit, tenea-
c tur? [c] De iure canonico [d] planum
d eſt quòd tenetur: quia non impe-
diendo, cùm poſſet, videtur parti-
cipaſſe delictum, ſeu fauorem præ-
buiſſe delinquenti: vt ſ. de ſentent.
excommu. c. dilecto.de iure autem
Ciuili videtur prima facie idem
quod de iure Cano. quia iure caue-
tur, quòd ſi ſeruus ſciente domino
& non prohibente, cùm prohibere
potuerit, occidat,dominus occidiſ-
ſe



ſe videtur. ff. de noxa.l. ij. in princ.
Item qui præpoſitũ ſuum non pro-
texit, cum poſſet, in pari cauſa fa-
ctionis eſt habendus,vt ff.de re mi-
lit.l.omne delictum.§.qui præpoſi-
tum. Sed contrarium huius deter-
minatur. ff. eod. l. culpa caret qui
ſcit,& prohibere non poteſt. tex.ta
men illius l.eſt in cõtrarium, arg.à
contrario ſenſu ſumpto: quia ſi cul-
pa caret qui prohibere non poteſt,
ergo ſi prohibere poteſt, videtur
eſſe in culpa. tamen pro illa opin.
induci poſſet: quia iure cauetur, ꝙ
ſeruus qui potuit opem ferre domi-
no, & non tulit, capite punitur, vt
ff.ad Sill.l.j.§.eodẽ autẽ.tamen libe
ro homini, vel de proximo ex cau-
ſa fideicom. liberando non impu-
tatur,ſi opem ferre potuit,& nõ tu-
lit,vt ea l. j.§.ſed in eo.Item videtur
iſta regula impedire officium tra-
7 ctatus ff.de neg.geſt.†quia cùm ge-
rens aliena negotia ſine mandato
ſit in culpa, debet ſibi actio denega
ri: tamẽ conſueta eſt & facilis ſolu-
tio: quia cum naturaliter homo ho
mini officium debeat, vt ff. de ſer-
uis expor. l. ſeruus ea lege. magis
ſuum officium videtur adimplere,
quam culpabiliter rei alienæ ſe im-
miſcere: quia appellans pro dam-
nato, facere rẽ ſuam videtur, quaſi
ſua interſit ratione illius officij &
cognationis, quam inter homines
natura conſtituit, vt ff.de iuſt.& iu-
re.l.vt vim.&de appel.l.nõ tantùm.
& quando appel.ſit.l.ij.§.ſi.Dyn.

### ADDITIO.

a ¶ Iudicauit. Adde pulchrè Bart. &
Alex. ibi in addit.in l.ſi iudex. ff.de
var.cog.quando per imperitiam iu-
dex malè iudicauit. & Bart. in ſua
diſputat. incipi. iudex per imperi-
tiam.& Bald. in c.j.§. iudices.& ibi
Card. Alex.de pact.iur.fir. & Bar.&
Bald.in l.ſi filiusfa. in princip. ff. de
iudi.& Innoc.& Abb.in c.ſuper eo,
quod met.cau.& Ang. Are.& Ioan.
Fab.inſtit.de obl.quæ ex quaſi deli.
naſ.in princ. Ange. de Peruſ.in l.ex
maleficiis.§.ſi iudex.& ibi Bart.ff.de
act.& obl.Bart. Bald.& Alexand.in
l.ij.ff. quod quiſque iuris. & not.ꝙ
iudex malè iudicãs tenetur ex qua-
ſi maleficio,vt hîc per Dyn.& in iu-
rib.ſ. alleg. ſed medicus malè ſecãs
vel iniquas medicinas propinãs te-
netur ex maleſi.vt inſtit.ad l.Aquil.
§.imperitia.aliàs, præterea ſi medi-
cus.& ibi Ioan.Fab. & Angel. Aret.
in d.tit.de oblig.quæ ex quaſi. Bart.
& Bald.in l.illicitas. §.ſicuti. hîc al-
leg.& text.& ibi doct. in l. pen.C.de
condict. ob cauſam dat. & ad præ-
dicta & omnia exẽpla hîc per Dyn.
poſita,vide ſingul.Inno.Abb. & Fe-
lyn. in c. tua nos. de homicid. &
quid de aduocato, an teneatur de
imperitia, vide ibi Fely.pulchrè in
princip. & Guid. de Suz. in l.j. C.de
aduocat. & Bart. in l. idémque. §.ſi
quis ea. ff. manda. & Spec. in tit.de
aduo.§.vlt.col.vl.ver.quid ſi per im
prudentiã. & tit.de requiſitione cõ-
ſilij.§.j.verſ.conſiliarij. quid de im-
peritia notariorum, vide Bal.conſ.
v.in princip.lib.iij.vnde dicit gloſſ.
not. quam ſequuntur Cyn. & Bald.
in l.fin.C. de fideiuſſ. quòd ſimplici-
tas notariorum non debet nocere
partibus. & ſunt vt pica & pſitacus,
qui ſtant in palatio dominorum,
qui loquuntur ſine intellectu,vt per
Rom.in ſuis ſing.fol.3.& de ipſis vi-
de gloſſ. Ioan.de Plat. in l. genera-
li.C.de tab. lib. x.& Bald. in l.fin.C.
de eden.col.penul.& Alexand. in l.
argentarius.§. cum autem. col.vlti.
& ibi Lud. Bolog. in ſuis primis in-
terpretationibus.ff.de eden. vbi di-
cunt notariũ teneri ad intereſſe par
tis propter eius culpã,& quãdo quis
teneatur de damno dato per impe-
ritiam, vide Abb. Sicul. in c.fin.de
iniur

iniur.& damno dato. & Card.dom. Ant. in ſumma confeſſionali. tract. de reſtit. Et de iudic. vide Rom.in ſuis ſing.fol.5. col.ij.verſicul. iudex qui admittit.& Ludouic.Bologn.in d.l.fin. de var.cog. primis interpret. & Felyn.in c. excommunicamus.in fin. de hæred.& Bald. in conſil. lix. ante fin.lib.

b ¶ Culpa. Adde quòd fallit in fabro & operario qui excuſatur ſi laborat in re alterius quàm conducentis, ex quo facit de mandato eius, vt eſt gloſſ.ſing.& ibi Bart. & in addit.Alexand.Angel. Bald. Lud. Bolog.in l.in rem.§. tignum.ff.de rei vendit. & Alexand. in l. de pupillo. §.nuntiationem. colū.iiij.ff.de nou. oper. nuntia. quod limita, vt ibi per Ludou. Bologn. & Alexand. in d.§.tignum.in addit.ad Bald.& vide Angel.Aret.in §.cum in ſuo.inſtitut.de rer.diuiſ. & Salic. in l.non ideo minus.C. de accuſat. & Imol.& Ludo. Ponta.in d.§.nuntiationem.& Pau. de Caſtr. in conſi. ccccliх. in antiq. & Alexand.conſ.xxvj.col.ij.lib.j.& Fely. in c.vniuerſitatis.col.j.de ſent. excommun.& Bart.in l.non ſolum.§.ſi mandato. col. ij.verſ. circa primum dic.ff. de iniur. & ibi Alex. in addit.circa fin.

c ¶ Teneatur. Articulum iſtum copioſe diſputat Dec. in l. culpa caret. ff. eod. F. C.

d ¶ Canonico. Adde an ex ſola ſcientia quis teneatur, quādo non impediuit, vel nō reuelauit, tex.& ibi Innoc. & Abb.& Bellenzi.in addit.in c.quantæ.de ſent.excom. & Bart.in l.j.§. ſed in eod.ff.ad Silla.vbi dicit, quod ſi quis occidit alium me præſente,& non adiuuāte, non teneor. arg.gloſ.j.l.culpa caret. ff.eo.tit.ſed Paul.de Caſt.in l.ſi.C. de iis quib.vt indign.hoc limitat vt ibi, vide per eum. & Bern. in addit. Abb. in d.c. quantæ & vide Bart. in d.l.culpa.& in d.l. j.§. occiſorum.ff. ad Sillan.& latius in l.vtrum.in fi.& ibi Alex.in addit. ff.de parric. Bar. & Bald.in l. metum. §. ſed licet. ff. quod metus cauſa. & Bart. & Bald. in l. vt vim. col.ij.ff.de iuſti.& iur.& Ang.Aret. in §.iuris præcepta.inſtit.eo.& Lud. Rom.conſi.cxvij.tex.& glo.in can. non in infeſtāda.xxiij.q.iij.& Archi. in c.negligere.ij.q.vij.& Ange. Aretin.in tract.Malefic. in gloſſ. che ay tradito la patria tua. col.ij. & Spec. tit.de lapſis.& diſput.§.iuxta verſic. quid ſi potui.& verſic. quid ſi amici mei. & Bald. in proœm. decret.col. v.verſ. informatur. & Cepol.in cōſ. lv.col.ij.in fi.& Ang.in conſil.lxxij. Felyn. in d.c. quantæ.Ioan.Andr.& Ioan.de Anan.in c. Petrus.de hom. & Flor.in l.ait lex.ff.ad l.Aquil.Angel.in l.j.C.de nil.agger.non rump. & Salic.in l.j.C.de rapt. virg.& Bal. in repe.l j.C.vnde vi. & Abb. in c.j. col. pen.de reſtit. ſpol.ſed opi.Bart. In d.l.vtrum. reprehēditur per Bal. in quodam eius conſil, in quo dicit animam Bart. in inferno propter illam opin.cruciari, vt referunt Alexand.Ang.Aret.& Felyn. in locis ſ. alleg.& illud conſi. Bald.non potui inuenire.& vide Auguſt. Arimin.& Ber.Landr. in addit.ad Angel. Aret. in tractat. Malefic. & Rom. in ſuis ſing.fol.40.col.j.verſic.nunquid.& Lud. Bolo.in l.Metrodorum.in primis interpr. ff. de pœn. & Cyn.in d. l.j.C.vnde vi. & Bartol. in authent. vt defunctorum funera.col.v.& Felyn.in c.qui alios. de hæret. qui ponit regulam cum pluribus fal. & in c.j.de offic.deleg.& Salic. in l. quiſquis. C.ad l.Iuliam maieſt. ſed aduerte ſecundum Bald. in dicta lege non ideo minus. quòd non debet ſibi denuntiare perſonam, quæ debet ipſum offendere ratione ſcandali.& Bald.idem dicit in l.manda. in fin.C.manda.& Bart.& Alexand. in ad

in ad



in additio. in d. l. non ſolùm. §. ſi mandato.in quæſt.penul.

## In reg. Nullus pluribus. Argumenta.

1 *Exceptionem vnam proponens an poſſit aliam poſtmodum opponere.*

2 *Exceptiones plures an poſſint ſimul proponi.*

3 *Conuentus de pauperie ſi neget quadrupedem ſuum eſſe, non poteſt conuictus eum pro noxa dare.*

4 *Poſſeſſio aufertur neganti ſe poſſidere, ſi de mendacio conuincatur.*

5 *Conuentus hypothecaria, ſi negat rem eſſe debitoris, probato dominio priuatur poſſeſſione, nec auditur ſi velit probare ſibi prius fuiſſe obligatum.*

6 *Negans ſcripturam ſuam, vel numerationem ſibi factam, conuictus nō poteſt allegare ſolutionem.*

7 *Exceptiones contrariæ proponi nequeunt ſine mendacio.*

8 *Exceptiones cōtrariæ qualiter proponantur.*

9 *Reus in exceptione dicitur agere.*

10 *Rei quare fauorabiliores ſint quā actores.*

11 *Cumulationis natura que. & numero 27.*

12 *Cumulatio actionum quando admittenda, & quando reijcienda. & num.43.57. & 59.*

13 *Caſus cuius euentus nihil operaretur, non eſt conſiderandus.*

14 *Abſolutoria quæ in prima petitione fertur, quando pariat except. rei iud.in ſecunda.*

15 *Incertus non debet eſſe melioris conditionis quàm certus.*

16 *Actor litē conteſtando conditionem ſuam non reddit deteriorem.*

17 *Appellatio reducit cauſam ad ſtatum quo erat ante ſententiam.*

18 *Appellationē eſſe interiectam, & litem pendere paria ſunt.*

19 *Appellationē rectè fuiſſe interpoſitā ex pluribus cauſis oſtēdi poteſt.*

20 *Actiones plures contrariæ non poſſunt ſimul proponi.*

21 *Actiones duæ, in quarū vna ſententia lata pareret exceptionē rei iud.in altera non cumulantur.*

22 *Falſum & inofficioſum an ſint contraria, & cumulentur.*

23 *Petitorium & poſſeſſoriū an ſint oppoſita, & electione tollantur.*

14 *Abſolutoria in petitorio an pariat excep.rei iu.in poſſeſſorio. et nu.34.*

25 *Actio hypothecaria an cōcurrat cum perſonali. & nu.36.*

26 *Abſolutoria ſuper actione perſonali an pariat excep.rei iud.ſuper hypothecaria. & num.36.*

27 *Actor incertus propter factū aduerſarij quæ actio ſibi competat, poteſt plures actiones eodem libello cumulare.*

28 *Abſolutoria in rei vendicatione an pariat exceptionē rei iudicatæ contra eundē in actione perſonali.*

29 *Actione in rem pendente non poteſt actio perſonalis proponi.*

30 *Actio ciuilis & criminalis an cumulentur.*

31 *Actio de peculio cōtra ſerui venditorem data, non eſt ei contraria, quæ datur contra emptorem.*

*Libert*

32 *Libertas non petitur ex duabus cauſis ſimul.*

33 *Contrariorum diuerſæ ſpecies, & quæ ex eis mutuo ſe expellant.*

34 *Dominij cauſa ſeparata eſt à cauſa poſſeßionis & vſusfructus formalis.*

35 *Sententia in cauſa proprietatis nõ obſtat in petitione vſusfructus.*

37 *Conceditur aliquid ab initio quod ex poſtfacto denegatur.*

38 *Concluſio petitionis attendenda magis quàm ipſa petitio.*

39 *Abſolutoria lata in ciuili quãdo pariat excep. rei iudic. in criminali: vel econuerſo.*

40 *Abſolutoria ab indebito exceptionem parit in altero.*

41 *Sententia lata pro fideiuſſore quãdo proſit principali.*

42 *Neceßitati nõ ſubeſt, quod in mera poteſtate eſt.*

44 *Iudicium vniuerſale omnia includit particularia.*

45 *Petens totum an poſsit poſtea partem petere.*

46 *Vſuræ non debentur, ni prius ſors debeatur.*

47 *Exceptio rei iudicatæ ita rerum diuerſitate impeditur, ſicut & perſonarum.*

48 *Cauſa in reali quando vltra expreſſum extendatur.*

49 *Actio vna quãdo alterã nõ tollat.*

50 *Abſolutoria lata ſuper continente aliquid quod non ſit pars eiuſdem, parit exceptionem rei iudic. etiam in contento.*

51 *Abſolutoria in domino parit exceptionẽ rei iudicatæ in vſufructu.*

52 *Abſolutoria in petitione hæreditatis lata exceptionẽ iudicatæ paris in rebus ſingularibus.*

53 *Pater ex contractu filij minus tenetur quàm filius.*

54 *Cumulatio actionũ impeditur, cũ ex eadem cauſa ad idem agitur.*

55 *Expreßio rei plus in proceſſu operatur quàm expreßio cauſæ.*

56 *Abſolutoria, quæ in rei vẽdicatione fertur, an pariat exceptionẽ rei iudicatæ in hypothecaria.*

58 *Actio arborum furtim cæſarum intendi poteſt cõtra abſolutum ab actione ex locato.*

60 *Abſolutoria lata in vna cauſa quãdo pariat exceptionẽ in altera.*

## REGVLA XX.

NVllus pluribus vti defenſionibus prohibetur.

3 ¶†NAM ſi negaui me debitorem
b ad mei defenſionẽ, [a] & ſi propoſui
b exceptionem facti [b] ſiue intẽtionis,
nihilominꝰ poſſum poſtea ꝓponere exceptionẽ pacti & rei iud. & aliàs, vt in regula iuris, nemo ex iis in prin. ff. eo. Itẽ ſi primo propoſui exceptionẽ pacti vel iuriſiurandi, poſſum poſtea proponere exceptionẽ
2 rei iud. vt ff. de exce. l. is qui. †Item ſimul & ſemel poſſum proponere
c plures exceptiones [c] vt pacti, iuriſiurandi, & rei iud. vt ff. de excep. l. nemo prohibetur. eſt ergo effectus regulæ, ꝙ ſimul & diuerſis tẽporibus proponere poſſum plures defenſiones, quibꝰ omnibus mediãtibus, vel altera earũ, excludetur intentio actoris. Sed opponitur & videtur ꝙ ſi propoſui vnã, non poſſum proponere aliã: ſi enim cõuentus actione noxali negaui me ſeruum habere in poteſt-



poteſtate, & conuictus de mendacio volo me dicere ſeruum habere in poteſtate & conueniri noxaliter: non ſum audiendus, vt ff. de noxa. l. quoties. §. prætor. & l. ſi ſeruus
3 depoſitus. §. ſi negauerit. † Itẽ ſi conuentus de pauperie negaui quadrupedẽ meam eſſe, & conuictus mendacij volo dicere meam eſſe, & dare pro noxa, non audior. ff. ſi quadr.
4 pau. fe. di. l. j. §. interdũ. † Item ſi rei vend. conuẽtus negabam me poſſidere, & conuictus de mendacio volo me dicere poſſidere, & paratum
d me ſuſcipere iudiciũ, nõ audior [d], nam poſſeſſio nihilominus transfertur ad actorem, vt ff. de rei vend. l. fi.
5 † Item ſi conuentus hypothecaria, nego rẽ debitoris, & poſtea probato dominio debitoris, volo dicere mihi primo obligatũ fuiſſe, nõ audior [e], vt in auth. de trien. & ſemiſ. §. illud quoque. col. iij. & C. qui pot. in pign. hab. authen. item poſſeſſor.
6 † Itẽ ſi negaui ſcripturã meam quæ cõtra me producebatur, vel negaui numerationem, & conuictus volo poſtea confiteri ſcripturã meam, & allegare ſolutionẽ, nõ audior, quia nihilominus condemnabor in duplum. vt in auth. de trien. & ſemiſ. §. ſtudium vero. & C. de nõ num. pec. auth. contrà qui propriã. Sed in omnibus his dicunt, ꝙ ſpecialia ſunt. Ratio autẽ ſpecialitatis eſt, vt mendaciũ puniatur. vbicunq; ergo deprehendetur in proponente defenſiones mendaciũ, idem erit dicen-
f dum [f] per omnia, cùm vbi eadẽ ra-
7 tio eſt, idẽ ius ſtatui debet: † ſed vbi proponũtur exceptiones cõtrariæ, neceſſe eſt ineſſe mendaciũ: quia ſi vna eſt vera, eius cõtraria neceſſariò erit falſa; cùm ad poſitionem vnius cõtrariorum ſequatur remo-
g tio alterius [g]. ff. de verbor. ſignific. l. hæc verba ille, aut ille. & de inſtito. l. ſed & ſi pupillus. §. ſi inſtitoria.

& propter hoc opinio illorum, qui dicunt licere proponere exceptiones contrarias, non procedit. Vnde
h mihi videtur clarius [h] diſtinguen-
8 dum: quia † dico aut exceptiones quæ videtur cõtrariæ proponuntur conditionaliter, aut ſimpliciter. ſi conditionaliter, proponi poſſunt etiã contrariæ, verbi gratia: quia dico me debitorẽ non eſſe, ſed ſi contingit probari me debitorem eſſe, propono exceptionẽ pacti de nõ petendo, vel ſolutionis, vel aliã ſimilem, vt C. de except. l. ſi quidẽ. in fin. Sed ſi proponuntur ſimpliciter, aut eſt poſſibile primam conuẽti aſſertionẽ concurrere cum ſecunda, aut non: in primo caſu quãdo eſt poſſibile primam cũ ſecunda concurrere, id eſt, poſſibile eſt id quod in vtraque cõtinetur ſimul verum eſſe, tũc licet plures proponere ſimul & diuerſis temporibus, & ita loquitur iſta regula, & ff. eod. tit. de except. l. nemo prohibetur. ſed ſi non eſt poſſibile primam cõuenti aſſertionem cum ſecunda concurrere, id eſt, nõ eſt poſſibile ſimul verũ eſſe quod in vtraque continetur, quia in vna negat, & in altera affirmat: & affirmatio & negatio ſunt directè contraria, tunc dico quòd non audietur, vt in authent. de trien. & ſemiſ. §. ſtudium verò. & §. illud quoque. & C. de non numer. pec. authent. contra, qui propriam. & l. cum fidem. & qui potio. in pign. hab. authen. item poſſeſſor. & ff. de rei vend. l. fi. & ſi quadrup. pau. fec. dic. l. j. §. interdum. & de noxal. l. fi. & l. ſi ſeruus. §. ſi nega-
9 uerit. Item † opponitur, quia iure cauetur quòd reus in exceptione eſt actor: vt ff. de except. l. j. & de prob. l. in exceptionibus, in prin. ſed actor nõ poteſt plures actiones proponere, ſed vnã de pluribus debet eligere. ff. eod. l. nemo ex iis. §. quoties. & de tribu. act. l. quod in herede. §. eli-

gere ergo nec reus poterit oppone-
re plures defenſiones, vt videtur.
Reſpõdeo, & dico, ꝙ quãuis plures
actiones actor nõ poſſit ſimul pro-
ponere: plures tamen exceptiones
reus poteſt proponere, ſiue ex eadẽ,
ſiue ex diuerſis cauſis originem ſu-
mentes, vt hîc, & præalle. l. is qui. &
l. nemo. Ratio autẽ eſt, quare aliud
in vno, & aliud in alio, quia fauora-
biliores ſunt rei, quàm actores, vt in
10 regula iuris. † Ratio rationis [i] eſt,
i quia in poteſtate eſt actorum quan
do prouocẽt, non in poteſtate reo-
rum quãdo prouocẽtur, vt ff. de do-
li except. l. purè. §. fi. ſed an per viam
cumulationis ꝓponere poterit plu-
res actiones? quidã non intelligen-
tes cumulationis naturã dicunt ſim
pliciter ꝙ non, vt prædicto §. quo-
ties. & ideò cũ contractus de cumu
latione cõmuniter valeat, & ſit vti-
lis apud Canoniſt. ſicut apud Legiſt.
qui a ſecundũ Canones debet expri
k mi res & cauſa, licet non actio [k],
11 † nunquid pendente primo iudicio
licebit eandẽ rem ex alia cauſa pe-
tere: vel an licebit aliã rem petere
ex eadẽ cauſa, hæc enim eſt cumu-
lationis natura. Ad huius declara-
tionem & intellectũ quærendũ eſt,
l an cumulatio ſit admittenda [l], & in
quibus caſibus. Et circa hoc primo
inquirendũ eſt, an principia ſiue re-
gulæ quæ de cumulatione tradun-
tur ſint veræ, quia principiis ignora-
m tis [m] ignorari oportet, & ea quę ſunt
poſt principia, argu. in auth. de non
12 alien. §. finimus. † Regula autẽ cum
de cumulatione permittẽda tracta-
tur, tradi debet copulatiuè hoc mo
do: Vbi plures ſunt actiones nõ con
trariæ: & quæ electione non tollun-
tur, in prima quarum abſolutoria
lata nõ parit exceptionem rei iud.
in ſecunda, ibi admittitur cumula-
tio. Sed cùm tractatur de cumula-
tione impedienda, debet tradi re-
gula diſiunctiuè & hoc modo: Vbi
plures ſunt contrariæ actiones quæ
electione tolluntur, vel in quarum
prima, abſolutoria lata parit exce-
ptionem rei iudi. in ſecunda ibi re-
pellitur cumulatio. Quòd autẽ præ-
dicta regula copulatiuè poſita ſit
vera: oſtendo ſic, primo per illud ge
13 nerale, † Non debet expectari caſus
cuius nihil operatur euentus: vt ff.
de fideiuſ. l. pen. & ad Velleia. l. ali-
14 quando, §. fi. ſed certum eſt † quod
abſolutoria lata in petitione prima
non parit exceptionem rei iudic. in
ſecunda, quãdocunq; mutatur per-
ſona vel cauſa petendi, vel res. ff. de
except. rei iud. l. cũ de hoc. & l. cum
quęritur. ergo nõ debet impediri ſe-
15 cunda pendente prima. † Præterea
in ſpe dubia conſtitutus, non debet
eſſe melioris conditionis, quàm is
qui eſt in ſpę certa, vt probari po-
teſt ex l. vlt. ff. de compenſa. & ex l.
eum qui duobus. de acquir. hære. &
de leg. iij. l. j. in prin. ſed nondũ ab-
ſolutus in prima eſt in ſpe dubia,
ſed abſolutus eſt in ſpe certa. Si er-
go dicimus petitionẽ ſecundam ad
eandem rem ex alia cauſa propoſi-
tam: vel ad aliã rem ex cauſa eadẽ
impediri pendẽte prima, & concedi
abſolutoria lata in prima: iam non
abſolutus eſt melioris conditionis
quã abſolutus: quod eſſe nõ debet,
16 vt dictũ eſt, maxime † quia nõ ſolet
actor litẽ conteſtando facere cõdi-
tionem ſuam deteriorẽ, vt in regula
iuris. ff. eo. l. nõ ſolet. & ff. de nouat.
l. aliã. Præterea probatur alio mo-
17 do: certũ eſt, † ꝙ appellatione pro-
nuntiatũ extinguitur, & ad eum ſta-
tum reducitur in quo erat poſt litẽ
conteſt. & ante ſententiã, vt proba-
tur per l. ita demum. de procur. C. &
per l. qui cum maior. §. accuſaſſe. de
bonis liber. ff. de iniuſto rupt. teſt. l.
ſi quis filio exhæredato. §. hi autem
18 omnes. & de pœn. l. ij. in fin. † Vnde
paria



paria videntur litem pendere, & ap-
19 pellationem eſſe interpoſitam, † ſed
appellatione interpoſita licitum eſt
plures cauſas coniungere, ſeu cumu
lare, ex quibus oſtendatur appella-
tionem iuſtitiam continere: ergo &
pendente cauſa principali, licere
videtur plures cauſas cumulare, ex
quarum omnium vel vnius proba-
tione appareat rem deductam in iu
dicium debere deduci in condem-
nationem, vt l. ſcio. §. vlt. ff. de ap-
pella. Præterea pro hoc poteſt indu
ci. inſtit. de act. §. ſi minus. intelligen
do tex. vt iacet. & ff. de doli except.
l. apud Celſum. §. item quęritur. Item
poteſt probari per l. vlt. ff. de appel.
nam ibi licitum eſt petitionẽ ex ea-
dem cauſa ad aliam rem extende-
re. Et ſic ex his duabus probatur, &
ex §. itẽ quæritur. prima pendẽte, &
poſſe ex eadẽ cauſa agi ad id quod
plus eſt. & ex l. ſcio. probatur ad
eandem rem agi poſſe ex alia cau-
ſa. Ex duobus primis arg. concludi-
tur vtrunque communiter. Præterea
probari poteſt per l. ſed ſi ante. de
except. nam ibi prima & ſecũda pe-
titio eandem cauſam habent, conſi-
derato effectu, & ad diuerſa propo-
nuntur: & quia abſolutoria lata in
prima nõ parit exceptionem rei iu-
dicatæ in ſecunda, etiam admittitur
cumulatio. ergo &c. præterea poteſt
probari per l. j §. qui autem. ff. quo-
rum leg. dum dicit intelligendo li-
teram generaliter vt iacet, quemad-
modum ſolemus facere quoties in-
certum eſt, quæ actio potius teneat:
nam duas actiones dictamus &c.
ergo cõcluditur ex eo, ꝙ duæ actio-
nes ex diuerſis cauſis poſſunt eodẽ
tempore ad idẽ proponi: & ex hoc
concluditur cumulationem cõcedi.
Item ſecunda regula tradita diſiun-
20 ctiuè ſimiliter vera eſt: † quia con-
ſtat quòd vbi ſunt plures actiones
contrariæ, propoſita vna repellitur
alia. ratio enim contrariorum eſt,
vt poſito vno, alterum intelligatur
remoueri. ad hoc facit. C. de furt. l. j.
& ſi ſeruus exte. l. vnica. & de condi.
l. fi. ff. de inſtito. l. ſed & ſi pupillus. §.
ſi inſtitoria. & de verb. ſignif. l. hæc
verb. Item ſi electione tollitur, vna
electa, præcluditur alterius via, vt ff.
de noxalib. l. electio. & de tributo.
21 l. quod in hærede. §. eligere. † Item
& vbi ſunt duæ, in quarũ prima ſen
tentia lata parit exceptionẽ rei iud.
in ſecunda, repellitur cumulatio. ff.
de except. l. fundum. & l. fundi. appa
ret ergo, quod præmiſſæ duæ regu-
læ quarum prima permittit cumu-
lationem, ſecunda denegat, veræ
n ſunt. Contrarium [n] autem prædicto-
22 rum arguo ſic: † falſum, & inoffi-
cioſum, non ſunt contraria, nec ele-
ctione tolluntur, nec abſolutoria la
ta in vno parit except. rei iudic. in
alio. & hęc colligi poſſunt ex l. eum
qui. & l. contra maiores. C. de inoffi.
teſt. & l. Lucius. ff. de petit. hæred. &
tamẽ ab eodẽ propoſita impediunt
ſe concurſu: ergo regula prima cu-
mulationẽ admittẽs eſt falſa. Item
noxalis actio, detracta noxæ dedi-
tione, id eſt inſolidum, quandoque
o competens [o]. & cum noxę deditio-
ne, id eſt, noxaliter, quandoque ſi-
mul proponuntur, nec impediun-
tur concurſu: & tamen abſolutoria
lata in vna parit except. rei iudic. in
alia, vt in l. in delictis. §. ſi detracta.
ff. de noxalib. ergo regula ſecunda
cumulationem impediens eſt falſa.
23 † Præterea petitorium & poſſeſſo-
rium non ſunt oppoſita, vt patet in
l. j. §. huius autem. ff. vti poſſid. nec
electione tolluntur, & cumulan-
p tur [p], vt in l. cum fundũ. §. fi. C. de vi
& vi arma. & l. naturaliter. §. nihil
24 de acquiren. poſſeſ. † & tamen ab-
q ſolutoria lata in petitorio parit [q]
except. rei iudic. in poſſeſſorio, vt
determinatum eſt in l. ij §. quædam.

ff.de interdict. ergo prædicta regu-
la ſecunda cumulationé impediens
25 eſt falſa. † Præterea hypothecaria
& perſonalis ſunt diuerſæ,ita quòd
non contrarię nec electione tollun
26 tur : †& tamen abſolutoria lata in
perſonali parit exceptionem in hy-
pothecaria,vt ff.quibus mod.pign.
vel hypotheca ſolui l. ſi deferente.
nihilominus cumulantur, & ſimul
r proponuntur [r] , vt in authen. de fi-
deiuſſ.§.ſed neque.col.j.ergo regu-
27 la eſt falſa.†Præterea ibi concedi-
tur cumulare, id eſt, diuerſas actio-
nes ex diuerſis cauſis ad idem pro-
ponere, ſecundum intellectum ve-
rum, vbi actor eſt incertus propter
factum aduerſarij quæ potius com-
s petat[s], vt l.j.§.quia auté.ff.quorum
leg. & ibi not.ergo vbi propter fa-
ctum aduerſarij non eſt incertus:
non permittitur actori ex diuerſis
cauſis plures actiones ad idem pro-
ponere.ergo regula prima cumula-
28 tionem admittens eſt falſa : † Præ-
terea ſi peto rem legatam rei vend.
& ſuccumbo : ſi poſtea peto perſo-
nali actione ex teſtamento, ſi quidé
in prima pronuntiatum fuerit rem
non fuiſſe teſtatoris,non obſt.exce
ptio rei iudic. arg. ff. de except. rei
29 iud.l.fi. & † tamen ſi propoſita vna
eadem pendente velim proponere
t aliam,non poſſum:[t] vt in l. cum fi-
lius.§.variis.ff.de legat.ij.cum ergo
hæ non ſint contrariæ, ſed diuerſæ,
nec electione tollantur,& poſſibile
ſit abſolutoriá latam in prima non
parere excep.rei iud. in ſecunda, &
tamen impediant ſe concurſu , ap-
paret primam regulam eſſe falſam.
30 † Præterea ciuilis & criminalis ex
v eodé facto procedentes[v], non ſunt
contrariæ:quod patet, quia vna po-
ſita non poteſt excludi altera : nec
tolluntur electione , nec ſententia
lata in vna parit except.rei iudic.in
altera, vt l.j. C. quando ciuilis act.
crimin.præiud.& ff.de tabul. exhib.
l.locum. §. ſi quis dolo. & de liber.
homi.exhiben.l.iij.& tamen impe-
diunt ſe concurſu,& non cumulan-
tur, vt l.interdum.de public.iudi.&
& l.ij.ff.vi bon.rap.ergo relinquitur
31 prima regula falſa.†Præterea actio
de peculio quæ datur contra vendi
torem ſerui,& quæ datur cõtra em-
ptorem,nõ ſunt contrariæ, nec ele-
ctione tollũtur , nec vno conuento
alter liberatur:& tamen vna poſita
impeditur altera , vt l.quoties. §. ſi
creditor. ff. de pecul.ſi ergo contra
diuerſos ex eadem cauſa , & ad di-
uerſa impediuntur cumulari,multo
magis quando contra eundem ex
eadem cauſa,licet ad diuerſa, impe
diuntur,ergo regula cumulationem
inducens non procedit. Item cõtra
regulam cumulationem inducen-
tem eſt l.ſi quis libertatem.ad fin.ff.
32 de petit. hæred.†nam ibi inchoata
petitione libertatis ex vna cauſa,
nõ permittitur probari competere
libertaté ex alia:ergo apertè oſten-
ditur impediri cumulationem ad
idem ex alia cauſa.Prçterea contra
regulam ex l. ſi duo. §. idem Iulia.
in fi.ff.de iureiur. nam ibi non per-
mittitur ſecunda petitio, in qua ſe-
cunda propter diuerſitaté perſona-
rum nõ obſtaret exceptio rei iudi.
abſolutorię latę in prima.Item con
tra cumulationé eſt l.non eſt nouũ.
ff.de act.emp.ibi enim non permit-
tit plures actiones ex diuerſis cauſis
eodem tempore ad idem propone
re : ſed dicit vnam debere proponi
in qua vtriuſque cõmodum veniat:
patet ergo ex prædictis cumulatio-
nem non procedere, nec procede-
re poſſe regulas quæ de cumulatio-
ne traduntur. Regulas concedo.
& ad oppoſita ſingulariter reſpon-
33 deo.† Et primo ad primum : quia
quædam ſunt contraria in origine
& effectu:& tolluntur electione, vt
in l.



in l. j. de furt.& l.j. ſi ſeruus exte: &
de codic.l. vlt. C. & in his cumula-
tio non procedit. Quædã ſunt con-
x traria [x] origine , & effectu conue-
nientia, quia ad vnum finalem effe
ctum tendentia:vt falſum & inoffi-
cioſum:& iſta nõ tolluntur electio-
ne,nec ſententia lata in vno præiu-
dicat alteri, vt d.l.eum qui.ſed non
patiuntur ſe cõcurſu ratione cõtra-
rietatis quæ eſt in origine, & in his
ſimiliter cumulatio non procedit:
vt d.l.cõtra maiores.Quædam ſunt
quæ nec in origine nec in effectu
ſunt contraria,& electione non tol
luntur, & abſolutoria lata in vno
nõ præiudicat in alio:& in his pro-
cedit regula quæ cumulationé per-
mittit. Ad ſecundum reſpondeo:
quia in §.ſi de tracta. nihil cumula-
tur.non ibi enim petitur aliud , ſed
idem : nec ex alia cauſa,ſed ex ea-
dem.Et ſolùm agitur de quodã be-
neficio à lege permiſſo excedendo
vel denegando , vnde ibi nihil agi-
tur per quod ſpecialiter detractio
aut augmentũ inducatur quantum
ad formã ſententiæ , vt in l. miles.
§.j.ff.de re iud.vnde ad materiã de
y cumulatione nihil facit[y].† Ad ter-
34 tium reſpondeo quòd credo quòd
non ſit verũ ſimpliciter quòd abſo-
lutoria ſentẽtia lata in petitorio pa
riat exceptionem rei iudic. in poſ-
ſeſſorio.& hoc tali ratione, quia ſi-
cut cauſa dominij ſeparata eſt ab
vſufructu formali, ita cauſa pro-
prietatis ſeparata eſt à poſſeſſione,
vt colligi poteſt ex l. naturaliter.§.
nihil.& l.permiſceri.ff.de acquiren.
poſſ.& de reb.eorum. l. ſed ſi fortè.
35 Sed†conſtat quòd lata in dominio
non parit exceptionem rei iudic.in
vſufructu formali,vt l. ſi cum teſta-
mento. §. penult.ij. reſponſo. ff. de
except. rei iudic. ergo lata in pro-
prietate non parit exceptionem in
poſſeſſione.& hoc determinatur.C.
de interdict.l.incerti. Et quia deter-
minationes contrariæ reperiuntur,
ideò plenè dices , vt infrà eod.tit.c.
qui ad agendum. Ad quartum di-
co,ſcilicet.§.ſed neque. diſputatio-
36 nis cauſa , † quòd propoſita perſo-
nali non poſſit ex poſtfacto propo-
ni hypothecaria,quia abſolutio la-
ta in perſonali parit except. in hy-
pothec. vt d.l.ſi deferẽte. licet ergo
coniungere ab initio, vt in §.ſed ne
que. non cumulare ex poſtfacto,
37 † quia & aliâs in ſimili conceditur
ab initio,quod ex poſtfacto denega
tur, vt l. & ancillarum.§.illud.& l.
quoties. §. ſi creditor. ff. de pecul.
Ad quintum, ſcilicet ad §. quia au-
tem. reſpon. quia licet ibi poſitio
actionũ ſit copulatiua : tamen con-
cluſio petitionis alternatiua eſt , vt
patet dum dicit proteſtari ex altera
&c, ſi alternatiua : ergo incerta , &
ratione illius incertitudinis regula-
z riter nõ procedit[z], vt in l.prætor.§.
38 quod auté.ff.de iniur.† magis enim
a concluſio [a] petitionis ſpectari de-
bet , quàm petitio, arg.de liber.leg.
l.Aurelius. §. Sticho.& de pœnis.l.ſi
prçſes.ſed in cumulatione petitio &
concluſio copulantur:& ſic non re-
pellẽda, quia qua ratione poteſt ex
pluribus cauſis deberi, poteſt ex plu
ribus cauſis ſeparatis & nõ contin-
gentibus peti: diſtinctio ergo copu-
lationis & alternationis oppoſitũ
tollit. Ad ſextum reſpondeo , quia
ibi poteſt eſſe vtriuſque eadem cau
ſa,& alia.in eo quòd eſt eadem : vt
quia ſi pronuntiatur non legatum,
ſententia lata in vna parit exceptio
nem rei iud.in altera.ité poteſt eſſe
alia , vt ſi primo agatur rei vend.&
pronuntietur rem nõ fuiſſe teſtato-
ris,& propterea non competere rei
vendi.eo caſu exceptio nõ obſtaret
b in perſonali[b] ex teſtamento:tamen
lite pendente in prima propter futu
rum dubium pronuntiationis euen

tum, cumulatio repellitur, vt infrà
39 oſtendam.† Ad ſeptimum reſpon.
quòd abſolutoria in ciuili lata pa-
rit except. in criminali & econtrà,
quādo pronuntiatur ſuper facto, id
eſt, delictū non fuiſſe cōmiſſum, eo
enim caſu effectus pronuntiationis
ad totum extenditur, arg. ff. de iure-
iuran. ſi duo. §. idem Iulianus. & l.
duobus. §. colonus. & propterea ſe
non compatiuntur concurſu, & ſic
oppoſitio non procedit. Ad octauū
reſpondeo, ſcilicet ad §. ſi creditor,
40 quòd† ibi abſolutoria qua pronun
tiatur indebitū parit exceptionem
in altera: & ideò vna nō poteſt alij
cumulari: ſed contra hoc eſt aperte,
quia ibi dicit, ꝗ pendente iudicio
cōtra emptorē, non poteſt agi con-
tra venditorem: & tamen conſtat
quòd lata pro emptore nō parit ex
ceptionē venditori, vt l. ſi à te. §. Iu-
lianus. ff. de except. rei iudic. Sed re
ſpondeo, verum eſt, quòd non pro-
deſſet niſi pronuntietur nō contra-
41 ctum:† tunc enim qua ratione lata
pro fideiuſſore prodeſt reo princi-
c pali[c], vt l. duobus. §. item à fideiuſ.
ff. de iureiur. licet fideiuſſoris non
interſit non peti à reo principali, vt
in l. fideiuſſoris. ff. de pact. eadē ra-
tione lata pro emptore per eūdem
modum extēditur ad venditorem:
& ſic procedit reſpōſio. Ad l. ſi quis
libertatem. reſpon. ibi non erat cu-
mulatio: ſed de vna cauſa propoſi-
ta, ad alterā non propoſitā, impro-
ba trāſgreſſio. Et eodem modo reſ-
pon. ad l. ſi duo. §. idē Iulianus. nam
ibi nō erat cumulatio, ſed quædam
petitionis primæ de vna perſona in
alteram improba & illicitā tranſ-
greſſio. Ad l. nō eſt nouum. reſpon.
42 quia ibi dici, poteſt,† quod poteſta
ti cōmittitur, neceſſitati nō ſubiici-
tur, vt l. non quicquid. ff. de iudic. &
C. quomodo & quando iud. l. j. Et
ad hanc reſponſionem probandam
induci poteſt. ff. de iniuriis. l. prætor.
§. ſi mihi plures. Quia igitur regulæ
veræ ſunt, reſtat videre in quibus ca
ſibus ſecundum eas cumulatio pro-
43 cedat. † Aut enim petitur aliud ex
cauſa alia, & tūc nullo modo eſt du
bia cumulatio: quia ſimpliciter pe-
titiones diuerſæ & ſe nō contingē-
tes quantū ad rem vel cauſam ſint.
Et ideo procedunt, vt l. ſi idē cū eo.
ff. de iuriſd. omn. iud. & C. de annal.
excep. l. ſi. cūſimil. Aut petitur idē ex
alia cauſa, & tūc cùm certum ſit, ꝗ
abſolutoria lata in prima cauſa nō
parit exceptionē in ſecunda, vt in l.
Lucius. §. Semproniæ. ff. de leg. iij. &
l. Aurelius. §. fin. de lib. leg. videtur ꝗ
cumulatio procedat ſecundū regu-
lam: & pro hoc l. illa ſcio. §. vlt. de
appel. inducendo eam vt oſtenſum
eſt ſuprà, & ad §. quia autem reſpō-
ſum eſt. Aut agitur ex eadē cauſa ad
id quod plus eſt: & tūc ex quo regu
læ veræ ſunt, eſt valde dubia cumu
latio. & ꝗ procedat, oſtenditur ſic:
primò per l. ampliorem. in fin. C. de
appel. Sed ad illam antequā proce-
44 dam vlterius reſpondeo: † quia ibi
loquitur in iudicio vniuerſali, quod
de ſui natura omnia in vniuerſitate
contēta cōprehendit, vt in l. ſi quis,
cum totū in fi. ff. de except. rei iudi.
dum dicit: nam cū hæreditatē peto,
& corpora & actiones quę in hære-
ditate ſunt, videtur in petitionē de-
duci. vnde ibi nō videt̄ noua petitio:
ſed potius per quandā declarationē
primæ petitionis extenſio, arg. ff. de
pet. hære. l. iiij. & l. itē videndum. §. ſi
quis. & l. ſi quod tēpore. oſtendo er-
go p alia arg. hoc modo, vbi ex ali-
qua cauſa, plus debet̄, & minus peti
tur; ipſo iure in reliquum nō obſtat
excep. vt l. apud Celſum. §. itē quæri
tur. ff. de doli excep. & arg. l. j. §. quid
ergo. de contrar. & vtili. act. & C. ſi
aduer. rē iud. l. j. & ibi de hoc. ergo
ſecundū regulā debet poſſe peti eo-
45 dem iudicio cumulādo:† Præterea
ſi primo peto totū, & poſtea partē,



obeſt except. ſed nō ecōtrà, licet ex
eadē cauſa: vt in l. ſi quis cū totum.
de pecul. hinc quæritur. in princ. er-
go admittitur cumulatio. Præterea
ſi abſolutoria fertur ſuper eo quod
ſui potentia continet alterum, non
nocet in cōtento: vt ecce lata ſuper
actu, non nocet in itinere, vt deter-
minatum eſt in l. ſi mater. §. ſi quis
iter. ff. de excep. rei iud. ſed ad hoc
reſpondeo ſtatim, quòd ibi non de-
d terminatur in litera, & dato[d] quòd
diceretur, adhuc reſpon. non eſt ve
rum quòd actus cōtineat iter, prout
iter eſt ſpecies ſeruitutis diſtincta
ab actu, vt ff. de adim. leg. l. j. & ibi
not. & ideo arg. non procedit: oſten
do ergo per aliud, Abſolutoria lata
in ſorte non nocet in vſuris. vt ff. de
e condict. in d. l. ſi. §. Lucius. [e] † & ta-
46 men vſuræ ita ſe habent ad ſor-
tem quòd nō poſſunt mihi deberi,
niſi ſors debeatur vel debita fuerit.
ergo licet quod eſt plus in actione
furti manifeſti, nō poſſit deberi niſi
verum ſit præceſſiſſe rapinam cu-
ius occaſione debeatur: tamen ſen-
tentia lata in vi bo. rap. non videtur
parere exceptionem in actione fur-
ti: ſi non parit, bene concluditur vl-
terius quòd cumulatio admittitur.
Præterea hoc operatur abſolutio
quod cōdemnatio ſatisfactione ſe-
cuta. vt l. ſi quis cum totum. §. pla-
nè. ſed condemnatio ſatisfactione
ſecuta non tollit aliam actionem
ex eadem cauſa competētem in id
quod plus eſt, vt ff. de act. & oblig. l.
cum ex vno. & l. qui ſeruum. & ar-
bo. fur. cæſa. l. j. & l. ſi colonus. & vi
bo. rapt. l. j. ergo nec abſolutio tol-
let. & ſi non tollit, ſequitur ſecun-
dum regulas, quòd cumulatio ad-
47 mittatur.† Præterea diuerſitas re-
rum ita impedit excep. rei iud. ſicut
diuerſitas perſonarum, vt in l. cum
quæritur. & l. quantitáſque. & l. ſeq.
& l. cum de hoc. de except. rei iud.
& ibi de hoc: ergo ſicut vbi ſunt di-
uerſæ perſonæ, licet eadem quæ-
ſtio & eadem cauſa defenſionis, nō
obſtat exceptio. vt l. ſi cum vno. &
l. iij. de except. rei iud. ita & vbi eſt
diuerſitas rerum, licet eandem cau-
ſam petitionis habentium, obſtare
non debet: & ſi non obſtat, ſequi-
tur quòd cumulatio procedat. Item
ſi lex ita ponit ſubſtantialem rem
aut cauſam cum tractatur de per-
mittenda & impedienda excep. rei
iud. procedit, quod verum eſt. vt d.
l. cùm quæritur. & l. & an eadem. &
l. cùm de hoc. Et conſtat quòd vbi
eſt cauſa alia, licet res eadem. ex-
ceptio non obſtat: vt in l. Aurelius.
§. vlt. ergo & vbi eſt alia res, licet
eadem cauſa, obſtare non debet: &
ſi non obſtat, bene ſequitur quòd
cumulatio admittitur ex eadē cau-
ſa in id quod plus eſt. Præterea ex
parificatione prædictæ rei & cauſæ
48 procedit etiam aliud. † quia ſi ex-
preſſio cauſæ in reali, non patitur
exceptionem vltra cauſam exten-
di expreſſam, vt in l. ſi mater. §. ſi
quis. & tamen aliàs ad totum, id eſt
ad omnem cauſam extenderetur:
vt in ea. l. §. eadem. ergo expreſſio
quantitatis certæ non patitur ex-
ceptionem vltra illam quantita-
tem extendi: & conſequenter nec
49 cumulationē impedit. † Præterea
lex dicit quòd vbi ex eodem facto
plures actiones naſcuntur: vna in
plus, altera in minus, vna alteram
non tollit, & licitū eſt omnibus agi.
ergo vt aliquis ſit legis effectus vi-
detur dicendum, quòd etiam abſo-
lutoria lata in prima agitur ex ſe-
cunda: vt ff. pro ſocio. l. rei commu-
nis. & de tutel. & rat. diſt. l. j. § in tu-
tel. & de act. & oblig. l. cum ex vno.
¶ Contrarium autem huius proba-
50 tur ſic,† Sententia abſolutoria lata
in eo quod continet alterum, quod
nō eſt pars eius, parit exceptionem

incontento quod non eſt pars pri-
mi petiti. verbi gratia: vſusfructus
cauſalis non eſt pars dominij. vt in
l. ſi ita ſtipulatus, vj. lex. §. j. ff. de ver.
obli. & de accep. l. & per iuſiuran. §.
51 illud. † & tamen abſolutoria in do-
minio lata parit exceptionem rei
iud. in vſufructu cauſali. vt ff. de ex-
cept. rei iud. l. ſi cum teſtament. §. ſi
fundum. & illud ideo, quia impoſſi-
bile eſt ſecundum petitum, id eſt
cauſalem vſumfructum cõpetere,
niſi primum, id eſt dominium com
petat. ſic ergo & ſi pronuntiatur fa-
ctum non eſſe, effectus pronuntia-
tionis trahitur ad id totũ, quod nõ
poteſt de iure deberi non præce-
dente facto, ſuper quo pronuntiatũ
fuit: & per hoc apertè induci poteſt.
l. j. ij. & iij. ff. de excep. rei iud. Item
hoc idem probatur, quia lex dicit,
qui primò domum petit, ſecundò
cæmenta, quæ nõ ſunt pars domus,
exceptione rei iud. repellitur. Item
qui primò petit nauem, ſecundò ta-
bulas, quæ non ſunt pars nauis, ex-
ceptiõe repellitur: & hoc ideo, quia
primum petitum quadã totalitate
ſui & integritate comprehendebat
ſecũdum, vt in l. ſi quis cum totum.
§. j. & ij. & de pactis. l. ſi vnus. §. item
ſi pactus. ergo cum totum factum
deductum in primum iudicium nõ
ſolùm comprehendat quod in ſe-
cundo deducitur, imò idem ſunt:
reſtat quòd pronũtiatum in primo
abſolutorio exceptionem pariat in
ſecundo, & conſequenter facta re-
latione ad regulam cumulationem
impediat. Item patet hoc apertè ex
eo, quòd lex dicit, Res hæreditariæ
52 non ſunt hæreditatis pars. † & tamẽ
ſentẽtia abſolutoria lata in petitio-
ne hæreditatis parit exceptionẽ rei
iudicatæ in petitione ſingulariũ re-
rũ. vt in l. Iulianus. & in l. ſi quis cum
totũ. §. pe. de excep. rei iud. Plus for-
tifico arg. ſi actũ ſit perſonaliter ex
contractu contra hæreditatiũ debi-
torẽ, & abſolutus ſit, ſi poſtea aga-
tur cõtra eundẽ petitione hæredita-
tis vniuerſali, licet ſecunda petitio
plura cõprehẽdat incomparabiliter
quã prima: tamẽ quia idẽ dubiũ, &
eadẽ quæſtio & cauſa deducũtur in
ſecunda, quæ deducta fuerãt in pri-
ma: obſtat exceptio rei iudicatæ, vt
l. ſi quis cum totũ. §. vlt. & §. & gene-
raliter. & §. & quidẽ ita diffiniri po-
teſt. ſic ergo ſi primò actũ fuerit vi
bon. rapt. pro rapina. & abſolutoria
lata ſit: & ſecundò pro eadem ra-
pina agatur furti, cùm idem factum
& idem dubium in ſecundum iudi-
cium deducatur, conſtat quòd exce
ptio rei iudicatæ obſtare debet, ſi
obſtare debet exceptio, bene reſtat
vlterius referẽdo ad regulam, quòd
cumulatio impediatur ex eadem
53 cauſa in id quod plus eſt. † Præ-
terea conſtat patrem ex contractu
filij teneri in minus, quia de pecu-
lio tantùm, & ipſum filium in plus.
quia inſolidum, vt in l. ſi quis cum
filio. ff. de pecul. & tamen ſi pater
iurat ſuper facto, id eſt filium dare
nõ oportere, inſolidum quæritur ex-
ceptio filio, vt l. qui iuraſſe. §. ſi pa-
f ter. ff. de iureiur. f & eſt ratio, quia
obligatio vtriuſque ex eadem cau-
ſa deſcendit. item & eadem ratione
ſi iudicatur pro domino conuento
ex contractu ſerui, vt in l. ſi cum te-
ſtamento. §. ſi. de excep. rei iudic. er-
go patet quòd cũ agitur ex eadem
cauſa in id quod plus eſt, cum idem
ſit factum quod deducitur in vtrun
que iudicium, obſtare debet exce-
ptio rei iud. & conſequenter cumu-
54 latio impediri. † Præterea ſi cùm
a l idem agitur ex eadẽ cauſa, con-
ſtat quòd ex quo omnis quæſtio de-
ducta fuerit in primum iudicium,
in totum debet obſtare exceptio:
igitur per regulam cumulatio im-
pedire debet, quod ſic oſtẽdo: ſi rei
vend



vẽdicatione ſimpliciter propoſita,
& in proſequutione certa cauſa ex-
primitur: abſolutoria lata pariet ex-
ceptionem in totum, vt l. ex ſextan-
te. in princ. ff. de excep. rei iud. & ſo-
let allegari per gl. & l. & an eadem.
§. actiones. tamen ſecundum verum
intellectũ. nihil facit. Sicut ergo ni-
hil operatur expreſſio cauſæ, quo mi
nus exceptio rei iud. obſtet in totũ,
ita & in propoſito facto ex quo ius
agẽdi procedit, nil operatur expreſ-
ſio quantitatis. Sed ad hoc ſtatim
reſpondeo, quia refert inter genera-
55 litatẽ rerum & cauſarũ. † plus enim
operatur expreſſio rei in proceſſu,
quàm expreſſio cauſæ, vt l. ſi ex teſta
mento. & ibi not. ff. de except. rei iu-
dic. & eſt ratio: quia petitio vnius
rei non habet communem finalem
effectum cum petitione alterius: ſed
ſecus, ſi bene aduertatur, perpendi
poteſt in pluribus cauſis concurren
tibus circa acquiſitionem alicuius
rei, vt ſcripſi circa §. actiones. Sed
hæc reſpõſio nihil facit ad præſens
propoſitum: quia ſicut in rei vendi.
plurium cauſarum concurſus tẽdit
ad eundem finem, id eſt ad acquiſi-
tionem dominij, ſic & in propoſito
concurſus pluriũ actionum ex eadẽ
cauſa deſcẽdentium, tẽdit ad eundẽ
effectũ: id eſt ad idẽ factum punien-
dũ. Itẽ in rei vendic. ſi ab initio vna
cauſa exprimitur, nõ patitur expreſ-
ſio exceptionẽ vltra illam cauſam
extendi. vt in l. ſi mater. §. ſi quis au-
tem. ſic ergo & hîc non patitur ex-
preſſio quantitatis exceptionem ex-
tendi vltra quãtitatẽ expreſſam. Et
ſic eſt arg. pro cumulatione permiſ-
ſa ſcilicet ex eadẽ cauſa, in id quod
plus eſt: non ecõtra. præterea in hy-
pothecaria eſt vna cauſa, id eſt obli
gatio rei, & in rei vendic. alia, id eſt
dominium. vt in l. aliena. & l. rẽ alie-
56 nã. ff. de pign. act. † & ſententia ab-
ſolutoria lata in rei vend. ſciẽte cre-
ditore obſtat exceptio in hypothe-
caria, vt in l. ſæpe. de re iud. & tamẽ
per rei vend. auocatur plus, quia do
miniũ: per hypothecariam minus,
quia poſſeſſio, vt in l. in rem actio. ff.
de rei vendicat. & l. ſi cum venditor.
ff. de euict. ergo bene ſequitur, quòd
vbi eſt eadẽ cauſa duarũ actionum,
alterius in plus, alterius in minus cõ
petẽtium ex eadẽ cauſa, quòd ſententia
g abſolutoria g lata in vna parit ex-
ceptionẽ in totũ in altera: & conſe-
quẽter impedit cumulationẽ ſecun-
dũ regulã præmiſſam. Præterea ab-
ſolutoria lata in redhibitoria nocet
in quãto minoris, & econtrà eo ca-
ſu quo contingit eandẽ cauſam eas
continere, vt l. ſi is qui hæres. ff. de
except. rei iud. §. eſt in poteſtate. li-
cet communiter diuerſas habeant
cauſas & ſeparatas, ergo &c. ¶ Con
cludo vlterius, ſed hoc tollo ſtatim,
quia §. ille, eſt in poteſtate. loquitur
quãdo conueniebant in re & cauſa,
quia nil plus in vna quàm in alte-
ra: ſed quando differunt, ſententia
lata in vna non nocet in altera, vt l.
57 ſi tamen. §. j. ff. de ædil. edict. ¶ † Di-
co igitur quod cùm ex vna cauſa
plures actiones competunt, vna in
plus, & altera in minus, duplex po-
teſt eſſe modus pronũtiandi: poteſt
enim pronũtiari ſuper facto, id eſt
factum illud de quo agitur inde non
proceſſiſſe: & tunc ſi agatur alia, certũ
eſt exceptionẽ rei iudicatæ obſtare.
Itẽ poteſt pronuntiari ſuper actione
propoſita, id eſt eã non cõpetere ex
præcedenti facto: & hoc caſu exce-
ptio rei iudicatæ non obſtat in alia;
verbi gratia, ago furti non manife-
ſti contra aliquem, & dico rapuiſſe
rẽ, & pronũtiatur rapinã nõ factam,
ſi agatur poſtea vi bon. rap. propter
eandẽ cauſam, obſtat exceptio rei
iudicatæ: ſed ſi pronũtietur furti nõ
manifeſti actionẽ non cõpetere, vt
quia conſtat rẽ raptã fuiſſe interue

nlente vera violẽtia : exceptio non
obſtaret,quia videtur abſolutio fa-
h ctah per petitionẽ ineptã.† Itẽ exẽ-
58 plũ aliud: ſi ago contra aliquẽ cæ-
dentem arbores actione ex locato,
& abſoluitur,ſi quidem abſoluatur,
ideo quia pronũtiatur eum non in-
cidiſſe, obſtat exceptio, ſi arbo.ſur.
cæſa. poſtea agatur in id quod plus
eſt: ſed ſi pronuntiatur actionem ex
locato non cõpetere,quia non pro-
ceſſiſſet locatio, exceptio rei iudi-
catæ non obſtaret in arborũ furtim
cæſarũ, & in l.Aquil.& hæc ſimilia
colligi poſſent,ex l.ſi duo.§.idẽ Iul.
& ex l.duobus.§.itẽ à fideiuſſore. &
§.ſeq.& §.exceptio.& §.ſi quis iura-
59 uerit.& §.ſi colonus.† ergo eo caſu
quo exceptio rei iudicatę induceretur
in totũ,certũ eſt cumulationem
impediri ſecundũ regulã.Item quia
lite pendẽte incertum eſt qualiter
debeat iudicari, id eſt vtrum ſuper
facto, an ſuper actione,conſequenter
an ſit obſtatura exceptio rei iu-
dicatæ,vel non, dico tunc cumula-
tionem impediri: quia cum futurus
duobus euẽtus ſe habeat pariter ad
duo, id eſt ad impediẽdũ & ad per-
mittẽdum,iudicatur de eo,vt de im
pediẽte,dũ pendet, vt colligi poteſt
ex l.pecuniã.ff.ſi cer. pe.& per ſimi-
litudinẽ legati relicti purè & ſub cõ
ditione adẽpti,vt in l.ſi legatũ purè.
ff. de adim. leg.cum ſequ. & l.quo-
ties. de nouati. vbi ergo ſeparatæ
ſunt cauſæ quãtũ ad numerũ, licet
cędã in ſpecie, abſolutio lata in vna
non parit exceptionẽ in altera. Et
ſic nec cumulatio impeditur, vt per
pendi poteſt ex l. ſi ex teſtamento.
& ex l.ſi cum teſtamento. ff. de ex-
60 cep.rei iud.† Sed vbi eſt eadẽ cau-
ſa numero per omnia,licet plus vel
minus in vna quàm in altera conti
neatur, abſolutio in vna lata parit
exceptionẽ in altera, & ſic impedi-
tur cumulatio, cũ eadẽ quæſtio per
omnia in iudiciũ deducatur,vt in l.
ſi cum teſtamẽto.§.ſi petiero gregẽ.
& d.l. ſi quis cũ totũ. §. & generali-
ter.& §.& quidẽ ita diffiniri poteſt.
& l.ſingulis.ff.de except. rei iud. Ad
oppoſita verò poſſet reſponderi ſin
gulariter ad ſingula, & vniuerſali-
ter ad omnia: vt ſolicitus indagator
inquirere poterit, ſi rectè rationem
connexitatis & ſeparationis rerum
& cauſarum aduertat.

### ADDITIO.

a ¶ Defenſionem. An & quando ne-
gans poſſit negationem reuocare,
vide Iaſon. in §. ex maleficiis. ſu-
per gloſſ in verſicu. diſtulerint.ver-
ſicul. & iuxta prædicta. Inſtitut. de
action. F. C.
b ¶ Facti. Quæ ſint exceptiones facti
ſiue intẽtiones,colligitur ex iis quæ
idem Dyn. ſcribit in cap.exceptio-
nem.j.eodem. F. C.
c ¶Exceptiones.Adde gl.ſuper verbo
quod meũ.& ibi Doct. in c.inter di-
lectos. de fide inſtru. & ibi aliquid
per Felyn.col. x.verſ. fallit tertiò.&
per gl.& Philip.Fran.hîc. qui etiam
dicunt quòd beneficiatus non agit
ex tit.duplicato,tamẽ bene excipit.
vide quæ dixi in regula, beneficiũ.
in fi.primæ apoſt. & vide ad no.hîc
Bart.in l.nemo, & l.is qui.ff.de exc.
& Bart.& Doc. in l.j. C.de fal.cauſa
adiect. & Spe.tit. de except. §.viſo.
col.pe.verſ.in ſumma notãdum eſt.
& Io.Andr.hîc in Mer. & Bart. in l.
cũ de indebito.ff.de prob.Bald.in l.
ſiquidem.C.de except. & Barth. So-
cin. in repet.l.j. in primis chartis.ff.
de vulg. & pupil.ſubſt.& Ang.Aret.
inſtit.de except.§.idem iuris eſt.col.
vj. verſi. capio quartum principale.
& verſ. hinc ſumpta occaſione, an
reus poſſit opponere &c.& per Doc.
in ſeq.addit.allegat. Et no.quòd vbi
quis allegauerit plures exceptiones,
ſuffi



ſufficit alteram probare ad victo-
riam ſuę cauſæ vt c.cum iã dudum.
de præben. & hoc ſentit Dyn. in
prin.ver.eſt ergo effectus&c.&Ale.
in conſil.vj.lib.iij. niſi requireretur
concurſus omnium, vt l. iij. §. hoc
autem à ſuperiore.ibi,duas res do-
cere. ff. de itin. actũque priua. vel
niſi ſe aſtrinxiſſet ad omnia probã-
da,vt c.licet cauſam.& ibi gl.in ver
bo,aſtrinxit.de probat.& l.diuus.&
ibi Bar.ff.de re iud.& no.Io. de Pla.
in l.monente.in iiij.no.de delat.lib.
x.& Bar.in cõſi.cxciij.in fi.ver.quar
to dico,& amplè per Felyn.in d. ca.
licet cauſam.ſuper verbo,aſtrinxit,
col.xxxj.vbi ponit duas concluſio-
nes cum decem fallen.& Fely. ſing.
in c.ij.col.xij.verſic. reſtringitur.de
reſcri.& Abb.cõſi.lxxxvij.& in cõſ.
ſo.lib.j. Adde Alex.conſil.lxj.col.ij.
verſicu. ſed in caſu noſtro. lib.ij. &
Paul.de Caſt. conſil, xxvj. in antiq.
Angel.& Iaſ. in §.j.de act.& Ang.in
§.qui autem ſe volunt. & ibi Ioan.
Fab. inſtitut. de excu. tut. & ibi Ia-
ſo. in addi.ad Chriſtopho. Porc.&
quando qualitas adiecta facto de-
beat probari cum facto,vide Felyn.
vbi ſuprà & in c.examinata.de iud.
& Imo.& Ant.in c.exhibita. eod.ti.
& Alex.in l.diuus.col.ij.verſicu.ſuc
ceſſiuè quæro.Bal.& Moder.in l.Ti-
tia.ff.ſolu. matri.& Anto.Corſet.in
ſuis ſingul.verbo,qualitas.& Alex.
in addit. ad Bart. in l. qui vxori. §.
qui tamen.ff.de adult.Bart.in l.Ful-
cinius.§.j.ff. ex quibus cauſ. in poſ-
ſeſ. eatur. & Bald. in l. j. de condi-
tio.inſert.& in l. ij. poſt Cyn. C. de
prob.& Ang. Aret.& Iaſ.de Mayno
colum.xxx.in §.omnium autem.de
actionibus & ibi quid in actore &
quid in reo.& Alexan.conſil.ccxxj.
col.pen.verſi. quod.lib.j.& pulchrè
per Felyn, in cap. auditis. colum.
penult.verſic.ſecunda concluſio.de
præſcript.& Ludo.Bolog.in ſuis ſe-
cundis interpretat. in l. ſi arbiter.
ff. de probat. & Bartol. in diſputa-
tione, incip.iure municipali.& de-
ciſ. Parlamenti Delphina.quæſtio.
dliiij.& ibi in addi.& Hippoly. de
Marſiliis.in ſing.clxxxvij.
d ¶Non audior. Vide de hoc Iaſo-
nem.§ j.columna xv.& ſequent.In-
ſtitut.de actio.vbi eleganter decla-
rat l.final.ff.de rei vendicat.hîc alle
gatam. F. C.
e ¶Non audior. Adde eundem Dyn.
in cap.qui prior.& in cap.qui ad al-
gendum.nume.8.j.eod. F. C.
f ¶Idem erit dicendum. Vide Bart.
qui contrarium tenet in l.ij.§. ſi ab-
ſens.in vlt. lectur. in principio. nu-
mero primo.ff.ſi ex nox.cauſ. agat.
vbi tenet quòd propter menda-
cium non perditur à reo ius poſ-
ſeſſionis: & dato quòd conuictus
fuerit de maleficio,poterit probare
quòd illud fecit ad ſui defenſio-
nem. vide ibi Bartol. qui truſat de
Dyn.hîc. G. S.
g ¶Remotio alterius. Idem ait in ca.
qui ſentit.nu.7.j.eod. F. C.
h ¶Clarius. Adde Bartol. in dict.l.ne-
mo prohibetur. & ibi Alexand. in
addi.& Bartol. in l. j.verſicul. circa
ſecundum. C. de furt. & in authen.
contrà, qui propriam in ij. & iij.
colum. C. de non nume. pecun. &
Ray.& Imol. in l. Titiæ ſi nupſeris.
ff.de condic. & demonſtra.& Bald.
in l. peremptorias. in iij. columna
verſicul. quæro, nunquid ille.C.
ſententiam reſcindi non poſſe. &
Innoc. in cap. cum venerabilis. de
except. & Lanfran. de Oria. in cap.
quoniam contra. ſuper verbo, ex-
ceptiones. columna ij. verſicul.
ex his ſequitur. de probat. & Ab-
bas in cap.paſtoralis.colum.v.ver-
ſicul.iuxta hoc.& ibi Felyn. colum.
v. verſicul. circa dicta Abb. de ex-
cept. & Salyc. poſt Cyn. & Bart. in
d.auth.contra.& Fely.in c. imputa-
ti

ri.col.j.verſic. quinta declaratio. de fide inſtr.& Bart.in l. cum de indebito. in princ.ff.de prob. & Alex. in l.etiam.§.licet.ff.ſolut.matr.& Bar. in ſua diſput.incip. iudex per imperitiam.col.ij.verſic.iiij.probatur.

¶Adde Dec.in l. Nemo ex iis.ff.eo.

i ¶Ratio rationis. Adde quòd per iſtam rationẽ tenet Bart.in l.Nemo prohibetur. de except. in vlt. q. & in l. ſi expreſſim. ff. de app.quòd actor poteſt in replicatione plures actiones proponere,& ibi vide.Adde quod poſui ſ.eo.in prox.præcedenti apoſtil.Imol.poſt glo.& Bart. in l.nemo.ff.de excep.& Spec.in tit. de except. §. iiij. & de ſententia. §. viij. verſic. ſed nunquid talis.Adde Dyn.in c.cum ſunt.nu.6.ſ.eo.

k ¶Actio. Adde an actio debeat exprimi in libello tam de iure ciuili, quàm canonico per gloſſ.Bart.Bal. & Alex.in l.j §. j. ff. de edend.Cyn. Bart.Bal.Saly. Iaſ.& Alex.in l. edita.C.de edend.& Ioan.Fab.& Ang. Aret.& Iaſ.in §. omnium. inſtit.de act.& Imol.Abb.& Felyn.in c.dilecti. de iud. & c. examinata.eod.tit. vbi in d.c.dilecti.in fin.Felyn.ponit regulam cum quatuor fallent.Et de cauſa in libello exprimenda, latè Iaſ.in §.j.colum.xix.& xx.inſtit. de act. F. C.

l ¶Admittenda. Adde an & quando cumulatio ſit admittenda.glo.Cyn. Bar.Bald.in rep.Paduana.Saly. Angel.Paul. de Caſtr. Iaſ. & Alexand. in l.edita.C.de edend.& Io.de Plat. Ioan.Fab.Angel.Areti.& Iaſ. in §.ſi minus.col.xij.inſtit.de act. & Bald. & Card.& Alexan.in c.j.an maritus ſuccedat vxo.in vſi.feudo. & Alex. in l. ſi idem.ff.de iuriſd. omniũ iud. Et opinio Bart.in l. edita.poſt. medium.ver.ſed iuxta.hoc quæro &c. & in l. libellorum. §. ſed & ſi aliud. ff. de accuſ. vbi tenet quòd plures actiones vel accuſationes diuerſæ ſpecie contra eundem in eodem libello cumulari non poſſunt. arg.l. non eſt nouum.ff.de actio.empti.reprobantur à Doct.quia contra Bar. eſt gloſſ.in c.diſpendia. in verſi.perſonalis. ſ. de reſcript. eod lib.& tenet Salyc. in l. ſi quis homicidij. C. de accuſat. dicens opin. Bart. iure non probari.refert & ſequitur Alex. in d. l. ſi idem.in princip. per illum tex. Et an in odioſis admittatur cumulatio, vide gloſſ. quam faciunt ibi Bart. & Ludouic. Bolog. ſingul. in l. vbi fideiuſſ. ff. de ſolut.& Bart. in l.ij.§.j.ff.de condit.inſtit.& Bald. in l.ſancimus. §. ſi quis autem.C.de donat.& Alexan.in d.l.ſi idem. col. ij.& adde hîc Abb.x.colum. in c.ij. col.pen. & ſeq.de lib. oblat.& Specul.tit.de action.& petit.§.ij. verſic. notandum etiam.& verſic.ſed nunquid præſens, & ſimul, &c. aliquid per Bar.Angel.in repetit.& ibi Alexand. in l. naturaliter.§.nihil commune. ff. de acquir.poſſeſſ.& Rom. in conſil. incip. viſo themate. & in conſil. ccccxij. colum.iij. verſic. an libellus.& Alexan.conſi.lviij. circa princip.l.v.& Ludouic.Bologn.in l. nemo.§.quoties.ff.de regul.iuris.in ſecundis interpretat.& Paul.de Caſtro in conſi. cxcij.col.ij.incip.viſis & conſideratis. ij. volũ. nouorum. & Barbat. poſt Docto. in repetit.c. Raynaldus. fol. 32. col. iij. in fin.de teſt.& deciſ.Parlam.Delphin.cxliij. & ibi in addit. & de odioſis & pœnalibus Cepol. in conſi.xxxiiij.ſatis amplè, & adde Ioann. de Imol. in conſi.cxij.

m ¶Ignorantis. hæc theſis vera eſt, & ſic gloſſ.& Docto. nec principium, nec medium, nec finem intellexerunt in materia cumulationis, quæ eſt merè practica: nec minus lapſi ſunt,& ſe intricarunt, quàm in materia intereſſe: quæ etiam practica eſt: vt docui in extricatione labyrinthi.



Veritas eſt quòd cumulatio actionum regulatur à cumulatione obligationum: nec eſt differentia propter cauſam lucratiuam & oneroſam, nec propter ſententiam abſolutoriam vel condemnatoriam: nec l. fundum. ff. de exceptionib. in hoc fundatur:ſed in ſola litis pendentia rei maioris. Et ſic cumulatio regulariter permittitur: quæ eſt triplex:coæqualis, alternatiua,& ſubordinata:vt dixi ad l.edita.C.de edend. C. M.

n ¶Contrarium.Adde quòd conuentus vna actione cũ poſſet pluribus cõueniri, debet prius ab aliis abſolui,quàm condẽnetur.text.eſt quem Ludo. Ponta. in ſuis ſingul. col.iij. fol. 3. verſic. aduerte. dicit eſſe vnicum, in l. ſi pupillus.ff.de ann.leg. licet videretur ſecundum eundem ſecus, quia electione vnius ab alia liberatur.vt d. l. quod in hærede.§. eligere. ſed illam l. ſi pupillus. non potui in libro meo inuenire.

o ¶Competens. Adde quod actio noxalis competit inſolidum, ſi ſeruus domino ſciente deliquit: ſecus ſi illo ignorante,quia tunc deditione ſerui liberatur.l.ij.ff.de noxa. & tradit Iaſ.in §.præterea.col.xij.verſ.ij. aduertite.inſtit.de actio. F. C.

p ¶Cumulatur. An & quando petitorium concurrat cum poſſeſſorio, & vtrum poſſeſſor intentando rei vendicationem amittat poſſeſſionem, vide Iaſ.in §.æquè.col.xj.verſic.circa principium.& col.xij.verſic. circa ſecundum.inſtit.de actio. F. C.

q ¶Parit.Adde eundem Dyn. in c. qui ad agendum. circa fin infrà eod.& in hac eadem reg.verſi.ad tertium. & Abb.& alios in c. j. de cauſ. poſſ. & propr.ie. F. C.

r ¶Proponũtur.Adde an in eodem libello poſſit cumulari hypothecaria & perſonalis,Lud.de Rom.in conſ. cclx.col.ij.ver.ij.dubitatur.& Doct in iuribus per Dyn. hîc alle. & ſingulariter in Deciſ. Parlam. Grationop.Delphin.cviij & Ioan.Fab.Angel.Aret.& Iaſ. in §. item Seruiana. inſtit.de act.

s ¶Competat.Adde Iaſ. in §. curare. col.ij.in fin.& in §. ſed iſtæ.col.xiij. inſtit.de actio.

t ¶Non poſſum. Idem omnes gloſ.& Doct.ſcholaſtici malè hæc iura practicata intelligentes. Veritas eſt q̃ poſſunt accumulare per eadem facta:id eſt per eadem allegata in eadem inſtantia: & ita etiam practicatur in Gallia etiam ſine literis regiis, niſi poſt articulos concluſos, quo caſu opus eſt literis regiis.Non obſtat §.Varus. quia intelligitur in diuerſis inſtantiis:vt dixi ad l.edita. C.de edend. C. M.

v ¶Procedentes.Adde quando ciuilis actio poſſit cumulari cum criminali, Cyn. in d. l. j C.quando ciuilis actio &c.& Bart.& ibi Alex. in addit. in l. ij. §.j.ff.vi bonor. rapto.& Bart.in l.j.col.ij.verſi.ſed contra.C. de app.& in d.l.edita in repet. Peruſina. C. de edend. & infrà. in pen. apoſtil.

x ¶Contraria. Hoc dictum Dyn. explicat apertiſſime Iaſ.in §. ſed iſtæ. col.x.verſi. pro hac opi. fundanda. & col. xiij. & pro hac parte inſtit. de actio. F. C.

y ¶Facit. Aliud enim eſt emendatio libelli, aliud mutatio, aliud cumulatio,prout declarat Iaſ. in §. ſi minus.in gl.magna.inſt. de act. F. C.

z ¶Procedit. Libellus incertus an & quando admittatur, vide Iaſ. in §. curare in iij. not. inſtit. de actio.& in §. ſed iſtæ. ſuper gloſſ. magna verſic. tertia ergo forma.eod.tit.& vtrobique quid de diſiunctiue concepto.

a ¶Concluſio.Adde Bart.in l. omnes. §.Lucius.ff.de iis quę in fraud.cred. & in l.certum.§.j.& ibi Alex. in addit.ff.

dit. ff. de confeſſ.& Cyn.in l.edita
in iij.q. C.de eden.Ang.Aret.& Iaſ.
poſt Ioan.Fab.in §.omnium.inſtit.
de act.& Alexan.in l.non hoc.col.j.
verſi.item not.C.vnde cogn.& pul-
chrè Ludouic.Bolog. in l. nõ debet.
poſt Bald.ff.de dolo.in ſecundis in-
terpret.& Ang.Aret. inſtit. de act.§.
item ſi quis in fraudem.col.iij.verſ.
ex quibus.& Bald. in l.præſcriptio-
ne. C. ſi contra ius. & in l. domum.
prope princ.C.de rei vendic.& in l.
ij. C. qui accuſ. non poſſ. col. iij. &
Ang.conſil. ccxxiij. & And. Bar.in
rep. rubr.de fid. inſtru. conſil.xxix.
b ¶Perſonali. Adde q actio perſona-
lis poteſt concurrere cum rei vend.
pro re legata.etiam ſi dominium ſit
trãſlatum in legatarium, quia actio
perſonalis dabitur ad tradendam
poſſeſſionem & non ad dominium
transferendum. & de hoc eſt gloſſ.
in §.j.verſi.ſed noſtra.inſtit. de leg.
quam faciunt ſing.Bar.&Bald.Ang.
Alex.Franc.Aret.& Barth.Soci.in l.
j.ff.de leg.j.Cy.& Bal.in l.j.C.com
munia de leg. Io. Fab.& Ang.Aret.
col.iiij.& ibi Lud.Bolog.in ſuis pri-
mis interpr.in d.§.j.verſ.ſed noſtra.
c ¶Reo principali. Adde an ſenten-
tia lata contra principalem præiu-
dicet fideiuſſori,vt poſſet fieri exe-
cutio contra fideiuſſorem,vel con-
tra ſententiã in fauorem fideiuſſo-
ris proſit principali, Bart. & Doct.
mod. in d. §. Item à fideiuſſore. &
Bart.& Alex.in addi.in l.à ſentẽtia.
ff. de appellat. & plenè in l. j. & ibi
Alex. in addit. ff. iudic. ſol.& Cyn.
Bald. & Salic.in l. fin. ff. C. de vſur.
rei iudic.& Bald.& Angel. Areti. in
§.fin. inſtit. de ſatiſdat.& Alexand.
conſi.cxxxj.col.iij. verſic. ergo.lib.
ij. gloſſ. in c. j. E. de iniur. eod. lib.
Specul. tit. de execut. ſenten. §. ſe-
quitur.verſi.quid ſi ſententia.& quę
not. Felyn. in c.ſi cautio in fin.ver-
ſic.& iſta faciunt,de fid. Inſtrumen.

& deciſ.Parlament. Grationopolit.
Delphin.quæſt.xxvj.& quæſt.ccxv.
d ¶Dato. Sic idem Dyn. in c. mora.
ſub nu.22.j.eod. F. C.
e ¶L.ſi.§.Lucius.Vide ibi Bar. & Bal.
f ¶De iureiur.Adde ibi glo.Bar.Pau.
de Caſtr. Alex. & Iaſ.& gloſſ. Bart.
Bald.& Alex. in l. ſi tibi.§.ſi pactus.
ff.de pact.
g ¶Abſolutoria. Adde Cyn. in l. j. C
quando ciuilis actio crimin. præ-
iudic.& Bart. in l.ij. §.j.ff.vi bonor.
rapt. & in l.ſi duo patro.§.idem Iu-
lianus. col. j. ff. de iureiur.qui alle-
gat Dyn. an abſolutoria lata in ci-
uili faciat præiudicium in crimina
li vel econtrà. de quo vide per glo.
& Doct.maximè Bald.in l. ex mor-
te. C. ad l. Aquil. & Bald.in l.j.C.ad
l.Fal.de plagiar.& per Imol. in l. in
terdum.ff.de public. iudic. & Doct.
præcipuè Ant.de But.Imol. & Fely.
col.ij.verſic.vj.limit.in c.de his. de
accuſ. & per omnes in c. cum dile-
ctis.de purg.canon.
h ¶Abſolutio facta. Adde quòd vbi-
cunque apparet malè eſſe actum ex
vna cauſa, & hoc apparet ex actis,
& ex eiſdem apparet, quòd ex alia
cauſa bene potuiſſet agi,non poteſt
iudex ex illa apta cauſa cõdemna-
re:ſed debet abſoluere reum. & ni-
hilominus ipſe iudex in ſententia
ſua debet ſeruare parti ius agendi
competens ſibi ex alia cauſa, text.
eſt valde ſing. in l. Bebius Marcel-
lus.ff.de pact.dotal.de quo facit fe-
ſtum Bald. ibi in antiq. lect. & in l.
j.in fin. C. de pig.act.& Bald. in au-
thent. ſed & ſi quis.col.vlt.C.de ſe-
cund.nupt.& Barb.in c.examinata.
de iudic. & Ant. Corſet.in ſuis ſin-
gul.in verbo iudex.

## In reg. Quod ſemel.

### Argumenta.

*Iudex ſententiam, quam ſemel*



*protulit, nũquam mutare poterit.*

2 *Sententia lata, ſi nulla ſit, à quo denuò proferri poterit.*

3 *Confeßio facta in iudicio non poteſt retractari.*

4 *Cõfeßio extra iudicium emiſſa an etiam ſine cauſa liget.*

5 *Donare præſumitur qui debitum ſoluit.*

6 *Promißio & ſolutio paria ſunt.*

7 *Donatio non inducitur, ſi ab vtroque nulla abeſſe cauſa ſciatur.*

8 *Indebiti ſoluti quando repetitio concedatur.*

9 *Confeßio facta in iudicio quando reuocari poßit.*

10 *Contractuum ea eſt natura, vt ſemel initi nõ facile poßint reuocari.*

11 *Contractus quando, & qui pœnitentia poßint retractari.*

12 *Electio ſemel facta non facilè eſt caſſanda.*

13 *Hæreditas quæ ſemel aditione apprehenſa eſt repudiari non poteſt.*

14 *Inſtitutio hæredis poteſt pœnitentia caſſari.*

15 *Teſtator an ſic diſponere valeat vt reuocare nequeat.*

16 *Teſtamentum ſecundum quando deroget primo, aut contrà.*

17 *Reuocatio generalis quid operetur, & quid ſpecialis.*

18 *Poſteriora quando derogent prioribus.*

19 *Teſtamentum poſterius ſic ſe habet ad prius, ſicut ſtipulatio nouãs ad nouatam.*

20 *Argumentum de contractu ad vltimã volũtatẽ qualiter valeat.*

21 *Teſtamentum poſterius ſic ſe habet ad prius, ſicut lex poſterior ad priorem.*

22 *Lex poſterior licet generalibus verbis concepta tollit priorem.*

23 *Reuocantur facilius quæ dependent ex voluntate vnius tantum.*

24 *Voluntas prima quando præualeat vltimæ.*

25 *Speciale illud dicitur, quod à generalitate abſtrahitur.*

26 *Teſtamentũ primum quibus verbis reuocari ſoleat.*

27 *Teſtator non poteſt in primo teſtamẽto facere quominus ei liceat ſecundum condere.*

28 *Contractus an fieri poßint in teſtamento, & an reuocato teſtamento ipſi permaneant.*

## REGVLA XXI.

QVOD ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.

1 ¶ † IN ſententia poteſt poni exem
a plum huius regulæ. [a] nam ex quo
ſemel placuit iudici, certam ferre
ſententiam, non poterit vlterius
b diſplicere, [b] vt per hoc poſſit eam
mutare, ſiue ſit æqua, ſiue iniqua, vt
ff. de re iudi.l. iudex.& l. Paulus j.&
l.poſt rem. & l. cum quærebatur. &
c de quæſt.l.j.§. fin. [c] & de pœn.l.di-
ui fratres. Sed contra hoc opponi-
tur de lege ſi præſes. C.quomodo &
2 quando iudex.cum ſimil. † ſed dici
ſolet & debet, referre vtrum ſenten-
tia non teneat ipſo iure, & tunc ipſe
idem ſi eſt ordinarius, poteſt ſecun-
d dò [d] pronuntiare: ſi delegatus, pro-
e nuntiabit delegans: [e] vt C. quomo-
do & quando iudex. l. ſi præſes &
l. ſi vt proponis.& de accuſat. l. iiij.
ſed

ſed ſi teneat ipſo iure, licet iniquita
tem contineat, non poteſt per eun-
dem iudicē reuocari: vt in ll. præal-
legat. & ff. de re iud. l. quod iuſſit. &
C. de ſenten. l. poſt ſententiam. ta-
men poteſt appellari, & per iudi-
f cem appellationis de iniquitate [f]
cognoſci, & cognita iniquitate ſen
tentia corrigi: vt ff. de re iud. l. præ-
ſes. & l. cum prolatis. & de appellat.
3 l. j. † Item poteſt poni exemplum in
cōfeſſione tam in iudicio cum cau-
ſa vel ſine cauſa. vtraque enim eſt
g obligatoria, [g] vt ff. de interrog. act.
l. j. quàm extra iudicium, cum cau-
ſa tamen legitima, vt C. de non nu.
pecun. l. generaliter. aliàs appel-
latur indiſcreta & non obligato-
h ria, [h] vt ff. de prob. l. cum de inde-
bito. §. fi. & de doli except. l. ij. §. cir-
4 ca. ¶ † Sed ponitur contra hoc quòd
valeat extra iudicium etiam ſine
cauſa. ff. de pactis. l. tale pactum. in
princ. Sed dicas quòd aut ad liberā-
dum, aut ad obligandum procedit
talis confeſſio. Si ad liberandum,
i valet [i] etiam ſine cauſa, vt in l. tale
pactum. ſi ad obligandum, non va-
let ſi cauſam non habeat annexam,
vt d. l. cùm de indebito. & d. §. circa.
Sed oppono quòd etiam ad obli-
5 gandum valeat, † vt in indebito ſo-
luto, quaſi tacitè videatur habere
6 cauſam donationis annexā, † quia
k promiſſio & ſolutio, paria ſunt, [k] vt
C. ad l. Falcid. l. fin. & ff. de dona. l. ſi
patronus. §. de illo. ſed ſolutio eius
quod eſt indebitum à ſciente pro-
cedens, inducit præſumptionem do
l nationis, [l] vt ff. eo. l. cuius per erro-
7 rem. ergo & promiſſio. † Sed diſtin
gue, quia aut vterque ſciebat cau-
ſam nō ſubeſſe, & tunc non induci-
tur donatio, quia in pari cauſa me-
lior eſt cauſa cōuenti, quàm agētis,
vt ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruum. †. ſe-
quitur. & j. eo. c. in pari. ſed quando
ſoluo ſciens indebitum ei qui ſimi-
liter ſciebat indebitum, donare vi-
deor, & repetitio denegatur. Dice-
ret quis: Quare cum vterq; ſcit cau
ſam non ſubeſſe facilius denegatur
repetitio, quam cōcedatur petitio?
Reſponſio prompta eſt: quia in pari
cauſa melior eſt cauſa cōuenti quā
8 agentis, vt dictum eſt. † Cùm ergo
ſint in pari ſcientiæ cauſa reus & a-
ctor, ſequitur quòd repetitio ſoluti
negat̃, & petitio promiſſi. ſed quan-
do creditor crederet ſubeſſe cau-
ſam, reus, qui confitetur ſciret non
ſubeſſe, videtur ex cauſa donatio-
nis confiteri. & ideo eſſet efficaci-
ter obligatus, arg. ff. de oper. liber. l.
Campanus. & not. in præalle. §. cir-
ca. Item opp. quòd diſplicere poſſit
quod ſemel placuit, etiam in iudi-
cio confitendo, vt ff. famil. herciſ. l.
cum putarem. & C. de iuris & facti
9 ignor. l. error. † Sed dicendum eſt,
quòd aut conſtat confitentem er-
raſſe, aut cōſtat non erraſſe, aut du-
bitatur. primo caſu aut errauit in fa
cto, aut in iure; vt plenè dictum eſt.
ſuprà eod. in c. ignorantia. Secundo
caſu non poteſt reuocari confeſ-
m ſio. [m] & ita loquitur regula. Tertio
caſu præſumitur in dubio nō erraſ-
ſe: quia nemo exiſtimādus eſt dixiſ-
n ſe quod non mēte cogitauit. [n] ff. de
ſupel. leg. l. Labeo. §. idem Tubero.
10 † Item poni poteſt exemplum regu
læ in cōtractu: quod enim ſemel pla
cuit in contrahendo, amplius diſpli
cere non poteſt, vt C. de action. &
oblig. l. ſicut. & de reſcind. vendit. l.
de contractu. licet tunc obſtat. ff. de
cond. ob cauſ. l. ſi pecuniam. vbi
contrahentibus licet pœnitere. Sed
o dicendum [o] erit, quòd differentia
eſt inter contractus nominatos &
11 innominatos. † Nam in contracti-
bus nominatis non licet regulari-
ter pœnitere, licet fallat in caſibus
qui notantur in præallegat. l. ſicut.
In contractibus verò innominatis:
aut



aut res eſt integra ex vtraque par-
te, & tunc vtrique contrahentium
pœnitere licebit: aut contractus eſt
veſtitus per alterutram partem, &
tunc veſtienti licebit pœnitere, alte-
ri non, vt plenè tractatur in d. l. ſi pe-
12 cuniam. ff. de condi. ob cau. † Item
poni poteſt exēplum regulæ in ele-
p ctione [p]. Nam poſtquam in ſcruti-
nio nominaui aliquem, & electio
fuerit ſubſecuta, vel poſtquam præ-
ſtitero conſenſum electioni ab aliis
celebratæ, non poſſum vlterius im-
pugnare, niſi ex cauſis poſtea emer-
gentibus, vel niſi morum electi an-
tea celata de nouo pandatur im-
probitas, ſeu alicuius alterius laten
tis vitij vel defectus, quem veriſi-
militer ignorare potuerim, veritas
reueletur: vt §. de elec. c. nulli licere.
lib. vj. & apparet ff. de legat. j. l. ſerui
electione. & l. huiuſmodi. §. Stichū.
& de legat. ij. l. ſtatuliberum. §. Sti-
chum. & de optio. leg. l. apud Aufi-
dium. & de decur. l. ſi & arg. de con-
firm. tut. vel cur. l. in confirmando.
cum l. ſeq. Sed contra hoc eſt. ff. de
lega. ij. l. vnum ex familia. & l. cum
pater. §. à filia. Sed in illis ius eli-
gendi non competebat de præſenti:
ſed totaliter erat in tempus mortis;
ideo non conſumitur per primam
13 electionem, vt ibi apparet. † Item
poteſt poni exemplum in hæredita
tis aditione: nam ex quo ſemel hæ-
reditas placuit adeundo, nō poteſt
poſtea diſplicere repudiando, vt C.
de repud. hæredit. l. ſicut maior. &
hoc verum eſt de iure cōmuni: ſed
q per reſtitutionem [q] in integrum re-
pudiari poteſt à minore, vt ff. de
acquir. hæred. l. ſi minor. & l. neceſ-
ſariis. & de minorib. l. ait Prætor. §.
ſed ſi hæreditatem. & l. & ſi ſine. §.
reſtitutus. Item poni poſſet in dela-
r tione iuriſiurandi [r], vt C. de iureiu.
l. ſi quis iuſiurandum. Item in con-
ſenſu habito ad confirmandum al-
terius factum, vt ff. de aqua pluuia
arcen. l. in diem. & de diuer. & tem-
poral. præſcript. l. de acceſſionibus.
ſitum, quia in iis quæ præcipiuntur contra legem non eſt per officiales iudici & poteſtati obtemperãdum, vt in iuribus hic allegatis. ergo non excuſatur. Et tenet Deciſ. Parlam. Delphin. q. ccx.iij. vt l. ſi iniuriæ. ff. de iniuriis. & Guid. Papæ in tract. ſuo ſuper ſtatuto, ſi quis per literas in princ. & quod iudici volenti iniuſtè extorquere licitũ ſit reſiſtere de facto, vide Bald. in rep. l. j. in col. xiiij. C. vnde vi. & Alexan. conſi. cxliiij. verſic. modo ſic. lib. ij. qui alleg. Dyn. hîc & Paul. de Caſt. in conſil. xxxvij. in antiq. & vide Felyn. in d. c. ſi quando de offic. deleg. vbi ponit concluſionem cum quatuor fallentiis. & deciſ. Capel. Thol. cclxvij: vbi ponit an ſit manifeſta offenſa non parere iudici. vt vult hîc Dyn. in ſecundo caſu. & Doct. in clem. j. de offic. deleg. & Deciſ. Parlam. Grationopo. Delphin. quæſt. cccxl. & quæſt. ccclix.

d ¶Et ideò diſtinguendum. Hanc diſtinctionem ſequitur Bartol. in l. vt vim. in j. col. in fi. ff. de iuſtit. & iur. & Dec. in l. non videntur. § qui iuſſu. nu. 4. ff. eod. G. S.

e ¶Priuatos. Idem in non reparabili. Deci. in d. l. vt vim. Ioan. de Plat. d. l. prohibitum. quẽ ſequitur Panor. c. ſi quãdo. de off. deleg. Alex. conſi. xliiij. nu. 2. lib. ij. vbi dixi. C. M.

## In reg. Mora ſua.

## Argumenta.

1 *Debitoris mora in multis eſt ipſi nociua.*

2 *Debitor poſt moram tenetur de interitu rei.*

3 *Mora debitoris nocet in fructibus debitis.*

*Fructus quando veniant tam in actionibus bonæ fidei, quàm ſtricti iuris.*

4 *Actio ex teſtamento ſapit naturam actionum bonæ fidei.*

5 *Mora debitori nocet in intereſſe, quod peti poteſt.*

6 *Intereſſe poſt moram, vtrum petatur per libellum, aut veniat in condemnationem officio iudicis.*

7 *Intereſſe ob debitoris moram debitum, an ſit multiplex vel vnicum. & num. 16.*

8 *Intereſſe an differat à communi æſtimatione vel conuenta.*

9 *Intereſſe ad perſonam, æſtimatio autem ad rem refertur.*

10 *Relatum & referens non ſunt eadem. & num. 11.*

11 *Aeſtimatio rei quare non ſit intereſſe.*

12 *Diſponens & diſpoſitum non compatiuntur ſe ſub eodem genere.*

13 *Aeſtimatio communis & conuenta an ſint diuerſæ ſpecies intereſſe.*

14 *Genus à quocunque remoueatur, remouetur & quælibet eius ſpecies.*

15 *Actio legis Aquiliæ ad id quod intereſt, datur.*

16 *Intereſſe per relationẽ ad æſtimationem conſtituitur in eſſe.*

17 *Iuramentum in litem datur ob dolum, non autem ob culpam.*

18 *Stipulatio iudicio ſiſti cõmittitur quanti ea res eſt.*

19 *Aeſtimatio rei an ſit intereſſe, vel damni æſtimatio, vel etiam lucri. & num. ſeq.*

21 *Deductũ in aliud, nõ eſt id ipſum in quod deducitur.*

22 *Comprehendẽs aliud in ſe non eſt idem cum comprehenſo.*





23 *Intereſſe vtrum ſit æſtimatio dãni, an rei.*

24 *Aeſtimatio damni poteſt in cõdemnationem deduci.*

25 *Aeſtimatio cõuenta, communis, & ſingularis non eſt intereſſe.*

27 *Intereſſe cõuentum quod dicatur.*

28 *Pretium commune vel cõuentum non eſt intereſſe, licet in æſtimationem intereſſe deducatur.*

29 *Relatio intereſſe communiter ad perſonam fieri poteſt.*

30 *Mora in cauſarum æſtimatione nocet, & ex parte rei, & ex parte actoris.*

31 *Renuntiatio inducitur ex lapſu temporis.*

32 *Mora principalis nocet fideiuſſori*

33 *Mora vnius reorũ debendi quando obſit alijs.*

## REGVLA XXV.

MOra ſua cuilibet eſt nociua.

1 ¶VT † ecce ſi debitor eſt in mora ſoluendi, erit ſibi nociua quantũ ad
2 plura: † quia quantũ ad rei interitũ etiã caſu cõtingentẽ, vt ff. ſi cer. per. l. quod te. & depo. l. ſi in Aſia. §. fi. &
a de verb. oblig. l. ſi ex legati cauſa.[a] & l. ſi ſeruum. & de leg. j. l. apud Iulianum. §. ipſius quoque. & l. cùm
3 res. §. fi. † Itẽ quantum ad fructus de
b quibus tenetur[b] ex die moræ, quando petitur aliquid per actionẽ bonę
4 fidei, † vel per actionẽ ex teſtamen-
c to, quæ bonæ fidei actionis ſapit[c] naturam, vt ff. de leg. j. l. apud Iulianum. §. fructus. & l. ſi quis bonorum. & de leg. ij. l. qui ſolidum. §. etiam. l. ſi quis ſeruo. & ad Treb. l. in fideicommiſſaria. in prin. & de act. emp. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ſed ſi agatur actione ſtricti iuris, ſi quidem peto reſtitui quod meũ eſt, veniunt fructus à die moræ: ſed ſi peto quod eſt alienum, veniunt à die litis con-
d teſtatę[d]. ff. de vſu. l. videamus ij. circa prin. ac §. in Fauiana. & §. ſi actio-
5 nem. † Item eſt nociua mora quan-
e tum ad intereſſe quod peti poteſt[e], & augetur à die morę in odium debitoris moroſi, vt ff. de actio. emp. l. datio. §. ſi per venditorem. & de re iudic. l. ſi Calendis. vbi intereſſe peti poteſt, & augeri à die moræ in
6 odium debitoris moroſi. † Huius autẽ occaſione quæri poteſt, an in-
f tereſſe ſit in obligatione[f] poſt moram, ita quòd peti poſſit per libellũ iure actionis, vel an deducatur in cõdemnationẽ per iudicis officium tantũ? opinio eſt inter iuris prudentes, determinant enim aliquando, ſcilicet, ff. de re iud. l. ſi quis ab alio. §. vlt. quòd intereſſe non poſſit per libellum peti: ſed per iudicis officiũ in condẽnationem deducatur, arg. ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruum. §. vlt. & l. eum qui ita. & de conſtit. pecun. l. promiſſor hominis. quod poſſet habere locum, vbi eſſet in obligatione rem dari: ſed vbi eſt in obliga-
g tione factũ, ſcilicet ſucceſſiuum[g], vt ire Romam, vel foſſam facere, vel domum, tũc poſt moram etiam eſt in obligatione intereſſe debitũ ex tacita promiſſione, ſi non fuit factum quod in conuẽtione deuenit, vt ff. de verbo. oblig. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. & ibi not. & in l. ſi pœnam. vbi dicitur quòd intereſſe in ſtipulatione venit: & ideò bene ſequitur quòd poſſit per
h libellum peti. Quidam[h] intelligũt hanc diſtinctionem in facto ſucceſſiuo, vt facere domũ, vel ire Romam, quòd tunc poſt moram intereſſe ſit in obligatione. nõ autem in obligatione rem tradi, quia illud factum eſt momentaneum, & non niſi quædam executio donationis,

&c ideò quòd tunc non ſit in obliga
tione intereſſe, arg. ff.de rei vend.
l.qui reſtituere. Sed contra illos eſt
l.ſtipulationes nõ diui.pręallegata.
vbi eſt in textu,tem tradi. Non ob-
ſtat l.qui reſtituere.quia ibi petebat
ſuum, & non liberatur detinens ſol
uẽdo intereſſe. Vel dic,quòd inter-
eſſe eſt in obligatione ſi vult actor,
vt ff.de actio. empt.l.j. Sed quæ ra-
i tio eſt diuerſitatis [i],quòd in obliga
tione facti ſit intereſſe in obliga-
tione,& non in obligatione dandi?
Ratio eſt,quia quando quis obligat
ſe ad factum,alius ſequitur eius in-
duſtriam, & ille ſe obligans illam
obligat: & ideò cum illa induſtria
non poſſit ſuppleri per alium,iuxta
l.inter artifices. ff. de ſolut. ipſe vi-
detur ſe tacitè obligare ad inter-
eſſe, ſi non fiat quod in conuentio-
nẽ deuenerit,vt d.§.Celſus.de verb.
oblig.l. ſtipulationes non diuidun-
tur. & ideò lex voluit, quòd ad in-
tereſſe ſtipulator poſſet agere. In
obligatione verò dandi, nõ eſt ita,
cùm per alium poſſit dare, nec ſic
obligatur induſtria: quare lex vo-
luit quòd ageretur ad dandum:& ſi
recuſet,vel ſit in mora,intereſſe per
officium iudicis deducatur in con-
demnationem,vt in l.hîc alleg. Sed
quare ſic etiam non agitur ad fa-
ctum? Reſpõdeo,quia ex quo ſemel
fuit in mora in facto,præſumitur ꝙ
male ageret,quare lex voluit ad in-
tereſſe agi ſtatim poſt moram.Item
dare eſt in re, & nõ intereſt tua per
quem ego dem,quia eſt facere acci
pientis, ſed tradere intereſt, quia ſi
ſum dominus,facio te poſſeſſorem,
aliâs non.de act.emp.l.ex empto.&
arg.l. traditio. de acquir. rer. do.&
ff.de dona.l.in ædibus.§.donati.Vel
intellige facto ſucceſſiuo,vt dixi in
principio.Et ratio diuerſitatis tunc,
quia in ſucceſſiuo, eſſet ſpecies ſer-
uitutis ſi compelleretur ad factum.

7 ergo nec ſi volens. † An autem in-
tereſſe quod debetur propter debi-
toris moram ſit vnicum tantùm &
ſingulare,vel an triplex:ſcilicet ſin-
gulare, cõmune,& conuẽtum,quæ-
k ſtio eſt.Et ꝙ ſit vnicum [k],ſic oſten-
do: quia lex dicit, ꝙ ſi res vendita
nõ tradatur,in id quod intereſt agi-
tur, hoc autẽ interdũ egreditur &c.
Si igitur exceſſus eſt diuerſorum,ſi-
8 cut & æqualitas, patet, † quòd dif-
fert intereſſe ab æſtimatione com-
muni & conuenta,vt ff.de act. emp.
l.j. & per eundẽ modum poteſt in-
duci.C.de ſentent.quæ pro eo quod
intereſt.l.vnica.quia ibi dicit,inter-
eſſe poteſt aſcendere vſque ad du-
plum æſtimationis communis vel
conuentæ.Quod autem exceſſus ſit
diuerſorũ,patet:quia cõmunis æſti-
matio vel conuentæ rei, non eſt in-
tereſſe.Cùm ergo remoueatur com
mune & conuentũ, relinquitur vnũ
9 tantum,ſcilicet ſingulare.†Præter-
ea lex dicit, quod intereſſe ad per-
ſonã refertur, & ſic in ſuo eſſe con-
ſtituitur per relationẽ, qua refertur
ad perſonam,vt ff.de verb.obli.l.ij.
§.vlt.&de no.oper.nun.l.ſtipulatio.
§.quæſitum.& de regul.iur.l.quate-
nus. & æſtimatio non refertur ad
perſonã, ſed ad rem. ergo ſequitur
quod nõ habet ſubſtantiam vel re-
10 gulam,vel naturam intereſſe.†Præ
terea quoties duo ſunt, quorũ vnũ
refertur ad aliud:conſtat non idem
eſſe relatum: & id ad quod ſit rela-
tio, licet ex commixtione relati &
eius ad quod ſit relatio,idem reſul-
tet effectus, vt patet in codicillis ad
l teſtamẽtum [l] relatis. ex quorũ duo-
rum iuribus commixtis idem inſur
git effectus, vt l.ij.§.codicillorum.
& l. quædam. ff. de iure codicil. &
de condit.inſtitut.l. inſtitutio.& de
hæred.inſtit. l.aſſe toto.& C.de co-
dicil. l. ſi idem. ſi ergo intereſſe re-
feratur ad æſtimationem rei, vt in
l.ſtipul



l.ſtipulatio.§.vltim.ff.de noui oper.
nuntia.& l.qui tabulas. ff. de furtis.
reſtat rei æſtimationem nõ eſſe in-
11 tereſſe. † Item interdictum vti poſ-
ſidetis datur ad intereſſe, & refertur
ad æſtimationem rei, vt l. ſi duo.§.
penulti. ff. vti poſſid. ergo ſequitur
quod æſtimatio rei nõ ſit intereſſe,
cum relatum, & id ad quod refer-
12 tur,ſint diuerſa,ſicut dictũ eſt.†Præ
terea diſponens & diſpoſitum non
compatiũtur ſe ſub eodem genere,
vt.ff.de fundo inſtruct. leg.l.vlt.ſed
communis æſtimatio & cõuenta ſi
excedit communem, diſponit & li-
mitat intereſſe, quod patet,quia nõ
m patitur ipſum excedere duplum [m]
ſui,vt C.de ſenten.quæ pro eo quod
intereſt,l.j.ergo abſurdum eſt dice-
13 re, †quòd communis vel conuenta
æſtimatio rei ſint per ſe diſtinctæ
ſpecies ſub eodem genere cum in-
14 tereſſe ſingulari. † Præterea à quo
remouetur genus & quælibet eius
ſpecies, vt ff. de fundo inſtruct.leg.
l.fundi.§. vlt. ſed ſi conueniat inter
emptorem & venditorẽ, quòd non
agatur de euictione,illa conuentio
operatur quòd intereſſe non peta-
tur:& tamen petitur pretiũ rei con-
uentum. cùm ergo conuentio illa
remoueat petitionem intereſſe, &
non remoueat petitionem pretij,pa
ret quòd pretium conuentum non
eſt ſpecies intereſſe, vt probatur de
act.empti.l.emptorem.§.qui autem.
15 †Oppoſitũ oſtendo ſic, actio legis
Aquiliæ datur ad id quod intereſt,
hoc autẽ intereſſe eſt cõmunis æſti-
matio rei.Primũm patet. ff. de furt.
l.quidam tabularij.§.de lege Aqui-
lia maior quæſtio eſt. Secundo ap-
paret, quia illud intereſſe ad quod
datur actio legis Aquiliæ exponi-
tur in lege.ff.ad leg. Aquil.l.ſi ſeruũ
meum.& dicitur quòd non æſtima-
n tur affectio [n], ſed quanti omnibus
cõmuniter valet:cõmunis ergo æſti

matio rei eſt intereſſe.Item lex dicit
16 quòd ad æſtimationem refertur in
tereſſe, vt ff.de furt.l.qui tabulas. in
prin.Item alibi, ſi legatum eſt mihi
relictum ſub conditione, & petam
tabulas teſtamenti exhiberi, & non
exhibetur, condemnatio ſit ad in-
tereſſe,illud autem refertur ad æſti-
mationem legati ſi agatur pro lega
to.Item hæreditatis, ſi agatur pro
hęreditate,vt ff.de tabul.exhiben.l.
locum. §. condemnatio.Item quòd
intereſſe cõſtituatur in ſuo eſſe per
relationem factam ad æſtimatio-
nem, patet.ff.de furt.l.ſi vendidero.
§. cùm autem. Ex his patet quòd
non eſt vnicum tantum intereſſe.
Item dicitur in l.quòd doli æſtima-
tio ſit non eſt ex eo quod intereſt,
ſed ex eo quòd in litem iuratur. vt
ff.de iudic. l. non à iudice. ſed con-
ſtat in intereſſe iurari, vt l. penult.
ff. de in litem iuran.& de adminiſt.
tutor.l.tutor qui repertorium.ij. re-
ſpon. Ergo neceſſario ſequitur aliã
eſſe ſpeciem intereſſe de qua loqui-
tur l. non à iudice. id eſt, commu-
ne: aliam de qua loquitur.l.penult.
de in litem iuran. id eſt, ſingulare,
17 †Præterea conſtat in litem iurari
ob dolum tantùm:non ob culpam,
vt in l. in actionibus.§.ſed in his o-
mnibus. vt in l.ij in fi. de in litẽ iur.
& tamen iuratur in intereſſe, vt d.l.
penult.Cùm ergo ratione doli,quia
maius eſt delictum, maior ſit æſti-
matio: & ratione culpæ minor,
quia minus delictum:& tamen con
ſtat ratione culpæ ad intereſſe agi,
vt l.ij. §. interdum.ſequitur vlterius
quòd alia ſit æſtimatio doli, & alia
culpæ, & vna maior, & altera mi-
nor:& cum quælibet appelletur in-
tereſſe, quòd non ſit idem ſed di-
uerſum, cùm exceſſus ſit diuerſo-
18 rum, vt dictum eſt. † Præterea con-
ſtat ſtipulationẽ iudicio ſiſti com-
mitti quanti ea res eſt, vt in l. ij. §.

vlti. ff. qui ſatiſd. cogan. & illa ap-
pellatur vera æſtimatio rei, vt in l.
hæc verba. ff. de verbor. ſign. & il-
lud appellatur intereſſe, vt l. vlti. ſi
quis in ius voca. non ierit. & l. quo-
ties. de verbor. oblig. Cùm ergo ve-
ra & communis æſtimatio rei ap-
pelletur intereſſe, & illam conſtat
differre ab æſtimatione ſingulari,
vt ff. de leg. j. l. & ſi æquo. & de leg.
ij. l. ſi cui fundus. ſequitur quod illud
commune differt à ſingulari, & non
ſit idem, ſed per ſe diſtinctum: &
per eundem modum poſſet induci
l. arbitrio. in princip. §. non tamen.
19 ff. de dolo. † Ad euidentiorem in
tellectum huius videndum eſt, an
æſtimatio rei ſit intereſſe, vel æſti-
matio damni, vel lucri in illis caſi-
o bus in quibus habetur ratio lucri [o].
& quòd ſit æſtimatio lucri, non
damni, probatur ſic: quia vbi non
eſt damnum, venit intereſſe: vt pa-
tet in legato ſub conditione reli-
cto. ff. de tabul. exhiben. l. locum. §.
condemnatio. Item ſi peto caueri
pro legato ſub conditione relicto,
& non cauetur, petitur intereſſe. In-
tereſſe autē dicitur æſtimatio eius
quod eſt relictum. Patet ergo quòd
æſtimatio rei eſt intereſſe, vt ff. qui-
bus ex cauſis in poſſeſ. eatur. l. pen.
j. & ij. reſpon. Præterea patet quod
leges dicunt intereſſe referri ad
æſtimationem rei: vt ff. de furtis. l.
qui tabulas. & l. ſi vendidero. §. cùm
p autē. Sed videtur [p] ſecundum Azo.
opinionem poſitam. C. de ſentent.
quæ pro eo quod intereſt. l. vnica.
quòd ſit æſtimatio damni contin-
gentis, & lucri abſentis, argumen.
pro eod. ff. ad Trebellia. l. apud Iul.
in ſi. iij. reſpon. & de hoc notatur in
ſumma Hoſtien. de ſentent. excom.
20 c. ſacro. † Oppoſitum verò, quòd
æſtimatio vel pretium rei non ſit
q intereſſe [q], patet ſic, quia lege caue
tur, quòd in actione furti non qua-
druplatur intereſſe: ſed tantùm pre
tium rei. Patet igitur pretium rei
non eſſe intereſſe, vt ff. de furtis. l.
in furti. Item quia lex dicit quòd
pretium rei venit in intereſſe. ff. de
21 religio. l. liberum. † Conſtat autem
id quod deducitur in alterum, non
eſſe id in quod deducitur: quia ſi
ouis deducitur in gregem, non eſt
grex: ſed in grege continetur. Item
ſi tignum deducatur in domum,
non eſt domus, ſed in domo con-
tinetur. vt ff. de vſucapio. l. eum qui.
& l. rerum mixtura. Item ſi bos de-
ducatur in ſententiam, patet omni-
bus quòd non eſt ſententia: ſed in
ſententia comprehenditur. Verè er-
go concluditur, ſi pretium venit in
intereſſe, quòd non eſt intereſſe.
22 † Item ſi vnum duorum, ſui poteſta-
te comprehendit aliud, comprehen
dens & comprehenſum ſunt diuer-
ſa, vt ecce actus ſui potentia com-
prehēdit iter: vt ff. de nouat. l. ſi pu-
pillus. §. fin. & de verb. obligat. l. qui
vſumfructum. & tamen certum eſt
iter non eſſe actum: ſed ſpeciem
ſeruitutis diſtinctam ab actu, vt ff. ſi
ſeruit. vend. l. loci corpus. § j. & de
adimen. legat. l. j. Item iter compre-
hendit facultatem eundi & agendi:
tamen facultas illa nō eſt iter: quod
patet, quia poteſt eſſe ſine itinere,
vt in l. ſi fundum ſub conditione. §.
qui fundum. ff. de legat. j. & ſi vſuſ-
fructus petatur. l. j. & de vſufru. leg.
l. j. Item actus comprehendit facul-
tatem eundi & agendi: tamen fa-
cultas non eſt actus. Item vſusfru-
ctus comprehēdit facultatem vten
di, fruendi: vt in l. j. de vſufruct. &
tamen facultas illa non eſt vſusfru-
ctus. quod patet: quia eſſe poteſt,
vbi ius vtendi, fruendi non eſt, vt
ff. de iure dotium. l. ſi vſusfructus. &
ſolu. matrim. l. vſufructu. ergo bene
ſequitur amodò, quòd licet æſti-
matio intereſſe comprehēdat æſti-
mation



mationē communem vel conuen-
tam rei, quod ipſa communis vel con-
23 uenta non ſit intereſſe. † Præterea
probatur quòd ſit æſtimatio damni,
& non rei: quia ipſum intereſſe in
condemnationem deducitur: vt ff.
de adminiſtr. tut. l. ſi minoris. & de
24 in litem iuran. l. penult. † Conſtat
autem æſtimationē damni in con-
demnationem deduci: quia vbi po-
teſt verti æſtimatio damni, non rei
ibi ſit condemnatio in intereſſe: vbi
non poteſt, non ſit. ff. ad leg. Aquil.
l. ſi quis teſtamentū. Cùm ergo pro-
batum ſit quod intereſſe in condē-
nationem deducatur. Item quòd
æſtimatio damni: rectè concluditur
quòd intereſſe & æſtimatio damni
r ſunt idem [r]. Item quia lex dicit iu-
rari in litem in intereſſe, vt d. l. pen.
Et alia lex dicit, quòd in iuramen-
to in litem deducitur æſtimatio in
quantitate conſiſtens: vt in l. videa-
mus. §. ſi tamen. & §. ſed an iudex. ff.
de in litem iur. Sic ergo patet, ex
hoc & præcedenti, quòd inter-
eſſe eſt æſtimatio damni in quanti-
tate conſiſtens. Item quia lege ca-
uetur quòd legis Aquiliæ actio da-
tur ad intereſſe: & alia lex dicit,
quòd per legem Aquiliam conſe-
quimur damnum, & damni æſtima-
tionē: ergo euidenter apparet, quòd
æſtimatio damni eſt intereſſe. Item
pone quòd ſtipulor mihi rem tradi
vel præſtari non præcedente con-
tractu, de cuius natura debeat trāſ-
ferri dominium vel poſſeſſio. Cer-
tum eſt, quòd ſi non tradatur vel
præſtetur, quòd non æſtimatur pro-
prietas, nec poſſeſſio: ſed illud ſo-
lùm quod mihi abeſt, quia res tra-
dita vel præſtita non fuit. & illud
appellatur intereſſe. ff. de verb. obli.
l. ſi fundum certa die præſtari. & l.
ſi rem tradi. Item pone, quòd rem,
quæ valebat centum, & erat obli-
gata pro decem, ſtipulor liberari.
quia non fuit liberata agam ad in-
tereſſe. illud autē dicitur quod mihi
abeſt: vnde ſi decem ſolùm mihi
abſunt, quia illa ſolui, & habeo
rem, patet quòd pretium rei non eſt
intereſſe, ſed æſtimatio eius quod
mihi abeſt: quia non ſit quod fieri
debuit, vel ſit quod fieri nō debuit,
vel non fieri conuenit. Item ſi ſti-
pulor mihi ſatiſdari pro centum, ſi
non ſatiſdatur, peto intereſſe: illud
autem aliquando æquipollet quan-
titati pro qua ſatiſdandum eſt, ali-
quando ab ea exceditur. vt ff. de
verb. oblig. l. ſi quis ſtipulatus. §. vlt.
& de re iudic. l. ſi quis ab alio. in
princ. per hoc patet, quòd intereſſe
non eſt idem quòd æſtimatio rei:
ſed diuerſum, quia in diuerſis non
in eodem inuenitur æqualitas & ex
25 ceſſus. † Ad hanc quæſtionem [s] di-
s co, quod æſtimatio rei conuenta,
communis, & ſingularis non eſt in-
tereſſe; licet veniat in intereſſe com
muniter vel ſingulariter æſtiman-
do: & hoc oſtendo ſic, Lex dicit,
quòd hæc verba, quanti eam rem
eſſe, non ad id quod intereſt, ſed
ad rei æſtimationem referuntur. ff.
de verbor. ſignific. l. hæc verba. ſe-
cundū leges enim indefinita æqui-
t pollet vniuerſali [t], vt ff. de legat. ij.
l. ſi pluribus. & ff. de legat. iij. l. hoc
legatum. & l. ſi plures. & de rebus
dubiis. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum.
Cùm ergo indefinitè dicat, quòd
non ad id quod intereſt, intelli-
gam vniuerſaliter, quòd ſufficit ad
æſtimationem, &c. vt ſic primum
comprehendat omnem ſpeciem
intereſſe: ſecundum omnem ſpe-
ciem æſtimationis. hoc idem ſci-
licet quòd rei æſtimatio non ſit
intereſſe, patet. ff. de tute. & ratio
diſtrahend. l. j. §. conſiderandum.
26 † Nunc redeo ad primum, nun-
quid eſt vnum intereſſe, vel tri-
v plex [v], & dico quòd cùm dam-

num poſſit æſtimari ſingulariter, vt
ff. de bo. liber. l. libertus qui ſoluen-
do. & ſi quid in fraud. patr. l. j. §. &
alias. Item & communiter. vt l. ſi
ſeruum meum. ff. ad leg. Aquil. i bi
dum dicit, quanti omnibus &c. Itē
ex conuentione: quia procedere po
teſt conuentio ſuper dubia futura
æſtimatione dāni, vt ff. rem ratam
hab. l. procurator ad exhibendum.
27 §. fin. & de præto. ſtip. l. fin. †Et hoc
appello conuentum, id eſt conuen-
tione æſtimatum & limitatum, &
hoc poteſt excedere ſingulare &
commune, & ab eis excedi: ergo nō
eſt idem; cùm exceſſus ſit diuerſo-
rum, ſed eſt per ſe diſtincta ſpecies
intereſſe. aſſumendo enim nouam
formam, per hoc quod ex conuen-
tione additur vel detrahitur, non
remanet in ſingulari vel communi:
ſed aſſumit ſpeciem nouam, & ap-
pellatur conuentum, vt dicitur in
ſtipulatione prætoria, quæ per im-
mutationem extra formam præto-
riæ nouam ſpeciem aſſumit, & ap-
pellatur cōuentionalis: vt ff. de ver.
oblig. l. in conuentionalibus. Item
& per eundem modum conſtitui-
tur noua ſpecies iuris: vt ff. de iuſt.
& iure. l. ius ciuile. ergo & noua ſpe
cies intereſſe. non ergo dico quòd
pretium rei conuentum ſit intereſſe
conuētum, nec quòd commune ſit
intereſſe commune, nec quòd æſti-
matio ſingularis ſit intereſſe ſingu-
lare: ſed dico quòd damnum ſingu-
lariter æſtimatum, eſt intereſſe ſin-
gulare, & æſtimatū cōmuniter eſt
commune, & æſtimatū ex conuen-
tione, eſt intereſſe conuētum, & ſic
28 triplex. †Et ſecundū hoc ad ar. pri-
mum patet reſponſio, & concedo
quòd commune vel conuentū pre-
tium non eſt intereſſe, licet in æſti-
matione intereſſe deducatur, vt di-
ctū eſt. Item & ſi teneres opinionem
aliam quod pretiū rei ſit intereſſe,
nihilominus patet reſponſio, quia
verum eſt non idem eſſe id à quo
& ex quo exceditur, ſcilicet nume-
ro, tamen aliter ipſum vel idem
genere, diuerſum ſpecie eſſe po-
teſt, vt ecce ſi dicam, Martinus
non excedit ſeipſum, ſed Marti-
nus bene poteſt excedere Petrum,
& ab eo excedi. Secundum conce-
do, in eo quod dicit, intereſſe cōſti-
tuitur per relationē ad perſonam,
x ſed ſubiungo[x] quòd perſona poteſt
duobus modis intelligi, ſcilicet ſin-
gulariter & communiter: relatum
ergo ad perſonam ſingulariter di-
citur ſingulare, & relatum ad perſo
nam communiter, diceretur com-
29 mune. †Quòd autem relatio inter
eſſe poſſit fieri cōmuniter ad per-
ſonam, patet per illud, quòd lex
Aquil. ad intereſſe datur: illud autē
refertur ad id quanti omnibus, vt
d. §. de lege Aquil. maior quæſtio
eſt. & d. l. ſi ſeruum meum. Tertium
& quartum concedo, quia probant,
quòd æſtimatio rei nō ſit intereſſe.
Ad quintum eodem modo reſpon-
deo, quia concedo quòd æſtimatio
rei non eſt diſtincta ſpecies intereſ
ſe, vt probatum eſt, & ideo non eſt
ſub eodē genere cum intereſſe ſin-
30 gulari. † Item nocet mora quan-
tum ad cauſarum æſtimationem
tam ex parte actoris quàm ex parte
rei: ſi enim iudex cum cauſæ cogni-
tione ſtatuat tempus actori intra
quod agat, vel reo intra quod exce
ptiones opponat, repellitur poſt il-
31 lud tempus, †quaſi lapſus temporis
tacitam renunciationem inducat,
vt ff. de hæred. inſtit. l. ſi quis inſti-
tuatur. §. item ſi conditioni. & qui
accuſ. non poſſunt. l. ſi ea, & dixi ple
nè ſuprà eod. c. indultum. Sed oppo
nitur & videtur etiam quod ſua mo
32 ra nocet alicui: †cōſtat enim quod
mora rei principalis nocet fideiuſ-
y ſori,[y] vt ff. de verb. oblig. l. mora
rei



rei. & l. ſi ſeruum. §. nunc videamus,
33 & de fideiuſ. l. ſi à colono. §. j †Item
mora vnius de duobus reis deben-
di nocet alij, quando ſunt ſocij, vt
z ff. de duobus reis. l. penultima.[z] ſed
quando non eſſent ſocij, non no-
cet. vt de vſur. l. mora. §. vlt. ſed ſibi
imputare debet quòd fuit in culpa
alterius obligationem ſuſcipiendo.
Item caſualia in obligationem par
ticipando, cogitare debuit quod po
terat euenire: vt ff. de condic. inde-
bit. l. indebit. & loca. l. ſi quis fun-
dum. Dyn.

ADDITIO.

a L. ſi ex legati cauſa. Adde quando
debitor teneatur de interitu rei de-
bitæ in ſpecie vel in genere, poſt
moram vel ante, Bart. in l. in naue
Saupheij. ff. loca. & in l. ſi ex legati
cauſa. & ibi Bald. Ang. Imo. Paul. de
Caſt. Alexan. & Lud. Bolog. in l. j. ff.
de verb. oblig. & Cyn. Bald. & Saly.
in l. incendium. C. ſi cer. pe. & Alex.
in l. Stichus. col. ij. de verb. oblig. &
Bal. & Lud. Bolog. in l. ſi ipſa res. ff.
quod metus cau. vbi ponunt, quòd
ſi in locum rei peremptæ ſubroge-
tur alia ſpecies, debitor non libera-
tur etiam ante moram. & adde Bar.
Bal. & ſing. Alexan. in l. quod te. ff. ſi
certum pet. & Lud. Bolo. in l. is qui.
de act. & oblig. in primis interpret.
& in l. ſi cum exceptione. §. quate-
nus. ff. quod metus cauſa. vbi dicit,
quòd ſi res pereat infra tēpus quod
datur iudicatis, quando debitor eſt
condemnatus, purgatur prima mo-
ra, adeò quod liberatur debitor. &
adde deciſ. Parlament. Delphin. q.
ccccxcvij.
b ¶ Tenetur. Adde quo tempore de-
bentur fructus & intereſſe in con-
tractibus bonæ fidei & ſtricti iuris,
Bar. Ang. Imo. Pau. de Caſt. Alexan.
in l. ſi filius. §. cum fundum. ff. de
verb. oblig. & Bal. in l. ſi quis bono-
rum. ff. de leg. j. & in l. fructus. C. de
act. empt. & Doc. in l. vinū. ff. ſi cer.
pet. & Bart. & ſequaces in l. videa-
mus. ij. §. ſi actionem. ff. de vſur. &
ibi Bal. & Fran. Aret. in conſil. ix. &
quæ ſit ratio differentiæ inter con-
tractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, &
quare fructus nō veniūt iure actio-
nis, vide Bald. & ibi Alex. in addi. in
l. j. in vlt. q. C. de vſur. & fruct. leg. &
Ioan. Fab. & Angel. Aret. col. iiij. in
prin. verſi. in eadem glo. & ibi Iaſo.
col. ix. poſt prin. in §. actionum. in-
ſti. de act. & Alex. & Mod. in l. ſi ma
rito. §. fi. ff. ſol. matr. & quod not. in
l. iiij. C. depoſit. & Mattheſil. notab.
xcj. ſol. xxvj. col. ij. verſic. not. gloſſ.
ſingu. & per Imol. c. fi. de loc & con-
duc. & Alex. conſil. ccix. col. j. volu.
iij. tu bene ſcis, quòd ſi debitor vini
vel frumenti eſt in mora, inſpicitur
æſtimatio quamplurimi proueniēs
à tempore moræ, vt d. l. vinum. &
ibi omnes. Doct. Quid econtrà ſi cre
ditor fuit in mora recipiendi: dic
quòd à tempore illius moræ inſpi-
citur æſtimatio quāti minimi. iſtud
eſt ſing. dictum Bald. in l. ſi hominē.
per illū tex. ff. manda. & tenet Fran-
ciſ. de Crema. ſing. xciiij.
c ¶ Sapit. Eſt tamen ſtricti iuris, licet
in quibuſdam ſapiat naturā actio-
num bonæ fidei, vt tenet Iaſo. in §.
actionum. col. ij. verſic. ij. principali-
ter. Inſti. de actio. F. C.
d ¶ Conteſtatæ. Non aliàs ſcilicet vt
ipſius iudicij ſtricti iuris, ſed bene
veniunt, & peti poſſunt vt intereſſe
quantum intereſt moram non eſſe
factam. l. ſi fundum certa die. ff. de
verbor. obligat. vt dixi in extricat.
labyrinthi de eo quod intereſt. nu-
me. 236. 239. & 247. G. M.
e ¶ Poteſt. Adde Boet. alleg. in j. ad-
dit. & Bal. & Bolog. in l. curabit. C.
de act. empt. & Doct. maximè Inno.
in c. plures de vſur. & c. ij. de fide-
iuſſ. F. C.
f ¶ Obligatione. Adde an intereſſe

ſit in obligatione vt poſſit peti per libellum iure actionis, Barto. poſt Dy. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in x. & xj. opp. ff. de verb. oblig. & Cyn. & Bart. in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo. quod inter. in iiij. q. princip. col. x. qui dicunt Dyn. hîc. & in d. l. ſtipulationes. dicere veritatem. & Spec. tit. de fruct. & intereſſe. §. viſo. verſ. qualiter. & ver. quomodo. & ver. ſequ. & in tit. de ſen. §. qualiter. verſi debet. cum ſeq. & Io. Fab. Ang. Aret. col. vj. ver. in ea glo. & ibi Iaſ. col. pen. in §. curare. inſtitu. de act. & Franc. de Aret. in conſi. lxxxiij. & Io. Andr. in addit. Spec. in tit. de fruct. & Bar. Bal. & Alex. l. certi condictio. in princip. colum. iiij. & ſeq. ff. ſi cer. pet. & quæ not. Bald. in conſi. clj. in fin. vol. iiij. & Bald. in l. ſi traditio. in iiij. q. C. de act. empt. & omnino vide in l. j. ff. de action. emp. per Bar. & Doctor. Abb. in conſil. vij vol. ij. & an intereſſe poſſit peti ratione lucri ceſſantis, vide quæ dixi ſuprà in proœm. fol. j. & text. & ibi Bar. in l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. & ibi Alex. in addit. & Bar. in l. iij. §. fin. ff. quod cer. loc. & Cyn. Bar. Bald. & Salyc. in d. l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo. & Abb. in c. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. & in conſi. lxiij. col. v. in princip. lib. j. & Bald. & Ludou. Bologn. in d. l. iiij. §. fin. in ſecundis interpret. ff. de eo quod cer. loc. & Alex. conſi. cxlj. col. j. & ij. vol. v. & Abb. & Fely. in c. cum venerabilis. col. iij. ante medium. & col. ſequ. & de excep. & Inno. & doct. in cap. ſacro. de ſenten. excommuni. & Abb. in cap. conqueſtus. de vſur. & in ca. dilecti. de foro compe. & in ca. pen. col. j. de offic. deleg. & j̃. latius per Dyn. verſic. ad euidentiorem intellectum. & Signor. de Homod. in repet. l ſi inſulam. quæſtio. j. & ij. ff. de verbo. oblig. columna iij. & Franc. Aret. in conſil. clvij.

g ¶ Scilicet ſucceſſiuum. Hæc verba, ſcilicet ſucceſſiuum, vt ire Romam, vel foſſam facere, vel domum. additio ſunt: vel ſuperuacuus eſt verſicu. qui paulò pòſt ſequitur, quidā intelligunt &c. & certè nec verba iſta, nec is verſicu. vſque ad verſic. an autem intereſſe. in nullo veteri exemplari ex his quæ ego habeo, inueniuntur. F. G.

h ¶ Quidam. Illud, & quod ſequitur vſque ibi, an autem intereſſe. excluſiuè deficiebat in aliis & veteribus, & nouis exemplaribus, quod reſtitui ex lib. vetuſto do. Nicolai Molæi Senatoris Pariſ. C. M.

i ¶ Ratio diuerſitatis. De ratione diuerſitatis vide remiſſiue Iaſo. in §. actionum. col. viij. verſi. in ead. gloſ. ibi ſecus. Inſtit. de actio. & ibidem limitat illud, quod dicitur neminē poſſe cogi præcisè ad factum, vt nō procedat quoties interueniſſet iuramentum: nec in vltimis voluntatibus, nec in ſententiis.

k ¶ Vnicum. hæc eſt veritas, vt tenēt Iacob. de Rauen. col. ij. & iij. Iacob. Butrig. col. iij. & Salic. col. xv. in l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, profer. vbi latè dixi in extrica. labyr. nu. 33. cum ſequ. quicquid dicat Dyn. hîc, verſ. nunc redeo ad primum. & verſic. ex his patet. licèt eum ſecuta ſit hactenus communis ſchola. C. M.

l ¶ Teſtamentum. Adde, quòd diuerſitas eſt inter teſtamentum & codicillos etiam in effectu, vt in iuribus hîc per Dyn. alleg. tamen largè appellatione teſtamenti veniunt codicil. vt not. gl. Doct. in l. ij. verſ. perſonales. & ibi Bald. C. communia de legat. & gloſſ. in l. fin. verſic. agnationis. & Alexan. in l. ſi idem. in ſua lect. & in addit. ad Bald. & in d. l. ij. C. de codic.

Adde, quòd hoc eſt verum, quòd appellatione teſtamenti, veniat codicillus in larga eius ſignificatione quemadmodum & appellatione, ibi vltimæ voluntatis, ſcilicet inquantum debet fieri cum eadem ſolennitate, quæ requiritur in vltimis voluntatibus, & Bald. in l. hac conſultiſſima. colum. iij. verſi. item dicitur hîc. C. qui teſtamen. fac. poſſunt. & Bart. omnino in l. ij. ver. quæro ſtatutum prohibet. ff. de leg. j.



m ¶ Duplum. Adde vſque ad quam quantitatem intereſſe poteſt aſcendere, gloſſ. in verbo, dupli. in d. l. j. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. & ibi Cyn. in iiij. quæſt. prin. & Barto. in iiij. quæſt. & Bal. col. iiij. & Dyn. Ioan. Fab. Ang. Aret. & Iaſ. in §. omnes autem actiones. col. ij. inſtit. de act. & Angel. & Salyc. in d. l. vni. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. & vide Dyn. & quæ ibi dico verſi. oppo. j̃. eod.

n ¶ Affectio. Adde quòd valor, ſeu æſtimatio rerum nō ex affectione, ſed communi & vniuerſali appretiatione conſtituitur, vt l pretia rerum. §. fin. & ibi Bart. Angel. & vterque Imol. ad l. Falc. de qua materia & quomodo probetur, & qualiter in iudiciis deducatur, vide ibi, & gl. & latè Bart. & Bal. in l. ij. C. de reſcind. vend. & Bar. in ſuo conſil. c. & in l. j. §. ſi hæres. & ibi Ioan. de Imol. & alij ſcrib. ff. ad Trebel. & Ant. & Imol. in ca. pen. de empt. & vend. & ibi Doc. maximè per Abb. & Felyn. in cap. cum cauſam. in ij. de teſta. & Ang. Aret. ad ſaturitatē in §. ſi quis agens. & Iaſ. in §. plus. de act. & Flo. de ſancto Petro in d. l. ſi ſeruum meum. & gloſſ. & Ana. in cap. in ciuitate. in x. col. de vſu. & gl. in c. hoc ius porrectum. x. quæſtio. ij. & Alexand. conſil. xcij. circa medium. iiij. columna, volum. v. & vide text. ſingul. in l. ſi in emptionem. & ibi Bald. ff. de minoribus. vbi intereſſe affectionis attenditur, quod eſt mirabile ſecundum gloſſ. ibi.

o ¶ Lucri. Adde quòd hodie non habetur ratio lucri indiſtinctè: ſed diſtinguitur ſicut olim, reprobata opinio. gloſſ. in d. l. j. de ſent. quæ pro eod. & tenet Dyn. in l. Proculus. & ſeq. ff. de damno infec. & Bart. in l. ſi quis vxori. §. penul. per illum tex. & gl. ff. de fur. vide Doct. in d. l. vnica. & not. ſ. in v. addit. magna.

p ¶ Sed videtur. Hæc clauſula vſque ad verſic. oppoſitum verò. reſtituta fuit ex præfato lib. do. Molæi. C. M. Sed mea quidem ſententia inſeri non debebat, cùm in codicibus manuſcriptis non inueniatur, & arbitror potius gloſſema quodpiam fuiſſe, quod in margine repertum temere in contextum Dyn. tranſlatum eſt.

q ¶ Intereſſe. Adde an in furto & maleficiis intereſſe poſſit excedere duplum, Bar. in l. in furti. in princ. ff. de fur. & in l. vnica. C. de ſen. quæ pro eo quod. vt ſuprà tractatum eſt. & quid in foro conſcientiæ, vide Deci. in c. j. in j. lect. col. vij. verſic. quinta concluſio. de conſt.

Adde quid in foro conſcientiæ, an poſſit pœna duplicata, vel quadruplicata peti vltra ſortem principalem. & conclude quòd non. per glo. ſing. in c. fraternitatis. ij. q. ij. quam ad hoc reputat ſing. Panor. in c. Raynaldus. & ibi poſui in apoſt. ad eam de teſta. & facit de ea magnum feſtum idem Pan. in c. ſi egreſſus. de iniur. Bal. in prop. terminis in l. poſt deſertionem. nu. 4. quod ibi ſignaui in apoſt. ad ipſum. in ver. in for. cōſcien. C. de fur. vbi alleg. gl. dicentē, quòd fur in foro cōſciē. nō tenetur niſi ad reſtitutionē rei furtiuæ, & illā allegādo & Bal. Ro. in repe. rubr. de arbit. dicit quòd pœnæ dupli & quadrupli ob furtū à iure ciuili inductæ de iure canon. non habent

locum nec poſſunt pēti.

r ¶ Sint idem. Tu conclude breuiter quòd intereſſe dicitur ęſtimatio vel pecunia numerata quæ ſuccedit loco cuiuſque rei, ſi non detur: vel facti, ſi non fiat vt debet, vt not. in l. ſi quis ab alio. ff. de re iudic. & Specul. omnino in tit. de fruct. & intereſſe. §. iij. in princip. dixi in addit. ad Bald. in l. ſed & loci. in princip. ff. fin. regund. Adde quòd diffinitionem intereſſe ponit eleganter Iuriſconſul. in l. ſi commiſſa. ff. rem rat. habere.

s ¶ Quæſtionem dico. Hæc veritas: quia in hac materia intereſſe dicitur reſpectiuè, ad differentiam principalis: & ſic aliud eſt ab eo, & eius æſtimatione, vel cauſa, ſeu naturali ſequela: vt docui in extricatione labyrint. de eo quod intereſt. nume. 8. 9. & per tot. Sed caue, quia Dyn. hîc, more aliorum, mox ſibi contradicit ibi, licèt veniat. quia ſemper ſunt diſtincta, ſicut ſors & vſura: principale & pœna: vt dilucidè oſtēdi in d. tractatu, quo non eſt alius in iure, in quo doct. aduſque magis ſeſe intricauerint. C. M.

t ¶ Vniuerſali. Adde Dyn. ẜ. in prooemio. nu. 5. cum ſeq. F. C.

v ¶ Vnum intereſſe vel triplex. Tu dic quòd eſt triplex, ſcilicet commune, cōuētionale & ſingulare, ita not. gl. Bar. & Doc. in l. j C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, propter. glo. in l. j. ff. de act. emp. Inn. in c. cum eccleſia. de excep. & Spe. in tit. de fruc. & intereſſe. §. iiij. licet Iac. de Rau. teneat ꝙ ſit vnicū tantum. & probatur quaſi per omnes rationes & iura, quæ Dy. hîc. ẜ. in prima parte adducit. & idē Iac. Butr. ſed Cy. & Bar. in l. vnica. in ij. q. ambo tenēt opi. Dy. & gl. quòd eſt triplex. & ibi Bart. in princ. ſequitur eos. & in l. traditio. in iiij. q. C. de act. empt. & in hoc quod dicit Dyn. hîc, & in præce. col. ꝙ pretium rei nō eſt intereſſe cōuētum, vel pretiū cōmune, vel ſingulare, vt tenet gl. in d. l. vnica & ibi Bald. in princ. & in l. j. C. de iis qui à non domino. ſed intereſſe æſtimatū ſingulariter eſt ſingulare, & intereſſe æſtimatum cōmuniter eſt commune intereſſe, & intereſſe æſtimatum conuētione partium, eſt intereſſe conuentum, ſequuntur Cyn. & Bart. contra Bald. & gl. Et adde Bar. in l. ſi. ff. de præto. ſtip. in ſi. & Inno. in c. ſacro. col. iij. de ſentent. excommu.

x ¶ Subiungo. Multum olim laboraui in defendenda & fulcienda communi diuiſione: ſed eo magis eam falſam & inutilem inueni. vnicum eſt ergo intereſſe extra rem: modò propinquum, modò remotum, modò lucri, modò damni vt dixi in tractatu de eo quod intereſt. nume. 12. 16. & 17. C. M.

y ¶ Fideiuſſori. Adde Bar. Paul. de Ca. & Alex. in l. mora. hîc alleg. & limita quòd mora rei non nocet fideiuſſori, quādo poſt factam oblationem per fideiuſſorē reus eſt in mora, vt eſt text. ſingul. & non alibi ſecundum Bar. in d. l. mora. hîc alleg. & ita tenet Mat. de Mattheſi. in ſuis notabilibus. fol. vlt. col. j. in princ. Adde quòd voluit allegare Matthe. not. clxxv. incip. not. quòd mora nocet fideiuſſori. & licet Ang. in alle. l. mora. ſecus ſenſiſſe viſus fuerit, tamen non recedas ab opin. huius hîc quam poſuit in d. l. mora. & ibi poſui in addi. ad ipſum. in ver. fideiuſ. & ibi Raph. Imol. Paul. de Caſt. Are. Alex. & communiter omnes.

z ¶ L. penult. Adde Bar. in l. penult. ff. de duobus reis. & latius in l. ex duobus. eod. tit. col. ix. verſi. xj. quæro. & Paulus de Caſtr. in l. mora rei. ff. de verborum obligatio. & Bart. in authent. hoc ita. C. de duob. reis. vltim. chart. colum. iiij. quæſt. xj. qui refert & ſequitur Dyn. hîc.

In reg.



## In reg. Ea, quæ.

### Argumenta.

1 *Iudex ſecularis non poteſt in cauſa clerici ſententiam ferre.*

2 *Sententia contra non ſubditum lata non valet.*

3 *Sentētia tempore feriarum, neutra partium conſentiēte lata, eſt nulla.*

4 *Proceſſus factus intra tempus dilationis nullius eſt momenti.*

5 *Tutoris non ſubiecti datio, vel facta pupillo non ſubiecto, nulla eſt.*

6 *Citatus ad non ſuum iudicem comparere tenetur.*

7 *Factum à iudice quando teneat.*

### REGVLA XXVI.

EA, QVAE fiunt à iudice, ſi ad eius non ſpectant officiū, viribus nō ſubſiſtunt.

1 † ¶ VT ſi iudex laicus condemnat aliquem quem cōſtat clericum eſſe, & non de iuriſdictione ſua: nā
2 non valet ipſo iure ſentētia. † Item ſi iudex laicus condemnat aliquem laicum quem conſtat non eſſe de iuriſdictione iudicantis: tunc non valet ſententia. quia à non competenti iudice lata. vt C. de decurio. l. duumuirum. & ſi non à compe. iu-
a di. l. j. [a] & per totum, maximè in l. ſi. & ff. de iuriſdi. om. iudic. l. vlt. & de offi. præfect. vrb. l. vlt. & de iniuſto rup. teſt. l. ſi quis filio exhæredato. §. quod ſi quis. & de pœ. l. ij. §. ſi.
3 † Item pone quòd iudex proceſſit tempore feriarum vtraque parte non conſentiente: nam non valet
b ipſo iure ſententia, [b] vt ff. de feriis.
4 l. j. §. ſin verò. † vel quia dilatione conceſſa proceſſit infra tempus dilationis. nam non valet proceſſus,
c vt C. de dilat. l. ſiue pars. [c] † vel
5 quòd dedit tutorem aliquem ſibi non ſubiectum; vel alicui pupil-
d lo [d] ſibi non ſubiecto: nam non tenet datio ipſo iure: vt ff. de excu. tut. l. ſcire oportet. §. fin. & de tut. & cur. dat. ab iis. l. ius dandi. Sed opponitur & videtur quòd etiam ſi faciat illud, quod non pertinet ad
6 eius officium, valeat. † Nam ſi citet aliquem ſuæ iuriſdictioni non ſubiectum, neceſſe habet comparere: & ſi non comparet, poteſt puniri vt contumax: vt ff. ſi quis in ius
e voc. non ierit. l. ij. [e] & de iudi. l. ſi
7 quis ex aliena. Sed dic † quòd aut conſtat actum ſpectare ad officium facientis: aut conſtat non ſpectare, aut dubitatur. Primo caſu factum valet etiam ſi iniquè decernat, vt ff. de iuſt. & iure. l. pen. & de re iud. l. præſes. & l. cum prolatis. Secundo caſu factum ipſo iure non valet, vt hîc & ff. eod. l. factum. & de re iud. l. contumacia. §. contumaces. Tertio caſu valet ratione dubitationis, vt d. l. ij. & l. ſi quis ex aliena. & ad muni. l. de iure, debet ergo intelligi regula, quādo conſtat ea, quæ facta ſunt, nō ſpectare ad officiū faciētis.

### ADDITIO.

a L. j. Adde Bart. & Bald. ibi in col. iiij vbi dicit Bald. quòd circa incompetētiam iudicis ſunt quinque conſideranda, ſcilicet perſona, vt l. ij. eod. tit. res, vt d. l. j. hîc alleg. Item cauſa, vt l. ſi de proprietate. eo. tit. Et tempus, vt ff. de iuriſ. om. iud. l. eum qui. item & locus. vt l. extra territorium. de iuriſd. omnium iud. & vide Bal. in conſi. ccxlj. lib. j. Et not. quòd ſentētia lata à non ſuo iudice non poteſt ratificari, vt no. Bal. conſi. ccxcix. in fin. ver. & dico. lib. j. & vide eum in l. ij. C. cōm. vtriuſque iud. & quæ dicam in vlt. addit. j. eod.

Adde quod ait Bart. in l. ſi per errorem. per illū text. ibi. nihil valebit quod actum eſt: de iuriſd. omni. iudi. quòd aduocatus vel procurator

rei

rei coram incompetẽti iudice conuenti, non opponat except. incompetẽtiæ, quia hoc modo eſſet ſtatuere actorem vt reum coram competenti iudice conueniret, ſed patiatur proceſſum fieri: quia quandocunque, exceptio incompetẽtiæ poteſt opponi, vt not. in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. & hanc cautelam refert & ſequitur Gerardus de Petra ſancta ſing. ij. incip. no. pulchram cautelam, quæ licet ſit quandoque vtilis, ab illa tamen in foro pœniten. Cyn. in l. vnica. C. vt quæ deſunt aduoc. dicit eſſe abſtinendum.

b ¶Sententia. Adde quòd licet iudex ſit quo ad exercitium iuriſdictionis incompetens tempore feriato in honorem Dei: tamen ſuſpectum de fuga iudex poteſt capi facere tempore feriato, vt eſt gloſſ. ſing. in l. fin. C. de feriis. & tenet Ludou. de Roma in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de nou. oper. nuntiatio. & Bald. & ibi Alexan. in addit. & Bart. in d. l. fin. de feriis. & Bald. in tract. ſuo de carcerib. verb. principaliter. & pulchrè Felyn. in c. vi. col. vij. ver. propter periculum. de iudi. & in c. pen. col. ij. ad fin. de conſtit. & in c. de cætero. col. iiij. ad fin. de re iud. & c. cum inter. col. x. verſic. limitat ſecundo de except. & Alexand. in l. ij. col. j. in fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Quia etiam priuatæ perſonæ licitum eſt propria authoritate capere debitorem de fuga ſuſpectum. vt l. ait prętor. §. ſi debitorem. & ibi Bar. & Alexand. in addit. ff. de iis quæ in fraud. cred. gloſſ. Ioann. Fab. Angel. Aret. & Iaſ. de May. inſtit. de act. in princ. & Ioan. Bapt. in tract. ſuo de debit. ſuſpect. & fugit. & quod not. Abb. in c. quod ad conſultationem. de re iudic. & Andr. Barb. in rubr. de pign. vbi dicit quod licet ſit permiſſum creditori debitorem fugitiuum capere: tamen clericum debitorem nõ poteſt capere, per plures rationes per eum alleg. nec etiam capere laicum, ſi de eodem habet pignus. quod not. quia ſecundum eum poteſt afferre lac & lanam. & vide Iaſ. in §. ſed hæc quidem. col. iiij. inſtit. de action.

¶Ego puto dictum Andr. Sicul. vulgò Barb. appellati: non eſſe indubitabile inquantum dicit laicum debitorem non poſſe capere clericum ſuum creditorẽ de fuga ſuſpectum ſignanter, quando periculum eſt in mora. nam contra eum tenuit eius conſiculus Panorm. in c. cum non ab homine. num. x. & ibi in apoſtil. tam antiq. quàm meis, de iudic. & ibi ante eum tenuit Bald. in iij. col. & in c. delictis. col. v. de appel. & dixi omnino in apoſtil. ad Lanfranc. in c. quoniam contra falſam. §. recuſationes. num. iij. verſic. requiritur ergo in apoſtil. magna. in verſ. quia forenſis. de probat.

c ¶L. ſiue pars. Adde ibi Cyn. Bartol. Bald. Salic. & Doct. Moder. & quæ ſ. dixi poſt Dyn. in regu. decet. in additio ij. Angel. Aret. in §. ſi minus. colum. viij. de act. Et dic quòd licet pendente dilatione officium iudicis conquieſcat, hoc fallit reſpectu tertij, vt not. Bald. & Imol. in l. ſi quis filio exhæredato. ff. de iniuſto rupt. teſta. per text. in l. creditor. ff. manda. & tenet Felyn. in c. ſuper eo. in princ. de offi. deleg.

d ¶Pupillo. Adde Alexã. in l. fin. ff. de iuriſd. omnium iudic. & Bart. in l. etiam. de tutel. & in l. legitimos. col. ij. ff. de legi. tutorib. & Ioann. Fab. Aret. & Iaſ. ibi in addit. ad Chriſtoph. Porc. inſtit. de author. tut. §. ſed hoc iure.

e ¶L. ij. Adde ibi Bart. Paul. & Alex. Innoc. in cap. prætereа. de dilat. & Alexand. in addit. ad Bar. in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. & Ant. Corſet. in ſuis ſingul. in verbo, iuriſdictio. vbi ponit octo limitationes addit. in l. ij. & l. ſi quis ex aliena. videlicet an iudex poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. & quòd quis teneatur comparere, adde Ang. Peruſ. in d. l. ij. & pulchrè Abb. & inſuper Felyn. col. xj. verſic. an ſua ſit iuriſd. in c. ſuper literis. de reſcrip. vbi ampliat regulam tribus modis. & ponit ciiij. fal. & vide Alexan. conſil. j. volum. v. & Abb. & Felyn. in c. ex parte Decani. col. iij. verſi. inquantum. Abb. de reſcript. & Dyn. in regul. quòd quis in fi. & mag. Gul. de Monferrat. in cõmen. ſuo ſuper Pragmat. Sanct. in prima parte fol. 16. & Ang. in conſil. cxcv. Franc. de Aret. in conſil. cxvj. incip. clariſſimè domine. Et vtrũ debeat præmitti ſummaria cognitio, an locus, vel quis ſit de iuriſdict. citantis, & debeat primo pronuntiari ſuper hoc communiter Doct. in d. c. ſuper literis. concludunt quòd ſic, licet Bartol. in d. l. ij. ſi quis in ius voc. non ierit. teneat contrarium, & multi eum ſequuntur. vbi Alex. ponit ad ſaturitatem: & Felyn. in c. ſi clericus laicum. col. ij. verſic. prima concluſio de foro compet. vbi dicit communẽ opin. eſſe contra Bar. & ſeq. vide gloſ. Bald. & Card. Alex. in c. j. in princ. de inueſtit. in maritum fac. & ibi Andr. Bar. in addi. ad Bald. qui dicunt gloſſ. ibi non eſſe pro communi opin. alibi tamen deciſ. Capel. Tholoſ. ccx. tenet opin. Bart. non recedas à communi opin. quæ in curiis eccleſiaſticis ſeruatur. ſed in curiis ſecularibus opin. Bartoli ſeruatur.



## In reg. Scienti.

## Argumenta.

1 *Dolus ſcienti & conſentienti non fit ſicut nec iniuria.*

2 *Vendens hominem liberum volentem, nõ tenetur actione iniuriarũ.*

3 *Detinens volẽtem non tenetur interdicto de libero homi. exhibendo.*

4 *Rapiens virginem volentem, an teneatur.*

5 *Deceptus pro nolẽte eſt reputãdus.*

6 *Perſuaſio plus eſt quàm violenta coactio.*

7 *Scientia interueniens quando minuat obligationem.*

8 *Cõpromittentes an poßint petere reductionem ad arbitrium boni viri, ſi promiſerint ſe non petituros.*

9 *Pactum de non agendo ad depoſitum valet.*

10 *Pactum quo quis ad delinquendũ inuitatur non valet.*

11 *Pactum ſub pœna ne quicquam fiat, continet tacitè aliquid pactũ, vt non committatur pœna, ſi altera pars non faciat quam iure facere tenetur.*

12 *Pater promittens filium ſe non exhæredaturũ appoſita etiam pœna, exhæredare poterit demeritum.*

13 *Pactũ de non reducendo ad arbitriũ boni viri, eſt à iure reprobatũ.*

14 *Pactum à iure communi reprobatum non valet. nu. 15.*

15 *Arbitramẽta iniqua arbitrio boni viri ſunt corrigenda.*

16 *Arbitrium iniquum nulla lege inuenitur fulcitum.*

17 *Arbitrij libertas limitatur & reſtringitur ad id quod iure licet.*

## REGVLA XXVII.

SCIENTI & conſentiẽti, non fit iniuria neque dolus.

DVAS

1 ¶DVAS ponit regulas. † Prima
eſt, quòd ſcienti & conſentiēti non
a fit iniuria.[a] Secunda eſt, quòd ſcien
ti & conſentienti non fit dolus. Pri-
mæ autē regulæ exemplum poteſt
2 poni: quia à iure cauetur, † quòd ſi
vendo hominē liberū volentē, non
teneor actione iniuriarum, vt ff. de
3 iniur. l. j. §. vſque adeò. † Item exem
plum ſecundæ regulæ poni poteſt:
quia dicitur in iure, ſi detineo libe-
rum hominē volentē conſentien-
tē, non teneor interdicto de lib. ho-
mine exhibē. vt ff. de libe. hom. ex-
hib. l. iij. §. ſi quis volentem. Item ad
vtriuſque prædictarū regularū con
firmationē accedit C. de trāſact. l.
cum donationis. & de reſcind. vēd.
l. venditor. & ff. de in ius vocand. l.
quamuis, de aqua pluuia arc. l. in
diem. & quæ in fraud. cred. l. qui au-
tem. §. præterea. & de furt. l. inter o-
mnes. §. pe. & ff. eo l. nemo videtur.
4 Sed opponitur & videtur, † quòd in
iuria fiat etiam volēti: quia ſi rapio
virginem etiam volentē, teneor, vt
C. de rap. virg. l. vnica. & in auth. de
raptu mulier. & arg. ff. de ſer. corrup.
l. j. §. perſuadere. & §. vlt. Sed dicen-
dū eſt, quod cùm ex vna parte interue-
nit voluntas, ex alia perſuaſio do-
5 loſa, regula nō habet locū, † [b] quia
b is qui decipitur, pro non volēte ha
6 betur. & hoc ex eo procedit, † quia
doloſa perſuaſio plus eſt quam vio
lenta coactio. ff. de lib. hom. exhib.
l. iij. §. ſi quis volentem. ij. reſp. & de
ſer. corrup. l. j. §. perſuadere. ſed vbi
doloſa perſuaſio in altera parte nō
probatur, ſcientia cum conſenſu in
ducit præſumptionē, quod non in-
teruenit iniuria, neque dolus: & ita
loquitur regula, & leges ſuperius
allegatæ ad regulam confirman-
7 dam. † Item opponitur & videtur
quòd ſcientia interueniens obliga-
tionem non minuat. ff. de ædil. edic.
l iuſtiſſimè. Dicendum eſt, quòd aut
ſcientia interuenit in tempore con
tractus, vel alterius actus, de cuius
comprobatione tractatur, & tunc
habet regula locū, vt ff. de ædil. edi
cto. l. j. §. ſi intelligatur. & de act.
empti. l. j. in fin. & d. l. qui autem. §.
8 præterea. † Item videtur facere re-
gula ad quæſtionem, quæ ſæpe oc-
currit: videlicet ſi aliqui compromi
ſerunt in aliquem tanquam arbitra
torem & amicabilē compoſitorem,
& promiſerunt laudum non petere
reduci ad arbitrium boni viri ſub
certa pœna: an is contra quem fue-
rit iniquè pronuntiatum poſſit pe-
tere reduci ad arbitrium boni viri,
c ita quòd non cadat in pœnam? [c]
Videtur enim, quòd in pœnam ca-
dat propter generalitatem iſtius re-
9 gulæ & legum præallegat. Item ſi
conueniam, quòd non agam actio-
ne depoſiti, valet pactum, licet indu
d cat tacitam remiſſionē futuri [d] do-
li. vt ff. de pactis. l. iuriſgentium. §.
ſed & ſi quis paciſcatur. & l. ſi vnus.
§. illud. Econtrà quòd poſſit reduci
renuntiatione non obſtante, vide-
10 tur primò, † quia pacta quorum oc-
caſione vel prætextu quis inuitatur
ad delinquendum non tenent, vt l.
conueniri. l. Pomponius. ff. de pact.
dot. & de verb. oblig. l. ſi flagitij. ſed
per tale pactū poteſt arbitrator fa-
cile ad male pronuntiandū moueri,
& propterea non videtur pactū va-
11 lere. † Præterea vbicunque promit-
titur aliquid non fieri: & ſub certa
pœna ſi contra fiat, tacitè videtur
agi quòd pœna non committatur ſi
non obſeruetur ea, quæ debuerunt
e de iure ſeruari, [e] vt ff. loc. l. quæro. §.
inter locatorem. Cùm ergo actum
videatur, quod arbitrator de iure
pronuntiaret: ſi non de iure, ſed ini-
què pronuntiauit, videtur dicēdum
12 pœnam non debere cōmitti. † Præ-
terea ſi promitto filium non exhæ-
redare, & promitto pœnam ſi exhæ
redauero



redauero, tacitè videtur ineſſe con-
ditio, quòd pœna nō committatur,
ſi exhæredari meruerit: vt ff. de ver.
oblig. l. quidam cùm filiū. §. ſed vi-
deamus. & in glo. ibi poſita. Ergò ſi
promittā, quòd nō petam reduci ad
arbitrium boni viri: ſi poſteà petam
reduci ad arbitrium boni viri illud,
quod eſt iniuſtè pronuntiatum, non
incidam in pœnam, ſicut nec inci-
do in pœnam, exhæredando eum
13 qui exhæredari meruit. † Præterea
& pactum, quòd non reducatur ad
arbitrium boni viri, à iure commu-
ni remotum eſt, cùm de iure com-
muni reduci poſſit & debeat, ſi ini-
quitatem contineat, vt ff. pro ſocio.
l. vndē. & l. quid enim. & de contra-
hen. empt. & vend. l. hæc venditio.
14 † ſi remotum, ergo non videtur te-
nere, vt in l. iuriſgentium. §. & gene-
raliter. ff. de pact. ſecundum expoſi-
tionē quæ veritatē continere vide-
15 tur. † Præterea iure publico & vtili-
tate publica ſuadente inductum eſt,
quòd iniqua arbitramenta per boni
viri arbitrium corrigantur: ergo pa-
ctum quòd non corrigatur, non vi-
detur tenere, arg. ff. de adminiſt. tut.
l. quidam decedēs. & de ſuis & legi-
timis hære. l. vlt. & regul. l. neque pi-
gnus. §. priuatorum. & ad l. Falcid. l.
16 quod de bonis. § j. † Præterea leges
non concedunt iniquum arbitrium
habere effectū: quod apparet, quia
parant viā per quā iniquitas remo-
ueatur. vt in §. arbitrorum. & ff. de
arbit. l. ita demum. C. eod. l. arbitro-
rum. Si ergo pactum fiat, quod valeat,
videtur factum contra leges, & pro-
f pterea non valere, [f] vt in l. non du-
bium. C. de legib. ſi enim in vltima
voluntate quæ maioris eſt authori-
tatis quàm cōtractus, caueri non po
teſt vt locum non habeant leges, vt
ff. de leg. j. l. nemo. multominus ca-
17 ueri poterit in contractibus. † Præ-
terea cuiuſcunque arbitri libertas
quantumcunque generalis & larga
ad id reſtringitur & limitari vide-
tur, quod de iure communi licet. ff.
de condict. indeb. l. ſi procurator. &
quæ in fraud. cred. l. ſi pater filio. &
ad municip. l. Lucius. §. pen. & C. de
mun. non contin. l. j. §. pro infante.
lib. x. vnde nemo ſani capitis dice-
ret, quòd arbitratori videatur con-
cedi, quòd iniquè & contra iuris
communis prohibitionem pronun-
tiare poſſit. Dyn.

ADDITIO.

a ¶ Iniuria. Adde quòd licet non infe-
ratur iniuria conſentienti, iudex ta-
men agere poterit pro intereſſe pu-
blico, perinde ac ſi verè facta eſſet
iniuria, vt inquit Bart. in l. j. §. vſque
adeo. ff. de iniur.
b ¶ Locum. Adde Cyn. in l. raptores.
in vlt. oppo. C. de epiſ. & cler. qui ſe-
quitur Dyn. hîc. & vide Bart. in l. j.
§. vſque adeò. ff. de iniur. & in conſi.
clxxv. qui alleg. hîc Dy. & quæ not.
Bar. in l. ſi inter omnes. §. rectè. ff. de
fur. & Ang. Aret. in §. j. in gloſ. frau-
duloſe. & in §. ſed & ſi credat. inſtit.
de fur. & Bart. in l. iij. §. ſi quis vo-
lentem. ff. de lib. hom. exhib. Adde
quæ not. Felyn. in c. nulli. col. iij. de
accuſ. in c. j. col. v. verſi. quid autem.
de præſump. & Alb. de Gandi. in tra-
ctat. de malef. in fin. tit. de multis q.
verſ. item pone quòd de facto con-
tingit. & ibi Iac. Butr. in addi. qui al-
leg. hic Dyn. Cum Dyno hic ſentit
etiam Dec. in d. l. nemo videtur. nu.
§. ff. eod. & addit. nu. 8. ſimiliter non
habere locum reg. ſi quis permittat
ſe lædi in corpore, cùm nemo ſit
membrorum ſuorum dominus.
c ¶ Pœnam. Iſtā poſuit Dyn. in l. qui-
dam cùm filium. de verb. obli. & in
ſuo conſil. xiij. incip. Ptolomæus. &
Cy. & Bald. l. cùm antea. C. de arb. in
qua fuerunt opi. variæ, quas concor
dando diſtinguit pulchrè Bart. in l.
ſocietatem. §. arbitrorum. col. ij. &
ibi

ibi Alex. in addit. ff. pro ſoc. quam
diſtinctionem ſequitur Lanfran. de
Oriano. in tract. de arb. in vlt. parte.
q. xiij. & adde Bar. in l. ſi. & ibi Doc.
mod. ff. qui ſatiſ. cog. & Bald. in l. iu
bemus. in ſi. prin. C. ad Treb. & in l.
j. C. de iis qui pœnæ nom. ſed Bar. in
d. l. cum antea. col. vlt. & Cyn. tenet
opin. Dyn. hic, licet Bal. contrarium
teneat ibi. tamen non eſt receden-
dum à diſtinctione Bart. & ſequa-
cium. & tenet Abb. in c. cùm dile-
ctus. poſt gloſſ. col. vj. in princip.
verſic. in eadem gloſſ. de arbit. in c.
Quinta vallis. de iureiu. & vide Spe
cul. & ibi Ioan. Andr. in addi. tit. de
arbit. §. fin. verſic. item quid ſi com-
promiſſum eſt tanquã in arbitrium.
& Bart. & ibi Alex. ad ſaturitatem
in l. qui Romæ. §. duo fratres. verſic.
in gloſſ. magna. col. ij. ff. de verbor.
oblig. & Alex. in conſi. xxxij. col. iij.
verſi. poſtremo. cum prin. col. ij. lib.
ij. & Bald. conſil. cccxxix. aliàs eſt
conſ. cccxxxj. incip. præmitto quòd
iſta fuit quæſtio. libr. iij. vbi dicit
quòd communis obſeruantia eſt,
quòd quæcunque verborum caute-
la ſit appoſita, per enormem læſio-
nem, poteſt peti reductio, vt dicit
Dyn. hîc in ſing. & hoc etiam con-
firmauit Bal. conſ. vj. lib. iiij. vbi re-
fert Rayn. de For. dubitaſſe in q. duo
promiſerũt. & Io. Cald. in q. duo ad-
inuicem litigantes. & vide Petr. de
Anch. conſi. ccix. incip. iudex &c. &
Fed. de Sen. conſi. cccxxv. & Angel.
conſ. cclxxij. incip. Lud. Oldr. conſ.
clvj. incip. primum quod quæritur.
& Abb. conſi. lxiiij. lib. j. & Ro. conſ.
xc. verſic. ij. principaliter & Paul. de
Caſt. conſi. ccccliiij. incip. viſo lau-
do. & celebriter in conſi. ſeq. incip.
viſo compromiſſo. & in conſi. ccij.
ſecũdum ordinem meorum. ſed ſe-
cundum aliorum. nume. eſt 254. &
adde Fran. de Aret. in repet. l. ſi quis
arbitratu. poſt Doct. ff. de verbor.
oblig. & Angel. in d. §. duo fratres.
& etiam intelligunt Doct. ſ. alleg. ſi
interuenerit iuramẽtum de non pe
tendo reductionẽ ad arbitrium bo-
ni viri: & vide Anto. de But. in con-
ſil. xxxiiij. & Alex. conſ. cviij. in iij.
volum. & Lanſr. de Oriano vbi ſ. &
Cepol. ſing. in caut. cxcix. cum tri-
bus ſeq. & deciſ. Capel. Tholoſ. ccl-
xviij. & in deciſ. Parlamen. Delph.
ccccxix. & Io. Cald. in conſi. cx. cum
ſeq. tit. de arbit. & ibi Pet. de Anch.
in conſi. vlt. & Ang. in conſ. clxxx-
viij. in col. j. verſi. vj. & col. iij. verſi.
non obſtat ſexta ratio.
¶ Adde de modo renũtiationis re-
ductionis laudi ad arbitrium boni
viri. Bald. in l. cum antea. C. de arb.
vbi poſui cautelam vt valeat talis
renunciatio & in apoſt. ad Bar. poſt
Barb. in l. j. ver. ſed. quæro. ff. de leg.
j. dixi in tract. meo clauſularum. in
clauſu. arb. verſic. & in iudicem vt
bonum virum. not. Ant. de Peruſ. in
repet. l. j. verſi. nono adduco. ff. de
iureiur. Lanfr. de Oria. in c. quoniã
contra. §. interlocutoriæ & appel.
nu. 64. & ibi poſui in apoſt. in verſi.
enormis læſio. de probat. Felyn. in
c. ſi diligẽti. col. viij. verſ. ſecundum
corrolarium. de for. compet. Alex.
conſil. xlvij. verſic. j. & Rom. ſing. l.
inci. an à laudo. & omnino Thom.
Ferrar. in ſuo tractatu caute. caut.
viij. incipiẽ. tu ſcis. quòd ſi aliquis:
d ¶ Futuri. An valeat pactum, quo ta-
citè dolus futurus remittitur, vide
Dyn. in c. contractus. in fin. j. eod. &
Deci. in l. contractus. nu. 41. ff. eod.
e ¶ Seruari. Adde eundem Dyn. in c.
fruſtra. num. 2. j. eod.
f ¶ Non valere. Et bene Deci. conſil.
cccccxxxiij. vbi in annotat. dixi. &
conſil. ccccclxxxvij. in fin. vide Ale-
xand. conſil. cvj. lib. iij. & quæ ibi
dixi. C. M.

In reg.



# In reg. Quæ à iure.
## Argumenta.

1 *Exorbitantia à iure communi de-
bent reſtringi.*
2 *Diſpenſatio illegitimè dati ad be-
neficia, reſtringitur ad vnicum be
neficium.*
3 *Beneficia principis quãdo amplia-
ri debeãt, & quando reſtringi.*
4 *Priuilegiũ pro conditione perſonæ,
cui conceditur, eſt reſtringendum.*
5 *Beneficium principis non abſonum
iuri communi latiſſimè interpre-
tandum eſt, citra tamen alterius
iniuriam.*

## REG. XXVIII.

QVæ à iure cõmuni exor-
bitant, nequaquã ad con
ſequentiam ſunt trahenda.

1 ¶ EXORBITANT, † id eſt, de-
uiant vel diſcordant, ſeu quæ ſunt
cõtraria iuri cõmuni: oportet enim
a ea reſtringi[a] quaſi odioſa: non autẽ
ampliari, & ad conſequentiam tra
hi quaſi fauorabilia. Verbi gratia:
2 † impetrauit aliquis non legitimè
natus, vt nõ obſtante defectu nata-
lium valeat promoueri ad benefi-
cium, etiam ſi curã habeat anima-
rum. Nam virtute illius diſpenſatio
nis poterit niſi vnicum beneficium
obtinere, vt ſuprà de filiis preſbyte.
c. j. Ratio eſt, quia ea, quæ ſunt con-
traria iuri communi, licet alicui in
priuilegiũ ſint cõceſſa, odioſa ſunt,
& indubio reſtringenda. ff. de act.
& oblig. l. in honorariis. §. ſed cum
reſciſſa. & de teſta milit. l. eius mili-
3 tis. §. ſi militia miſſus. † Sed contra
regulam videtur ꝙ beneficia prin-
cipum latiſſimè interpretari debe-
b mus[b], vt ff. de cõſti. prin. l. pen. & C.
de bon. vacan. l. ſi quando. lib. x. Sed
dicendum eſt, ꝙ aut beneficia con-
ceduntur ſecundum iuris cõmunis
permiſſionẽ, aut contra: ſi contra iu
ris cõmunis permiſſionẽ, aut conce
duntur ei qui iuris cõmunis erat ca
pax, aut ei qui nõ erat de iure com-
muni capax: ſi cõcedũtur ei qui de
iure cõmuni erat capax, videtur ali-
quid ſuperaddere ſupra ius cõmu-
ne, vt ff. de bon. lib. l. etiam. §. j. & ad
municip. l. j. in ſi. ſi verò concedun-
tur ei, qui nõ erat capax, videtur re-
duci ſolùm ad formam iuris cõmu-
nis. vt C. de inoffi. teſta. l. ſi quãdo. &
ſi verba ſunt ambigua, potius debẽt
reſtringi, vt hîc, & d. c. j. ſ. de fil. pre-
ſbyt. vnũ tamen prætermitti nõ de-
4 bet, quòd † cui priuilegia diſpenſa-
tionẽ continẽtia conceduntur, con-
cedi vidẽtur ſecundum conditionẽ
perſonæ, cui priuilegia concedun-
tur. vnde ſi priuilegium conceditur
militi, videtur concedi vt militi: ſi
laico, vt laico: ſi clerico, vt clerico,
vt ff. de iniu. rup. & irri. teſt. l. ſi quis
filio exhæredato. §. ſed & ſi quis. &
c de teſta mili. l. ex militari[c]. † ſed ſi
5 concedãtur ſecundũ iuris cõmunis
permiſſionem, latiſſimè interpretari
debemus, vt d. l. pen. de conſt. princ.
& C. de ſent. paſſ. l. j. & de bon. vac.
l. ſi quando. ſine iniuria tamen cu-
iuſque ſemper conceſſa intelligun-
tur, niſi in conceſſione contrarium
exprimatur, vt ff. ne quid in loco pu
bli. l. ij. §. ſi quis à principe. Dyn.

### ADDITIO.

a ¶ Reſtringi. Adde hîc Phil. Franc. &
Ioan. Andr. in regula, odia. ſ. eod. &
Dyn. & quæ ibi dico in reg. in argu-
mentum. j. eo. & Doct. infrà ſequen.
apoſtil. alleg.
b ¶ Debemus. Adde ad dicta hîc per
Dyn. an priuilegia principum ſint
latè interpretanda. Doct. Mod. poſt
Bald. col. j. & Bart. ibi in prin. in l. ſi.
de conſtit. princ. & Innoc. in c. cum
dilecti. de donat. & Bart. & Ioan. de

Dyn. L

Plat.in l.ſi quando.C.de bo. vacan.
lib.x.vbi dicunt,quòd latè eſt inter-
pretãdum contra ipſum principem:
ſed ſi alius tertius læderetur intelli-
gitur ſtrictè. quia debent intelligi
ſaluo iure & prę iudicio alterius ter
tij.Idem tenet Alber.de Roza.in di-
ctionario.in ver. beneficium. & di-
ſtinctionem Dyni ſequitur Bart. in
l.ſi quando.in prin.& ibi Bald.C.de
inoffic.teſtam.& adde Rom.conſil.
lxxxix.verſic.j.& ita Abb.ſingul.&
ibi Bellen. pulchrè in addit. in d.c.
cum dilecti. qui ponit quæ interpre
tatio ſit etiam in contractibus, do-
nationibus, beneficiis principum,
& vltimis voluntatibus fienda. &
vide Bald.in c.j.§.amplius.verſic.&
princeps.C.de pace Conſtan. & ad-
de Franc.Aret.Alexand.& Barthol.
Socia.in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. colum. vj. de liber. & poſthu.
& Felyn. in cap.ſuper eod. de offic.
deleg.& copioſè in ca.cauſam viij.
col.verſic.interpretatio.de reſcript.
b ¶L.ex militari. Vide Bart. in d. l. ex
militari. G. S.

## In reg. Quod omnes. Argumenta.

1 *Seruitus in fundo communi non po*
*teſt conſtitui citra omniũ, ad quos*
*pertinet conſenſum.*
2 *Seruitus aquæ ducendæ non conce*
*ditur in eorum præiudicium, ad*
*quos ſpectat.*
3 *Conſenſus maioris partis quando*
*ſufficiat, & quando ſingulorum*
*requiratur.*

## REGV. XXIX.

QVod omnes tãgit, debet ab omnibus approbari.

¶ISTIVS regulę exemplum po-
ni poteſt in omni eo, quod eſt com
mune pluribus tanquam ſingulis:
1 †vt ecce ſi plures habent fundum
communem, & volunt conſtituere
ſeruitutem in fundo, oportet om-
nium conſenſum interuenire. aliàs
defectus vnius reddit conſtitutio-
nem inutilem, vt ff. communia præ
2 dior.l.receptum.†item ſi plures ha-
bent ſeruitutem aquæ ducendæ ex
eodem fonte, & dominus velit con
cedere aliis cum diminutione iu-
ris primorum, non poterit ſine con
a ſenſu primorum [a], aliàs ſi ius pri-
morum non conſtitueretur dete-
rius, non requireretur eorum con-
ſenſus, vt ff.de ſeruit.ruſtic.prædio.
l.ij. §. ſi aquæductus. & l. per quem
locum. & commu.prædio.l. qui per
certum. & de aqua plu. arcen. l. in
concedẽdo.& l. in diem.& l. ſinau-
tem. Itẽ patet exemplũ.C.de auth.
præſtan.l.vlti. Sed opponitur & vi-
detur, quòd ſufficiat conſenſus ma-
ioris partis, vt ff.ad municip.l.quod
maior.& de regul.iur.l. aliud. §. re-
fertur. & C. de decurio. l. nomina-
3 tionum forma. † Sed facilis eſt ſo-
b lutio [b], quia in eo quod eſt commu
ne pluribus, vt vniuerſis, ſtatur vo-
luntati maioris partis, vt in l.in con
trariũ alleg.in eo verò, quod eſt cõ-
mune pluribus vt ſingulis, requiri-
tur ſingulorum conſenſus, vt hîc,
& d. l. per fundum. & l. receptum.
cum ſuis ſimilibus. tamen fallit iſta
ſecunda pars ſolutionis. per l.ff.de
pactis. l. maiorẽ. & de religioſ.l. ſi
plures.& de curat.furioſ.l.conſilio.
§.ſi.Dyn.

ADDITIO.

a ¶Primorum. De hac quęſt. diſputat
latè Iaſ.in §.æquè.col.v.verſ.an au-
tem inſti. de actio.& tandem diſtin
guit, prout Dyn.hîc.
b ¶Solutio. Adde ad iſtam regulam
Bart. & Flor. in l. per fundum.ff.de
ſeruit.ruſtic.prædi.& Doct.in c.j.de
iis quæ fiunt à ma. parte.capit.text.
& ibi Cardin. Alex. in c.apoſtolica.
lvj.diſtin.Ang.Aret.inſtit.de tut.§.j.
col.ij.& Bar.in l. quod maior.& ibi
pulchrè Alex. in addit.ff.ad munici.
& Bart.in l.ij.§. ex his, nume.4.ff.de
verb.oblig. & Inn.in c.cum omnes.
de conſtit. & Bart. in l.nulli.ff.quod
cuiuſq; vniuer. nom. & Card. Alex.
in c.non poteſt. de re iudic.& gloſſ.
in c. vbi periculum. in ver. concor-
diter. de elect.§.eod.lib.& adde Bal.
& Alexan.in l.ciuitas.ff.ſi cert.pet.&
Bart.in l.aliud.§.refertur. ff. eod.tit.
Abb.& pleniſſimè Felyn.in d.c.cum
omnes col.viij.verſ. in ea gloſſ.cum
ſeq.col.vbi ponit regulam cum plu
ribus fallẽ. & ibi col.xij.ponit duos
caſus, vbi habetur reſpectus ad ma-
ioritatem, & nõ ad ſanioritatem. &
vide Albe.de Roza.in Dictionario.
in ver.maior pars, & ibi Ioan.Bapt.
in addit. & Alex. in conſil.xxv.col.
iiij.vol.v.vbi dicit, quòd conſidera-
tur maior pars reſpectu ratę rei non
numeri perſonarum, quod not.Bar.
in l.iiij.§.Cato.in vlti.q ff.de verbo.
obliga.& Angel.& conſil.cclxxix.&
adde Card. Alex.in c. Nicena.col.j.
xxxj.diſtin. Bald.in l.fin. C.de auth.
præſt. & Lud.Rom. in conſil.ccclij.
col. iiij. & Doct.in l. planè.ff. quod
cuiuſque vniuer.& Bald.conſ.lxxx.
& in conſ. cxviij. lib.ij.vbi ponit de
procuratoribus à communitate vel
collegio creatis, an poſſint obligare
ſingulos de vniuerſitate.

Adde breuiter quòd regulariter maior pars ſufficit, niſi reperiatur expreſſum quòd fiat nemine diſcrepante, vel à duabus partibus, vt plenè per Card.in clemen.j. q.iiij.& ibi poſui in apoſtil. ad ipſum. de reb.eccl.nõ alien. & an hoc ſit indiſtinctè verũ, adde Alex.conſi.xl.vol.ij.& Anton. Corſet.ſing.ſuis.in ver.compromiſſum.incip. compromiſſum ſuper poteſtate eligendi.



## In reg. In obſcuris. Arg.

1 *Promittẽs decem libras, ſi pecunia ſit varia, de qua ſoluere teneatur.*
2 *Legatũ in dubio præſumitur quod minimum eſt.*
3 *Minimum an ſit in obſcuris accipiendum, an verò id quod veriſimilius eſt.*
4 *Minimum accipiendum eſſe, locũ habet in contractibus, vltimis volũtatibus & delictis, & ſentẽtijs.*
5 *Minimum an ſit in contractibus præſtandum, an id, quod mediocre eſt. & nu.8.*
6 *Delictum cenſetur cõmiſſum animo delinquendi.*
7 *Delictum ſi ignoretur per quem ex pluribus commiſſum ſit, omnes puniuntur.*
9 *Minimum præſtari debere an verum ſit in generibus.*
10 *Minimum in vltima voluntate attendendum, quando ſit verum.*
11 *Electio vtrum ſit legatarij an hæredis, in ſpeciebus legatis.*
12 *Voluntas dubia teſtatoris quando manet in arbitrio hæredis.*
13 *Iudex an interpretetur dubiã voluntatem teſtatoris, & quomodo.*
14 *Voluntas vltima an reddatur inutilis ſi inueniatur dubia.*
15 *Interpretatio teſtamenti quando committatur hæredi.*
*Incertitudo an & quando vitiet legatum.*
16 *Interpretatio verborũ quando contra proferentem fieri debeat.*
17 *Debens vnum incertũ ex pluribus certis vtrum volet poterit ſoluere.*

18 *Pactum in acceſſorijs obſcurum an ſit contra venditorem interpretandum.*

19 *Minimum in delictis an & quãdo eſt eligendum.*

20 *Animus ad delinquendum præſumitur ex atrocitate delicti.*

21 *Delictum certum qualiter puniatur ſi delinquens ſit incertus.*

## REGVLA XXX.

**IN obſcuris, minimum eſt ſequendum.**

1 ¶ † Si promitto tibi decẽ libras, &
pecunia multiplex in regione verſatur, vna maior & altera minor, &
altera minima, nec apparet de qua
ſit actũ, minimã videor promiſiſſe:
2 † Idem in legato: nam ſi legẽ pecuniam, nec appareat de qua, minimã
videor legaſſe, vt ff. de leg. ij. l. ſi ita
a relictũ. & de leg. iij. l. nũmis [a]. Item
ſi alicui lego quandam partem hæreditatis quotã habet vnus hæredũ
& partes hæredum ſint inæquales,
minimã videor legaſſe, vt ff. de leg.
ij. l. ſi ita relictum. & de leg. iij. l. qui
concubinam. §. cum ita. & ad idem
de verb. oblig. l. ſi ita ſtipulatus fuero x. aut v. & l. inter ſtipulantem.
3 † Sed videtur quòd in obſcuris non
ſit ſequendum minimum: ſed veriſimilius, vt j. eod. inſpicimus. & ff.
eod. l. ſemper in ſtipulationibus. &
l. qui non militabat. §. Lucio. de hæred. inſtit. Dicendũ eſt ꝙ regula debet exponi ſecundũ præmiſſa contraria. nã primo debemus inſpicere
veriſimilius, vt j. eod. c. inſpicimus,
In defectu veriſimilium ſequimur
quod eſt minimũ: & ideò hîc debet
exponi in obſcuris, id eſt, cũ verum
vel veriſimilius non apparet. veriſimilius autẽ multipliciter apparere
poteſt, vt dicam j. eod. inſpicimus.
4 † Et hæc regu. locum habet in contractibus, vt d. l. ſi ita. de verb. oblig.
& in vltimis voluntatibus, vt d. l. qui
cõcubinam. §. cum ita. & l. nummis.
b Et in delictis [b], vt ff. de pœn. l. ſi præ-
c ſes. & l. penul. & in ſententiis [c], vt l.
diem proferre. §. ſi plures. de arbitr.

Sed opponitur ad regulam multipliciter per ordinẽ. Primò videtur
quòd falſum dicatur in cõtractibus:
5 † quia nõ minimum, ſed mediocre
debet præſtari, vt C. de donatio. l. ſi
quis argentum. §. ſi verò reditum.
Itẽ falſum in vltima volũtate: quia
mediocre debet præſtari ſicut in cõtractu. vt ff. de leg. j. l. legato genera-
6 liter. Item falſum in delictis, † quia
d in delictis [d], id eſt, cũ delinquentiũ
animus nõ apparet, interpretamur
eos voluiſſe delictũ committere. &
per hoc ſi contrarium non apparet,
durius puniẽdos, vt C. ad leg. Corn.
de ſicar. l. j. & de iniur. l. ſi non conuitij. & not. ff. de iniur. l. illud rela-
7 tum. † Item cùm conſtat delictum
commiſſum, & ignoratur per quem
de pluribus, aſſumimus quod maius
eſt, id eſt, omnes deliquiſſe, & ſic omnes puniri: vt ff. ad leg. Aquil. l.
itẽ Mela. §. ſed ſi plures. & no. C. ad
leg. Iul. de vi publi. l. quoniã multa
facinora, & ff. ad leg. Corn. de ſicar.
l. fin. ergo vel regula falſa, vel malè
8 expoſita. † Ad primum de cõtracti-
e bus [e], dic aliud eſſe in quãtitatibus
& in his quæ quãtitatibus æquipollent, vt in vniuerſitatibus: quia tunc
minimum in dubio eſt ſequendum:
vt ff. mand. l. fideiuſſorem. & ff. eod.
l. ſemper in ſtipulationibus. in fi. &
de ædil. edicto. l. ſi quid venditor. in
fi & in his locũ habet regula. Aliud
in ſpeciebus, & in his quę ſpeciebus
æquipollent, vt artificia: quia tunc
mediocre: vt d. l. ſi quis argẽtum. §.
ſimiliq; modo. & in d. l. ſi quid. §. fin.
j. reſpon. & in his regula nõ proce-
9 dit. † in generibus ſimiliter nõ procedit: quia aut promittitur in eo genere,



nere, in quo eſt & poteſt aliquid
euenire quod habere eſt prorſus inutile: & tũc promiſſio potius iudicatur inutilis à principio, quàm ſpecificetur effectus diuiſorius qui ſequitur ex ea, vt ff. de ver. obl. l. ita ſtipulatus. in prin. & de iure dot. l. cum
poſt. §. gener. Aut in eo genere in
quo nihil eſt euenire prorſus inutile, vt in boue, equo, aſino, & hominibus, & ſimilibus: tũc debetur mediocre, vt d. §. ſimiliq; modo. Ergo
quo ad contractus regula procedit
in quantitate tantùm, & in iis quæ
f quãtitatibus æquipollẽt [f]. Sed contra hoc eſt valde §. ille, ſi verò reditum. vbi mediocris ſit præſtatio, &
tamen quantitas frumenti, vel vini,
erat ex cauſa donationis promiſſa.
ſed non eſt cõtra: quia ibi non dicit
quantitatẽ promiſſam mediocrem
deberi, vnde illud de iure communi
quod eſt vt poſſit præſtari viliſſima
res aliqua: ſed dicit quantitatẽ donationis promiſſæ deduci ad deſignationẽ ſpecierũ, ex quibus percipi poſſit quãtitas ex cauſa donationis promiſſa: & ideo deſignatur ſpecies mediocris, ſicut ſi ab initio ſpe-
10 cies vel genera promitterẽtur †. Ad
ſecundũ de vltima volũtate reſpon-
g deo [g] quaſi idẽ, ꝙ in generibus regula non procedat: quia aut legatur
genus generaliſſimũ, & tunc inutile
eſt legatũ. Aut ſubalternatiuũ, & tũc
ſi habet fines ſola deſtinatione patrisfamiliâs, legatũ inutile eſt, vt ff.
de leg. j. l. ſi domus. in prin. ſed ſi habet fines à natura, debetur mediocre. vt d. l. legato generaliter. & inſt.
de leg. §. ſi generaliter. vnde patet
h hanc regulam ceſſare [h]. In quãtitatibus verò, & in iis quæ quãtitatibus
æquipollẽt, vt in vniuerſitatibus, regula procedit, vt in l. ſi ita relictum.
in prin. & in fin. ff. de leg. ij. & de leg.
iij. l. qui concubinam. §. cum ita. &
i l. nummis. † In ſpeciebus autem aut
conſtat de certa, & tunc ceſſat regula, quia illa debetur, vt in l. ſi domus. §. cum alioqui. ff. de legat. j. aut
non cõſtat de certa: & tunc ſi teſtator nomen ſpeciei in legato nõ expreſſit, ceſſat regula: quia eſt electio
i legatarij [i], vt ff. de leg. j. l. qui duos.
Aut expreſſit nomen vniuerſale, &
nihilominus ignoratur de quo: &
tunc minus eſt in legato, vnde regula locum habet. vt ff. de leg. j. l. apud
12 Iulianum. §. Scio. † Poſſet tamẽ hæres ſi vellet maiorẽ eligere, cùm ad
ipſum pertineat declaratio dubiæ
voluntatis defuncti, vbi certum ex-
k preſſit, & ignoratur quod [k], vt ff. de
leg. j. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures.

Contra prædicta de vltima voluntate eſt apertè. ff. de legat. ij. l. ſi quis
ſeruum. §. ſi inter. vbi dubiæ voluntatis interpretatio cõmittitur hæredi, & ideo regula ſemper ceſſare videtur. Reſpõdeo, illud verũ eſt cum
volũtas eſt dubia circa perſonas legatarij: ſed prædicta procedunt cir-
13 ca rem legatam. † Item non videtur procedere regula in vltima voluntate, quia dubiæ voluntatis interpretatio ad iudicem pertinet. Ergo non videtur reducẽda ad minimum: vt C. de fideicommiſ. l. voluntatis. Reſpondeo, iudex interpretatur quod veriſimile eſt ex coniecturis, id eſt, inſpecta conditione perſonæ legatarij, & conſuetudine regionis loquentis, & vicinitate ſcripturarum præcedentium, vt l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. de leg. j. & de teſtamen. l. hæredes. § . ſed ſi notam. Si
veriſimile nõ poteſt perpendi, tunc
locum habet regula. vt ff de leg. iij.
l. nummis. & infrà eod. inſpicimus.
ſeruato tamen ordine quem ibi di-
14 cam. † Itẽ videtur obſcuritas reddere voluntatẽ inutilem, vnde ceſſat regula, vt ff. de reb. dub. l. ſi quis
de pluribus. & de manumiſ. teſtam.
l. cum ex pluribus. & de teſtam. tut.

l.duo ſunt Titij. Sed in illis non po-
l teſt apparere minimum [l] : quia in
perſonis duabus, licet æſtimatio
proprietatis ſeruorum poſſit eſſe in-
æqualis, tamen ideò quòd in legato
verſabatur libertas, in perſona om-
nium pariter eſt inæſtimabilis: vt ff.
de reg. iur. l. non eſt ſingulis. §. infi-
nita. vnde in l. duo. tutelæ datio vel
delatio non plus vel minus in per-
ſonam vnius quàm alterius æſtima
tur, & periculum pupilli cui inten-
debat prouidere teſtator poſſet in
delatione tutelæ verſari. Et ideo nõ
mirum ſi non cõceditur electio hæ-
redi, ſed in defectum probationis
redditur inutilis diſpoſitio teſtato-
ris. Tamen arguitur contra reſpon-
ſionem prædictam de d. l. ſi quis de
pluribus. nam ibi erat incertitudo
perſonæ legatarij: ergo recurri de-
bet ad electionẽ hæredis, nõ vtrun-
que impediri: vt d. l. ſi quis ſeruum.
§. ſi inter. de leg. ij. Item erat incerti-
tudo rei legatæ, & nomen erat ex-
preſſum: ergo interpretatio conce-
ditur hæredi. vt d. l. ſi quis à filio. §.
ſi quis plures. Reſponſio, non eſt du
biũ, quòd hæres manumittere poſ-
ſet vnum ſi vellet, tamen neceſſitas
non imponitur, ſicut nec eligendi
vnum de legatariis: vt de rebus du-
biis. l. ſi fuerit. Iſta reſponſio ſuffi-
ciens eſt ad §. ſi inter. ſed non ad §.
15 ſi quis plures. † Vnde dici poteſt,
quòd plus operaretur incertitudo
duplex circa annullandũ relictum.
quàm vnica. Vbi ergo eſt incertitu-
do rei in ſpecie tantum relictæ pro-
prio nomine expreſſo, legatum va-
let, & compellitur hæres eligere. vt
in d. §. ſi quis plures. vel ſi non eli-
gat, minimum eſt in electione. vt d.
l. apud Iulianum. §. Scio. vbi perſo-
næ tantùm legatum, non eſt in ſe
inutile: ſed propter probationis de-
fectum. vnde poteſt hæres eligere,
ſed non compellitur, vt in d. §. ſi in-
ter. & ibi not. vbi verò rei & perſo
m næ, tunc prorſus inutile [m]. vt d. l. ſi
quis de pluribus, & l. cùm ex pluri-
bus. Reſponſio autem ad prædicta
patet, quia vbi eſt incertitudo rei
tantùm, perſona ſupereſt cui poteſt
obligatio quæri: & ideo ſi nõ eligat
hæres, obligatio in minus contra-
hitur, iuxta regulã noſtram: ſed vbi
perſonæ tantùm & non rei, obliga-
tus eſt hæres ad rem: ſed quia non
apparet, ſi nolit eligere, redditur le-
gatum inutile, vt d. l. ſi fuerit. ſi verò
rei & perſonæ, nõ eſt cui poſſit obli-
gatio quæri, nec eſt res qua conſtet.
& ideo relictum protſus eſt inutile.
16 Item † in contractibus nullo mo-
do videtur procedere: quia interpre
tatio facienda eſt contra proferen-
tem. vnde non eſt verum ſimplici-
ter, quòd minimum debeatur: ſed id
quod eſt contra animum proferen-
tis, vt in l. veteribus. ff. de pact. & l.
cum in lege. & l. Labeo. ff. de con-
trahen. empt. & ǰ eod. c. cõtra eum.
Gloſſatores iuris ciuilis dicũt, quòd
ſi dubium eſt in re ſuper qua con-
trahitur, tunc regula locum habet: ſi
in acceſſoriis, tunc contraria. pri-
mum vt dixi ſimpliciter habet locũ
in quantitatibus: vt in l. inter ſtipu-
lantem. §. diuerſa. & l. ſi ita ſtipula-
tus fuero x. aut v. & loca. l. ſi x. tibi.
In ſpeciebus verò, vt dictum eſt, me-
diocris debetur. & regula ceſſat, vt
not. ff. manda. l. fideiuſſorem. Vnde
quantum ad iſtam partem gloſſ. eſt
falſa, niſi gloſſam ſuſtineas eo ca-
ſu procedere, quo in contractu de-
ducitur vnum incertũ de pluribus
17 certis: † tunc enim cum ſit electio
debitoris, etiam minimum dare po-
teſt, vt l. qui ex pluribus. ff. de ver-
bor. obligat. Secundum verò, id eſt.
de acceſſoriis, non videtur ſimpli-
citer verum, ſcilicet quòd contra
proferentem fiat interpretatio, vt
ff. de actionib. empt. l. ſi ſeruus. ij.
§. fin.



§. fin. & de contrah. empt. l. compre-
18 henſum. & l. ſi in emptione. † Vnde
dicas quod aut pactum in acceſſo-
riis eſt obſcurum circa qualitatem
& quantitatem rei venditæ: & tunc
fit interpretatio contra vẽditorem,
vt l. Labeo. & l. cum in lege. & l. ve-
teribus. & de ſeruit. vrban. prædio.
l. ſi arborẽ. §. hæc lex. Aut circa ele-
ctionem rerum electioni acceden-
tium: & tunc interpretatio vendito
ris non eſt contra eum facienda,
vt d. l. ſi in emptione. & in l. com-
prehenſum. de contrah. emp. & pe-
nul. §. fin. ff. de act. emp. tunc enim
quaſi in genere debitor electionem
habet, vt d. l. qui ex pluribus. & inſt.
de act. §. huic. & not. in d. l. compre-
henſum. Ad tertium, id eſt circa de
19 licta, † dico quòd ſi incertum eſt
delictum, id eſt quòd delictum ſit
commiſſum, regula locum habet.
ſequitur enim quod eſt minimum:
quia non punimus, ſed abſoluimus,
n vt l. abſentem. ff. de pœnis [n] Item,
vbi eſt certum delictum, ſed incer-
ta delicti qualitas, locum habet: vt
ſi conſtat aliquem commiſiſſe vim:
& ſic delictum certum eſt, ſed igno
ratur vtrum cum armis vel ſine ar-
mis, & ſic qualitas eſt incerta: nam
ſequimur minimum, id eſt præſu-
o mimus quòd ſine armis [o] vt mitius
puniatur, vt l. ſi præſes & l. interpre
tatione. ff. de pœnis. & de ſuſpec. tut.
20 l. hæ enim cauſę. §. quid ergo. † Aut
verò certum eſt delictum, & certa
delicti qualitas, incertus vero ani-
mus delinquentis, nõ præſumimus
minimum, id eſt quòd non fuit ani-
mus: quia facti atrocitas amouet
præſumptionem animi non præſu-
mendi, ex quo perſona eſt habilis
ad delinquendum, vt C. de ſicar. l.
j. & de iniuriis. l. ſi non conuitij.
21 † Item vbi certum delictum & cer-
ta qualitas, ſed incerta perſona, vt
ſi plures deprehenduntur fuiſſe in
p actu delinquendi [p] & ignoratur
quis deliquerit: tunc non ſequimur
quod eſt minimum, quia omnes pu
q niuntur: [q] vt d. §. ſed ſi plures. l.
Item Mela. ad leg. Aquil. & not. ff.
ad leg. Cor. de ſicar. l. ſi in rixa. Et
ratio huius eſt: quia omnes depre-
henduntur in culpa: quia omnes
fuerunt in actu delinquendi. Item
quia ratio publica quæ ſuadet ma-
leficia puniri: vt l. licitatio. §. quod
illicitè. ff. de publican. & de fide-
iuſ. l. ſi à reo. §. ad quod vulgo, ad
leg. Aquil. l. ita vulneratus. eſt con-
tra eos qui priuatam defenſionem
prætendunt, & ideo præferenda eſt
publica, vt ff. pro ſoc. l. actione. §. La
beo. & in auth. de non alie. §. quia
verò.

ADDITIO.

a ¶ Nummis. Adde ibi Bart. poſt Dyn.
vbi etiam ponit de qua regione &
tempore intelligatur, vt per Dyn. in
reg. inſpicimus. j. eod. & Oldr. conſ.
clxviij. in princip. & Paul. de Caſtr.
conſil. cxcvj. vol. vlt. in antiq. & Ale.
conſil. xxvij. circa princip. vlti. col.
vol. v. & in conſil. ciiij. per totum.
lib. j. & Oldr. conſil. xiij. & xxxj. &
Franc. de Curtis conſil. xj. & in T. de
mone. in princ. & Ro. conſil. cxxiij.
& ſing. 413. alias 415. incip. quod
tempus. & Bald. conſi. cxxxvij. lib. j.
Bar. & Moder. in l. Paul. ff. de ſolut.
& Bald. in l. acceptam. C. de vſur. &
Anchar. in cle. ij. de deci. & Abb. &
Doct. in c. quarto. de iureiur. & Ioan.
de Pla. in l. vnica de collat. æris. lib.
x. & in l. j. de veter. numiſ. poteſt. lib.
xj. & gl. in c. j. §. item fuit delibera-
tum. in verbo, vſuali. tit. de anna.
in prag. Sanct. & Fely. in c. conque-
rente. in fi. de offi. ord. & vide Abb.
in conſi. lvj. vol. ij. & Alb. de Roz. in
Dict. in verbo, moneta. & ibi in ad-
di. vide Specu. in ſuo aureo reperto
rio. titu. de ſummis expen. & deciſ.
Parlam. Delphi. q. cccxij. vbi repe-

ries plura ſingul. dicta, & in deciſ. ccccxciij.

b ¶Delictis. Adde quibus caſibus non habeat locum in delictis. Dyn.j. eadem reg. circa fin. & Deci. in l. ſemper in obſcuris.nu.5.ff.eod.

c ¶Sententiis. Quid in iudiciis? & Deci. in dict.l.ſemper.tenet quòd non, per.l.ſi quis intẽtione.ff.de iud. F.C.

d ¶Delictis. Sic cum quis alium occidit, & dubitatur num id fecerit ad ſui defenſionem, interpretatio fieri ſolet contra homicidam, vt ait Iaſ. in §. item ſi quis ij.ſuper gl.in verb. poſtulante.inſt.de actio. F. C.

e ¶Contractibus. Adde tamen in contractibus in dubio quòd minimũ ſit ſequendũ, Cy. & Bal.ff.in l.cum quidam.C.de ver.ſignifi.& Bart. in l. ſi. duo rei.ff.de verb. oblig. & Imol.in l. ſi ita ſtipulatus fuero x. aut v. hîc alleg. per Dyn. & Bal.in dicta l.cum quidam. & Bart. in l. ſi ita relictum. §.fin. ff. de leg. ij. & quod not. Bart. in l. ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur. & quando eſt promiſſum in obligatione genus, quid veniat, vide Bart. in l.ij.§.& harum. in vlt. q.ff.de verb.oblig.& glo.& Bar.in l. Mæuius.§.duobus.ff.de leg.ij.& Iaſ. in §.in bonæ fi.ver.in glo.iure aperto.& §.huic autem.in vlt. col.inſtit. de action. & Bal. in l.ſi quis argentum in princip.hîc alleg. & Alex. in l.legato.col j.verſic.per prædicti.in fi.de leg.j.& Ant.Corſet.in ſuo trac. de minimis.in iiij.quæſt verſic.xxx. in obſcuris quod &c.& Bald.conſi. clxvij.vol.iiij.

f ¶Æquipollent. Adde quòd non habet locum in contractu dotis, prout eſt gloſ.not. in l. nuptura. ff. de iur. dot. F. C.

g ¶Reſpondeo. Adde gloſ.Ioan And. Abb.& Angel. Aret.in §.ſi generaliter.inſt. de leg.& Iaſ. in §. præterea. inſtit.de act.& per Bal.in l. ita ſtipulatus.circa contraria tertiæ partis. ff.de verb.obli.& gl.& Bar.in l.legato generaliter.ff.de leg.j.& in l.cum certum.ff.de vino,tritico,& oleo legato.& Alexand.in d.l.legato.col.j. verſi.vlt.not.& adde Cyn.Bal.& Salic.in l.cum quidam. C. de verb.ſig. & Bart.Alex.in l.ſi domus. in princ. ff.de leg.j.

h ¶Ceſſare. Adde an quando procedat reg. in legatis. Deci. in d.l. ſemper. nu.2.ff.eod. F. C

i ¶Legatarij. Adde quando legatarij eſt electio, an poſſit eligere peſſimũ inuito hærede. Alexã. in d.l.legato. in j.not.dicit Imol.& Paul.de Caſt. ibi tenere quod ſic, alleg. hîc Dyn. ita tenere, licet Ang.ibi.& in l.apud Iulianũ.§.Seio de leg. j. teneat contrarium, & ibi videas. & Dy.in reg. contra eum qui. in fi.j. eo.& quæ ibi dico in fi. magnæ apoſtil.
Adde ad materiam præſentis apoſt. gl.j.in l.legato.& quod ibi poſui in apoſt.in verſic.triplex eſt opinio.ff. de leg.j.iſtum in l.ſi Titio.& ibi dixi in apoſti. in verbo hæredis. ff. de vſufr.leg.dixi in apoſt. ad Bart.in l. Lucio. in prin.in ver. eſt legata poſt Alex.ibi.ff. de leg.ij.& ponit Felyn. in c.inter cæteras in prin. de reſcri. vbi tangitur quando electio eſt hæredis & quando legatarij.

k ¶Quòd. Adde quòd idẽ tenet Bart. Bal.Io. de Imol.& Ale.in d.§.ſi quis plures col.j.ver.in gloſ.j.& idem tenet Bart.in diſputat.ſua incip.debitor.col.j.ver.v.ſic.&c.

l ¶Minimũ dicitur ex qualitate rei. l.ſcio.& ibi Bart.ff.de reſti.in integ. Flor.& Doct.in l.res bona.ff.de contra.emp.gloſ.& Doct.in l.ij.ff.quod cum eo qui in alie.pot. eſt. & Spec. in tit.de dolo.§.j.ver.ſed concipi libellum.& quot modis capiatur minimum, declarat Corſet. in tract. de Minimis.in princ. F. C.

m Inutile. Adde quòd legatum eſt nullum, quando reſultat incertitudo

perſo



perſonarum & rerum, Bart.in l.quidam.col.ij.verſic. fallit. ff. de rebus dub.qui alleg.Dy.hîc ad hoc.& Angel.Aret.in §. ante hæredis inſtitutionem.inſti.de leg.& Bal.in d. §. ſi inter.

n ¶ff. de pœn. Vide eundem Dyn. s. eo.c.odia.nu.9. F. C.

o ¶Sine armis. Adde Bartol. in l.ij.§. exercitum. ff. de iis qui not.infa.& in l.ſi præſes. ff. de pœnis.& Innoc. in c.cum dilectus.ſuper verbo, Iuſtitiam de ord.cogn.& Dyn. in reg.in pœnis.j.eo.& Deciſ.Parla.Delphin. dclxxxiij.& ibi in addit.

p ¶Delinquenti. Adde gl.Bal. & Lud. Bolog.in l.item Mela.§.j. ff. ad leg. Aqui.& Bar.in d.l.ſi in rixa, hîc all. Cyn.& Salic.in l.quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi pub. & Dy.& quæ ſcripſi.s.in reg.ratihabitionem in pe.q.& Bart. in l.qui ſeruo.§.ſi.ff.de fur.& Spec.tit.de homi. ver.pone quòd quatuor.& in tit.de lapſis.& diſpu.§.iuxta.verſic. quid ſi quis in rixa.Bal.in conſ.lxxxj.lib.j. & Pet.de Anch. conſ.ccxvij.& Bal. in conſil.vlt.lib.iij.Felyn.in c.ſignificaſti.in ij.col.iij.ver.no.ibi diſcerni.de homic.gl.& Car.Alex.in cap. quieſcamus.xlij.diſt. vbi concludũt Doct. contra Dyn. hîc & in reg. in pœnis.quòd omnes abſoluantur,& ibi vide.

q ¶Puniuntur. Vide Dec.contra Dyn. concludentem, licet de eo non faciat mentionem, in l.fauorabiliores enim.nu.6. eo. Dynũ tamen hîc videtur ſequi idem Dec.in l.ſemper in obſcuris.nu.5.verſic.ſecundò fallit.ff.eod.tit. G. S.

## In reg. Eum, qui Argumenta.

1 *Venditor actione ex empto emptori tenetur, qui ſeruitutem deberi à prædio vendito non detexit.*

2 *Vendens mancipium mores & vitia eiuſdem manifeſtare debet.*

3 *Denũtiatio an debeat fieri ſcienti.*

4 *Scientia quando non ſufficiat ſine denuntiatione.*

5 *Denuntiatio ad quid fieri ſoleat.*

## REGVLA XXXI.

EVM, qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet.

1 ¶CAVETVR in iure, quòd venditor, qui ſciuit ſeruitutem deberi à prædio vendito, certiorare debet emptorem, aliàs tenetur actione ex empto ad intereſſe emptoris: hoc verum eſt, ſi emptor ignorauit ſeruitutem deberi: ſed ſi certus fuit ſeruitutem deberi, non oportet eũ vlterius certiorari, vt ff.de act.emp.l.j.s.ven

a ditori. [a] Itẽ † qui mãcipia vendunt,

2 certiorare debẽt emptores de moribus & vitiis: aliàs tenẽtur actiõe redhibitoria, vel quanti minoris, ſed ſi emptor intelligit vel intelligere poſſit, non eſt certificatio vẽditoris neceſſaria, vt ff.de ædil.edi.l.j.§.aiunt. & §.ſi intelligatur.& l.ſi tamen.§.ei qui ſeruum. Quid autem venditor ſciens ſeruitutem vel vitium dicit ſe nolle teneri nomine ſeruitutis vel vitiorum: dicendum eſt, hoc ge-

b nerale pactum [b] nõ trahi ad ea quæ venditor ſciuit, ſed ad ea quæ ignorauit venditor, vt ff. de act.emp.& vendit.l.quæro.& arg.de hære.ven.

3 l.hoc autem. † Sed oppono, & videtur quod etiam ſcienti denuntiari oporteat, quia dicitur in iure, quòd qui vult habere liberã poteſtatem inchoandi accuſationem de adulterio vel ab adultero vel adultera. etiam poſtquàm adultera nupſit, denuntiare debet adulteræ ne nubat, quia intendit proponere accuſationẽ de adulterio. Quid ergo ſi adultera ſciuit, & poſtea nupſit ſine denuntiatione, non nocet ei ſcientia,



D excep. in his quib[us] vltra scien
tiam factum requirit. n[on] sufficit
q[uod] quis sciat. [illegible]
[illegible] colu. lib. [illegible] c 17

vt ff. de adul. l. denuntiaſſe. circa
princi. Dici poſſet, quòd ius illud
quod per denuntiationem reſerua-
re intendebat, erat odioſum, & ideo
ſola ſcientia ſine denũtiatione non
prodeſt. Sed contra hanc ſolutionẽ
eſt. ff. de pet. hære. l. item veniunt.
§. petitam. Nam & ibi agebatur de
re odioſa, id eſt de bonæfidei poſ-
ſeſſore conſentiendo malæfidei, &
tamen ſcientia ſine denuntiatione
operatur illud, quod operaretur de
4 nuntiatio. † Quare dicendum vide
tur, quòd in iis in quibus denuntia-
tio eſt de ſubſtãtia, non ſufficit ſim-
plex ſcientia, vt in d. l. denuntiaſſe.
& ideo eſt neceſſaria denuntiatio:
in ijs autem in quibus ſola ſcientia
eſt de ſubſtantia, non eſt neceſſaria
ſcienti denuntiatio. vt d. l. j. in fi. de
act. emp. & de ædil. edic. l. j. § ſi in-
5 telligatur. † In dubio autem præſu-
mendum videtur potius ſcientiam
c eſſe de ſubſtantia, [c] quam denun-
tiationem, cùm denuntiationes fie-
ri ſoleant ad hoc ſolum, vt qui erat
incertus certificetur. & in iſto du-
bio loquitur iſta regula. & d. l. item
veniunt. §. petitam. & quod vi aut
clàm. l. aut qui aliter. §. & ſi fortè.

ADDITIO.

a ¶ Vẽditori. Adde Bar. & Bal. ibi quã
do venditor teneatur de ſeruitute
emptorem certiorare, & tex. & Bal.
in l. quod ad ſeruitutem. ff. de euict.
& quid ſi vendit prædium quod af-
ferat herbam peſtiferam, & nõ de-
clarauit, vide tex. in l. pen. §. fi. & ibi
Bald. & Salic. C. de ædil. act. ſicut in
ſimili quando venditur fundus, &
habet malos vicinos, quòd vendi-
tor tenetur illud exprimere: vt l.
quod ſæpe. §. fin. ff. de contrahen.
emp. & ven. & l. fi. & ibi Bald. & Sa-
lic. C. de pact. inter empt. & vend. &
quęno. Bal. in l. ij. ver. iiij. caſus. C. de
peric. & cõmo. rei vẽd. Et vltra not.
Dy. quando venditor equi vel alte-
rius rei ſe mouẽtis teneatur de mor
bo vel vitio, dic quod tenetur, ſiue
venditor ſ. iuerit, ſiue nõ, vt eſt tex.
in l. ſi in emptione. §. itẽ ſi. ff. de con
trah. emp. & in l. j §. cauſa. ff. de ædi.
edicto. & idem eſt in libris mendo-
ſis venditis, vt eſt gloſ. in dict. l. j. in
prin. de ædil. edic. & Bal. in l. j. C. eo.
tit. & ad omnia ſupradicta vide
Ang. Aret. in §. in duplũ. col. iiij ver.
& primò quæro. inſt. de act. vbi po-
nit plures ſingulares q. quando ven
ditor teneatur de vitio. & morbo rei
venditæ: maximè vbi expreſſit vi-
tium quod habebat cum pluribus
quæ non habebat. & Cyn. Bal. & Sa-
ly. in d. l. j. C. de ædil. act. & Spec. tit.
de emp. & vend. §. nunc dicendum.
& Ang. Aret. in §. prætorum edicta.
inſtit. de iure natur. & Abb. & ibi
Bellenz. in addit. in c. iniuſtum. de
rerum permut. & Chriſtop. Porc. in-
ſtit. de ſuſpec. tut. col. vlt. & deciſ.
Capel. Thol. cccevij.
b ¶ Pactum. Adde ad iſtam q. Bart. &
Bal. in d. l. j. §. venditor. de act. empt.
& Bar. in l. tenetur. §. fin. eod. tit. vbi
non valet etiam pactum, quòd de
euictione non teneatur venditor.
& Bald. in l. ſi traditio. in v. q. C. de
act. empt. & in l. nõ dubitatur. & ibi
Cyn. C. de euict. & vide Spec. in d. ti.
de emp. §. nunc dicendũ. verſ. quid
ſi venditor equi, cũ ver. ſeq. & Doct.
ſuprà in præcedẽti apoſtil. alleg. &
Ang. Peruſ. & Alex. Imol. in l. ſi quis
cum aliter. col. vlt. ver. vlt. tenẽ men
ti. ff. de ver. obli. & pulchrè Bart. &
ibi Alex. in addit. in l. emptorem. §.
qui autem. ff. de act. empt. & Ioann.
And. in addit. Spec. de empt. § fin. in
princip. & Bald. in l. j. C. de peri. &
commo. rei vend. & Ro. ſin. 284. in-
cip. nunquid ſi. & Lud. Bolog. in ſuis
primis interpret. in l. qui libertatis.
ff. de euict. & deciſ. Ca. Tho. ccclxj.
c ¶ Subſtantia. Adde, quòd Bart. in l.
j. §. fin. de act. empt. reprehendit
Dy. hîc, vbi dicit quòd quandoque
denuntiatio fit ſolum ad certifican
dum aliquem, non ad alium finem
& tunc ille qui eſt certus non debet
certiorari, vt d. l. j. §. fi. & hac regu-
la & l. item veniunt. §. petitam. hîc
alleg. quãdoque denuntiatio fit vt
incitetur ille cui fit denuntiatio ad
aliquid faciẽdum: vt ſi denuntietur
vẽditori, quòd mouetur lis empto-
ri, vt veniat ad defendendum em-
ptorem: tunc ſcienti eſt denuntian-
dum quòd defendat, vt l. qui abſen-
tem. & ibi Bar. ff. de procur. & caſus
eſt in d. l. denuntiaſſe. in princ. & §.
quid ergo. vbi etiam Bart. reprehen
dit Dyn. hîc. ff. de adulter. & tenent
Bart. Bald. & Salyc. in l. j. C. de peric.
rei vend. & idem tenet Bartol. in l.
emptor. C. de euict. licet Cyn. ibi in
iij. q. ſequatur Dyn. hîc ſequitur Bar.
& in l. empti. act. eod. tit. & ibi vide
Bar. & Alex. & Barth. Soci. in l. ij. §.
fi. col. v. in glo. in verbo, ſcire. ff. ſol.
mat. vbi Doct. ſequuntur Bart. & vi-
de latè Alexan. poſt Bar. in l. non ſo-
lùm. §. morte. in vlti. char. ff. de no.
oper. nunt. & Bart. & Bald. in l. item
veniunt. §. petitam. hîc alleg. & ibi
Alex. in addit. ad Bar. & tenet Abb.
opin. Bar. in c. fin. in gl. j. de contrah.
emp. & ibi de Bellenzi. in addit. vbi
ponit tres limitationes quas poſue-
rat Alexan. in d. l. ij. §. fi. ff. ſol. mat. &
vide Bar. in l. qui vxori. §. quid ergo.
ff. de adult. & tenet Spec. ti. de emp.
§. fi. in fi. licet Ioan. And. ibi in addi.
repetat dicta Dyn. hîc, & non aper-
tè decidit. & idem glo. Bal. & Card.
Alex. in c. j. ſi de feudo vaſal. ab ali-
quo interpel. fuerit. & quomodo ſit
faciẽda denuntiatio venditori, vi-
de ibi, & Doct. s. alleg. in l. emptor.
C. de euict. & Ang. in l. libera. C. de
ſentent. & interlocut. omnium iud.
vbi opi. Barto. dicit non ſeruari de
conſuetudine. & Bal. in l. ſi cũ quæ-
ſtio. C. de eui. & in d. l. emptor. adde
gl. & Lud. Bolo. in ſuis primis inter-
pret. in clement. cauſam. in fin. de
elect. & Angel. conſil. clxxvj. incip.
in facto. & Fely. in c. cum cõtingat.
col. iij. vſque ad fin. de reſcript. & in
c. cum M. Ferrarienſis. col. xxij. in fi.
de conſtit. & deciſ. Capel. Tholoſ.
ccccevij.



## In reg. Non licet. Argumenta.

1 *Dilatio concedi debet reo, quæ con ceditur actori.*
2 *Actori negatur, quod reo non cõ ceditur.*
3 *Reus ordinarium ſuum recuſare nõ poteſt, actor vnum de pluribus eligere poteſt.*
4 *Actor reo iudicem ſuum auferre poteſt per reſcriptum.*
5 *Actore & reo volẽte probare dominium, vter præferendus.*
6 *Reus an audiri debeat probare volens ad ſe pertinere, ſi actor in probatione defecerit.*

## REGVLA XXXII.

NOn licet actori quod reo licitum non exiſtit.

1 ¶ † LEGISTÆ ponunt exẽplum
iſtius regulæ, quòd ſi actori petenti
datur dilatio propter teſtes, ergo &
reo. quod exemplum locum habe-
ret ſi regula poneretur affirmatiuè:
videlicet, quod licet actori, licere
debet & reo. & multo plus vt patet
in exceptionibus opponẽdis ſuprà
eodem, cap. nullus. & ff. eod. l. nemo
ex iis. Et in numero dilationum.
vt C. de temp. in integ. reſt. l. peten-
a dæ. & ff. de feri. l. in pecuniariis. [a]
a & in pluribus aliis. † Eſt ergo
exemp

exemplum conueniens vt ſi dene-
gatur reo poteſtas producendi te-
ſtes pro didicita teſtificata, ergo &
actori, vt in authent. de teſtib. §. il-
lud tamen. col. vij. quia communi-
ter loquitur de vtroque: quia rei
conditio fauorabilior eſt, quàm a-
ctoris. Item ſi reo non licet reuoca-
re procuratorem poſt litem conte-
ſtatam: ergo nec actori, vt ff. de pro
curat. l. poſt litem. & l. quæ omnia.
¶ Opponi autem poteſt ad regulam
dupliciter, & de duobus quæri po-
3 teſt. † Primo, quia videtur quòd plus
liceat actori quàm reo. Certum eſt
quòd reus non poteſt ordinarium
ſuum recuſare, vt C. de iuriſd. omn.
iud. l. nemo. & tamen actor eligere
poteſt vnum de pluribus ordinariis
rei, & conſequẽter alium recuſare,
vt C. de epiſc. & cler. l. cum clericis.
in princ. Sed dici poteſt quòd cum
omnis diffinitio in iure noſtro peri
culoſa ſit, ſicut & pleræque fallunt
4 quandoque, & hæc ita. ¶ † Item op-
ponitur quòd actor poteſt auferre
reo iudicem ſuum per reſcriptũ ad
extraordinarium iudicem impetra
tum, vt C. de dila. l. ſi quando. Et ta-
men reo non licet ſuper hoc reſcri-
ptũ impetrare, vt in auth. vt omnes
obe. iud. §. hæc conſiderãtes. col. v.
& C. vbi de crim. agi oportet. auth.
qua in prouincia. Solutio vt in prin.
5 † Quæri autem poteſt, ſi actor ſit pa
ratus probare de iure dominij rei
de qua agitur, & reus eodẽ tempo-
re ſuper iure dominij probationes
offert, quis eorum præferẽdus ſit in
probãdo? & videtur quòd reus: quia
in iure pari fauorabilior eſt eius
cauſa, vt infrà eod. c. in re pari. & ff.
de verb. oblig. l. ſi ſeruum. §. ſequi-
tur. & de doli excep. l. apud Celſum.
§. Marcellus. & videtur expreſſum.
C. de inoffic. teſtam. l. liberi. & ff. de
prob. t. l. circa. & de lib. cauſ. l. cui
neceſſitas. ſed credo ſequẽdam eſſe
opin. Azonis, videlicet quòd ex or-
dine primo recipiantur probatio-
b nes actoris, poſtea probatiões rei, [b]
6 arg. C. de fal. l. ſi. ¶ † Itẽ ſolet quæri,
nunquid in qualibet cauſa audiatur
reus, ſi velit probare rem ad ſe per-
tinere, actore in probatione defi-
ciente? & videtur quòd non: quia
cùm in vtroque caſu ſequatur abſo
lutoria. vt C. de eden. l. qui accuſare.
& de rei vend. l. vlt. & inſtit. de in-
terd. §. commodum. & videtur ſua
non intereſſe, & propterea non au-
diendus. C. de proba. l. ad probatio-
nem. Sed dicẽdum eſt ſua intereſſe:
quia ſi probet rem ſuam eſſe, conſe
c quitur ius [c] agendi, allàs conſequi-
tur ſolùm ius excipiendi, vt ff. de iu
reiur. l. ſed & ſi poſſeſſori. & ideo
auditur, argum. ff. de prob. l. circa. &
quia regulariter quod licet actori
licere debet reo, vt dictum eſt.

ADDITIO.

a ¶ L. in pecuniariis. Adde ibi Doct.
& nota quòd in cauſis ciuilibus quo
ad dilationes dandas: quamuis reo
non poſſint dari plures dilationes
numero quàm actori, quia dilatio-
nes ſunt communes, vt d. l. petẽdæ.
& ibi Cyn. Bart. Bald. tamen poſſunt
maiores & lõgiores dari reo quàm
actori. gloſſ. in l. ſicut. §. ſed ſi quæ-
ratur. ff. ſi ſer. vend. quam ibi ſequi-
tur Bart. & Bald. de quo vide Ber. de
Bellenz. in addit. Abb. in c. duobus.
de re iud. & adde not. per Dyn. &
quæ ibi dico in addit. in regul. cum
ſunt iura partium ſ. eod.
¶ Adde Lanfran. de Oria. in c. quo-
niam contra. §. dilationes. num. 4.
verſic. ſed pone. & ibi poſui in apo-
ſtil. de probat. & dixi in apoſtil. ad
Panorm. in Procem. decret. num. 8.
verſi. in glo. in ver. qua ceſſante.
b ¶ Rei. Adde quòd idem tenet Ang.
Are. in §. ſi minus. col. viij verſ. quo-
modo. inſtit. de act. & hoc in cauſis
ord-



ordinariis: ſecus in cauſis ſumma-
riis: quia tunc dilationes debent ab-
breuiari, & terminus ad proban-
dum pariter dabitur reo & actori,
vt habetur in cle. ſæpe, de verb. ſign.
ſecundum eum, & ita tenet gloſſ.
Bart. & Bald. in l. circa. ff. de probat.
& ibi Flor. & Cyn. in l. actor. in vj. q.
C. de probat. vide Bald. in l. fruſtrà.
in fin. C. de probat. & in l. ij. C. vt in-
tra cert. tem. crimi. q. termin. ſed ho-
die in regno Franciæ plebiſcitatur
ad omnes fines, & admittũtur actor
& reus ad probandum, & qui me-
lius probat, ille obtinet, ſecus in cau
ſis ſummariis.
c ¶ Ius. Adde quod idem tenet gloſſ.
& Doct. ſ. proxim. poſtil. allegat. &
Cyn. in d. l. actor. in v. q. & gloſſ. fin.
C. de falſis. & gloſſ. in c. ex inſinua-
tione. in fin. de procur. volendo glo.
Dyn. hic & Doct. ſupradicti, quòd
ſi reus probauit rem ſuã eſſe, quòd
iudex debet declarare eum domi-
num, & idem Inno. in c. ex conquẽ-
ſtione. de reſtitut. ſpol. ſed Hoſt. ibi
tenet contrarium. & Bal. in d. l. cir-
ca. in antiqua lect. & Abb. in d. c. ex
conqueſtione. in iiij. q. poſt plura
verba. tamen Flor. in d. l. circa. ad
fin. dicit, quòd opinio Dyn. & ſe-
quacium eſt vera & communis. vn-
de dicit ibi Bart. quòd ad euitan-
das opin. debet addi clauſula, non
ſe aſtringens, de qua dixi in regula,
nullus. in prima addit. Adde Bald.
in materia in d. l. fruſtra. in ij. oppo.
de probatio. C. & Ang. Aret. in §. j.
col. penult. verſic. in gloſ. dicat. & ibi
Iaſ. col. xix. inſtit. de act. & Abb. &
Felyn. in c. cùm cauſ. in princ. de re
iudic.

## In reg. Mutare.
## Argumenta.

*1 Eligens, conſilium mutare non po-
teſt in detrimentum electi.*
*2 Mandatum reuocare licet re in-
tegra.*
*3 Reuocatio mandati an & quãdo
noceat mandatario exequẽti man
datum.*
*4 Variatio quãdo & in quibus per-
mittatur.*
*5 Filius qui hæreditatem paternam
repudiauit, an poſſit ad eandem
reſtitui.*

## REGVLA XXXIII.

MVTARE conſiliũ quis
nõ poteſt in alterius de-
trimentum.

1 ¶ IN † eligente commodè poni po
teſt exemplum, qui non poteſt mu-
tare conſilium in detrimentum ele-
cti poſt ſcrutinium, cum per ele-
ctionem quæſitum ſit electo ius pe-
tendæ confirmationis. vt ſ. de elect.
c. publicato. & de elect. c. nulli lice-
re. lib. vj. & de opt. leg. l. apud Aufi-
dium. item poni poteſt in iudican-
a te & contrahẽte, & in confitente: [a]
de quibus omnib⁹ plenè per omnia
dictum eſt ſ. eod. c. quod ſemel. &
ideo ibi dicta hic repeti poſſent.
2 † Sed opponitur & videtur quòd li-
cet mutare conſilium: quia certum
eſt, quòd licet reuocare mandatum
re integra: ergo licet mutare conſi-
lium. vt ff. mand. l. ſi mandauero ti-
3 bi. §. ſicut. † Sed dicendum eſt quòd
reuocatio procedit ſine detrimento
alterius, quia ſi ignoratur reuoca-
tum, reuocatio non affert damnum
b ignoranti. [b] vt ff. de ſolut. l. cùm
quis. §. ſi debitorem. & de donat. l.
hoc iure. §. ſi quis dederit. ſi ſciuit,
damnum ſua culpa ſentit, & ideo
fictione iuris ſentire non videtur,
vt in regula iur's. Item opp. & vide-
tur quòd liceat variare & conſe-
quente-

quenter conſilium mutare, vt ff.de
collat. l. nonnunquam. & rerum a-
mot. l. de rebus. & de act. empt. l. ſi
ſterilis. §. vl. & de lib. leg. l. Aurelius.
§. pen. † Sed dicendum [c] eſt, quòd
4 aut varietas deprehenditur circa
c eandem rem, aut circa diuerſas, quę
nullam connexitatem habent, aut
circa diuerſas quæ ratione conne-
xitatis habentur eiuſdem loco. Pri-
mo caſu eſt prohibita variatio, vt
hîc. & s. eod. c. quod ſemel. & ff. de
leg. j. l. ſerui electione. & l. huiuſmo
di. §. Stichum. & de leg. ij. l. ſtatuli-
berum. §. Stichum. & de bonis li-
5 ber. l. nam abſurdum. † fallit in fi-
d lio [d] cui fauetur circa hæreditatem
paternam, licet videatur ſemel re-
pudiaſſe, vt ff. de collat. bon. l. non-
nunquam. & de iure delibe. l. ſi quis
ſuus. & C. de repud. hæred. l. fin. in
ſecundo caſu variatio admittitur,
vt d. l. ſi ſterilis. §. fi. & rerum amot.
l. de rebus. Tertio caſu reprobatur,
vt ff. de procu. l. in cauſæ. & de vſur.
l. Caius. & de damn. infect. l. prætor.
§. vnde quæritur. & de adminiſtra.
e tut. l. cùm quæritur [e] Dynus.

ADDITIO.

a ¶ Confitente. Ad hanc regul. vide
Dec. in l. nemo poteſt mutare. ff. eo.
tit. & Alexã. plenè in l. in ratione. §.
ſi filio. col. fin. verſic. in ead. in fi. nu.
7. & 8. ff. ad leg. Falcid. G. S.
b ¶ Ignoranti. Adde Bart. & ibi Alex.
in addit. in l. cum quis. §. ſi debito-
rem. ff. de ſolut. & pulchrè Felyn. in
c. ex parte decani. col. viij. cum ſeq.
vſque ad finem. de reſcript. vbi vi-
deas quando reuocatio procurato-
ris non fuit notificata parti vel pro-
curatori ad recipiendum debitum,
vel renuntiandum beneficium in
manibus ſuperioris conſtituto no-
ceat. & ibi bene not. plures amplia-
tiones & limitationes ad clem. j. de
renunt. & Ludouic. Bologn. in c. au-
ditis. de procur. & in c. ij. eod. tit. in
primis interpret. & Hippo. de Mar-
ſil. in ſingul. lviij.
¶ Adde an procurator reuocatus o-
bliget dominum ipſum, & dic quòd
ſic per text. in l. ſed & ſi pupillus.
verſi. ſed ſi aliàs, iuncta gloſſ. ff. de
inſtitut. quem ad hoc pro ſingulari
refert Rom. ſing. cccclxxiij. incip.
variant continue. Sed an procura-
tore ad negotia conſtituto, reuoca-
to abſque notificatione, damnifica-
tus poſſit agere ad intereſſe contra
reuocantem? & dic quòd aget act.
de dolo: vt eſt caſus in l. quidam
debitor. iuncta gloſſ. in verſic. j. ſe-
cundum Bart. & Ludo. ibi ff. de do-
lo. refert & ſequitur Rom. ſing. ccl-
xxxvj. incip. procur. ad neg.
c ¶ Dicendum. Adde quando quis
poſſit mutare conſilium, Bald con-
ſilio occliiij. lib. iij. & Dyn. & ibi
Bart. in l. de rebus. & ibi Alexand. in
addit. ff. rerum amot. & Bald. & Mo
der. in l. ſi cum dotem. §. eodem. ff.
ſolut. matr. Et not. quòd licet con-
ſultori qui malè conſuluit mutare
conſilium, vt notat Bald. in l. fin. §.
ſed cum in ſecundam. C. de furt. &
ibi Alexand. in addit. & Bald. Ioan.
Fab. & Angel. Aret. in §. his itaque.
in fin. inſtit. de iuſtit. & iure & Bart.
in l. ſerui. electione in princip. ff. de
leg. j. & in l. ſi ſterilis. §. fin. ff. de act.
empt. Et in varietate Docto. & ſan-
ctorum quid tenendum, vide Felyn.
in c. ne inniti. col. j. verſic. fallit. ij. de
conſtit. & in c. j. de præſumpt.
d ¶ Filio. Etiam emancipato: quia ho
die bona ſunt extenſa ad omnes li-
beros: & conſequenter idem in fi-
lia, per §. nulla. in authent. de hære-
dib. ab inteſta. facit quod not. Bart.
& Iaſ. in l. iij. C. de iur. & fac. ignor.
& quæ ibi dixi. & in conſuet. Pari-
ſienſ. §. cxxvij. C. M.
e ¶ L. cum quæritur. Adde Dyn. hoc
idem apertius declarantem in cap.
cui licet. verſic. Item oppo. de l. in
cauſæ. infrà eod. F. C.



## In reg. Generi.

### Argumenta.

1 *Generi per ſpeciem derogatur in legatis.*
2 *Legato generis pro caſu per ſpeciem non derogetur. & nu. ſeq.*
4 *Legatũ de duabus ſtatuis marmoreis, & item de omni marmore factum, qualiter intelligendum.*
5 *Genus quando reſtringatur per ſpeciem.*
6 *Specierum enumeratio quando genus reſtringat ad enumeratas.*
7 *Species quando dicantur enumeratæ gratia dubitationis tollendæ.*
8 *Legato ſub nomine vniuerſali an derogetur per aliud minus vniuerſale.*
9 *Genus an quãdoque deroget ſpeciei.*
10 *Enumeratio generalis ſpecierum an operetur idem quòd ſpecialis.*
11 *Species an reſtringat genus in ſubſtitutionibus.*
12 *Contractus ſpecialis quando derogat generali.*
13 *Species an deroget generi in legibus.*
14 *Statuta locorum & conſuetudines in facto conſiſtunt.*
*Conſtitutio nõ extenditur ad non cogitata, & quæ in facto alieno conſiſtunt.*
15 *Reſcriptum ſpeciale derogat genenerali.*
16 *Argumentum de legatis ad reſcripta validum eſt.*

## REGVLA XXXIIII.

GENERI per ſpeciem derogatur.

a ¶ EXEMPLA iſtius regulæ [a] pe-
ni poſſunt in legatis, & in ſubſtitu-
tionibus, & contractibus, & in le-
1 gumlatoribus, & in reſcriptis. † In
legatis, quia ſi teſtator legauit vni
ſpeciem, & alteri genus: generi per
b ſpeciem derogatur [b]. ff. de leg. iij. l.
vxorem. §. feliciſſimo. & ſeruis vr-
banis. §. pen. Item ſi legat libertis
alimenta in genere, & vni liberto-
rum legat alimenta in ſpecie, ille
cui legatur in ſpecie: non admitti-
tur ad legatum generale, vt ff. de
alim. leg. l. alimenta. §. baſilicæ. & l.
Stichus. in princ. ¶ Sed oppo. & vi-
detur quòd generi per ſpeciem non
2 derogetur. † Nam ſi teſtator legat
vni genus. & eidem ſpeciem, per e-
numerationem ſpecierum non de-
c rogatur legato generis, [c] vt ff. de
d fundo inſt. l. quęſitum. §. vlt. Dicũt [d]
quidã, quòd aut legatur vni genus,
& alteri ſpecies, & tunc generi per
ſpeciem derogatur: aut legatur vni
& eidem genus & ſpecies, & tunc
generi per ſpeciem non derogatur,
quaſi ſpecies ex abundãti videatur
apponi, vt in l. quæſitum. quod fal-
ſum eſſe apertè apparet: quia in l.
cum delanionis. §. cui fundum. & §.
quidam. & l. Seiæ. in princip. ff. de
fund. inſtr. eidem legauerat genus
& ſpeciem, & tamen generi per ſpe
ciem derogatur, quia legatum gene
ris reſtrictũ videtur ad ſpecies enu-
meratas. & idẽ probatur de ſupell.
3 leg. l. legata. † & ideo videtur latius
diſtinguendũ quàm Gloſſa. iuris ci-
uilis diſtiguãt: quia aut teſtator le-
gat vni genus, & alteri ſpeciem: aut
legat eidẽ genus & ſpeciẽ: ſi vni ge
nus & alteri ſpeciẽ, generi per ſpe-
ciem derogatur, vt d. l. vxoré. §. feli-
ciſſimo. ſiue primò genus, & poſtea
ſpecies

ſpecies,ſiue primò ſpecies & poſtea
genus legatur,vt ff.de manumiſ.te-
ſta.l.ſi peculium & d.l.quæſitum.§.
vlt. in ſecundo caſu, ſcilicet quan-
do legat eidem genus & ſpeciem,
aut extra legatum generis enume-
rat ſpeciem aut enumerat indiui-
dua, quæ ſub certa ſpecie eiuſdem
generis continentur. ſi enumerat in
diuidua,enumeratio operatur ꝙ le-
gatum generis non extenditur ad
alia indiuidua quæ ſub eadem ſpe-
cie continentur, ſiue præcedat le-
gatum generis, & ſequatur enume-
ratio indiuiduorum, ſiue econtrà.
4 †verbi gatia: lego Titio duas ſta-
tuas marmoreas. Item omne mar-
mor. Et licet ſimiles ſtatuas marmo
reas habeã, nulla cedit in legatum
præter duas,vt ff.de leg.iij. in l. hæ-
res meus.§.j.& d.l.cum de lanionis.
§.cui fundũ.& de auro & arg. leg. l.
j.§.itẽ ſi duæ. Si verò enumerat ſpe-
cies indiuidua continentes:aut pri-
mò ſpecies,& poſtea copulatiuè ge
nus:aut ecõtra primò genus,& po-
ſtea ſpecies. Primo caſu videt᷑ am-
pliare legatum & non reſtringere,
vt ff. de leg.iij.l. hoc legatum. & l.
ea tamen. Sed contra iſtud mẽbrum
diſtinctionis videtur apertè. ff. de
vino,trit.& oleo leg.l.fin.§.cui dul-
e cia.[e] † Nam ibi primò enumeran-
5 tur ſpecies, & poſtea genus: & per
enumerationem ſpecierum reſtrin
gitur ſignificatio generis. ſed illud
ibi non contingit propter enumera
tionem præcedentẽ ſpecierum:ſed
propter naturam copulatiuæ & rei
copulatæ, vt ibi apparet dum dicit,
ex collatiõe vini,& c.& arg.de fun-
6 do inſtru.l. Seiæ.§.Caio. † Secundo
caſu quãdo primò genus, & poſtea
ſpecies & tunc habet locum diſtin
ctio gloſſæ iuris ciuilis poſita in
præalleg.l quæſitum.§.vlt. quia aut
ſpecies enumerantur ab errante,aut
à ſciente:ſi ab errante enumeratio
nihil operatur.& ideo legato gene-
rali relicto non videtur detractum,
vt ff.de ſupellec.leg.l.legata.in prin
cip.ſi à ſciente,aut cauſa dubitatio-
nis tollẽdæ, aut cauſa limitationis,
aut dubitatur. Primo caſu ſpecies ex
abundanti enumerantur: quia po-
tius ad maiorem euidentiam viden
tur enumerari, quàm vt derogetur
legato generis, vt ff. de aur.& arg.
leg.l.pediculis.§.Labeo.& ff. eod.l.
quæ dubitationis. Secundo caſu le-
gatum videtur reſtringi ad ſpecies
enumeratas,& ideo genus ex abun-
danti exprimitur, cum eius expreſ-
ſio nihil operetur:vt ff.de fundo in-
ſtru.leg.l.cùm de lanionis. §. quidã.
& l.Seiç.in prin.ac de ſupellect.leg.
7 l. legata.j.ij.& iij. reſponſ. † Tertio
caſu quando dubitatur, dicendum
eſt potius quod gratia tollendæ du
f bitationis [f] videatur exprimere ſpe-
cies, & ideo legatum generis non
diminuitur: vt d. l. quæſitum. §. ſi
quis fundum. qui propriè loqui vi-
8 detur in caſu dubio. † Quid autem
ſi vni legaret ſub nomine vniuerſa
liori,alij ſub nomine minus vniuer
g ſali? [g] dico quod vniuerſalius ha-
h betur loco generis,minus [h] vniuer-
ſale habetur loco ſpeciei: & ideo
per minus vniuerſale derogatur v-
niuerſaliori, ſicut generi per ſpeciẽ.
Verbi gratia: ſi filio legat hortum
inſtructum, filiæ verò argentum
muliebre quod in horto habuit, il-
lud ad filiam pertinebit,vt ff.de fun
do inſtr. l. quæſitum.§.fin.& arg. de
legat. iij. l. vxorem. §. codicillis.&
de pecul.leg.l. ſeruo manumiſſo.&
de auro & arg.leg.l.j. §. Idẽ eſt cùm
alteri. Item opponitur ad regulam:
9 & videtur † quòd ſpeciei per genus
derogatur,& non econuerſo: quia
ſi primò lego alimenta quibuſdam
libertis,poſtea lego alimenta omni
bus, per generale videtur eſſe re-
ceſſum à ſpeciali, vt ff. de alim.leg.





l. libertis. Dicendum eſt quòd aut
generale & ſpeciale exprimũtur in
eadem voluntate, aut in diuerſis: ſi
i in eadem voluntate[i], tunc ſpecia-
le derogat generali, ſiue præcedat,
ſiue ſequatur, vt ff.de alimen.leg.l.
legata. §. baſilicæ. & l. Stichus. in
princ. Si in diuerſis, poſterius dero-
gat priori,vt d.l.libertis.in princ Se-
cundo caſu ſiue exprimatur in eadẽ
voluntate, ſiue in diuerſis:item ſiue
præcedat generale, ſiue ſpeciale,
ſpeciale derogat generali, vt ff. de
leg.iij.l.vxorem.§.codicillis,in ter-
tio caſu videtur neutrum alteri de-
rogare.ff.de alimẽ.leg.l.alio.in fi.&
de annuis leg.l. Titia.§.qui Marco.
10 †Item opponitur & videtur quòd
ſpecierum expreſſio generalis nihil
operetur: quia quod operatur ex-
preſſio ſingularum ſpecierum, hoc
operatur ſola expreſſio generis ſub
k qua ſpecies continetur [k], vt ff. de
legat.iij.l.ſi chorus in princip.& de
vſu & habitatio. l. ſi ita. in princip.
Reſpondeo & dico quòd vbi ſo-
lùm genus exprimitur, tunc perin-
de habetur,ac ſi exprimerentur ſin-
gulæ ſpecies in genere comprehen
ſæ,vt in prçalleg.l.ſi chorus.ſed vbi
exprimitur genus & ſpecies, habet
11 locũ diſtinctio ſupradicta. †In ſub-
ſtitutionibus autẽ poſſet poni hoc
modo exemplum,pone,teſtator in-
ſtituit patrem & filium inſolidum
in vna parte,& eos inuicem ſubſti-
tuit. Secũdo inſtituit alios hæredes
ex reliquis partibus. Tertio dicit,o-
mnes inuicem ſubſtituo. iſta enim
ſubſtitutio generalis,non extẽditur
ad patrem & filium,qui erant inui-
cem ſubſtituti,vt ff.de vulg.& pup.
l ſubſtit. l. cohæredi.§.qui patrem [l].
Sed contra hoc videtur.ff.ad Treb.
l.vlt. vbi per ſubſtitutionem ſpecia
lem non derogatur generali. Sed
m ibi [m] erant ſpecies ſubſtitutionis
diuerſæ: quia prima ſpecialis erat
vulgaris ſiue reciproca,ſecunda ge-
neralis erat & fideicommiſſaria.ſed
in §. qui patrem. ſpecialis & gene-
ralis erant eiuſdem generis, quia
vtraque vulgaris ſiue reciproca, &
ideo generali derogatur per ſpecia-
12 le.† In contractibus [n] autem patet
n exemplum. ff. de verb. oblig.l.doli
clauſula.& l.ſtipulationes commo-
diſſimum. quia ſi ſtipulor ab aliquo
librum ſcribi de die, & non de no-
cte,per ſe,& non per diſcipulum,&
dolum generaliter non cõmitti, &
ipſe ſcribat per alium ęquè malum,
non per diſcipulum, cõmittitur ſti-
pulatio ex generali clauſula de do-
lo:ſed ad caſum in ſtipulatione ex-
13 preſſum non pertinet. †In legumla
o toribus [o] patet exemplũ.ff. de pœn.
p l.ſanctio [p] legum. Itẽ ſuprà de con-
ſtit.c.j.lib.vj.vbi per cõſtitutionem
generalem editam à Romano Pon-
tifice,nõ derogatur ſpecialibus ſta-
tutis rationabilibus aliorum loco-
rum, niſi in conſtitutione generali
contrarium caueatur expreſsè. Sed
cõtrà videtur.ff.de ſepulc. viol.l.iij.
§.diuus. vbi per reſcriptũ imperia-
le ſequens,derogatur conſuetudini
ſpeciali alicuius loci. ſed prout va-
riis modis punctatur, poteſt variè
reſponderi. Vel poteſt dici, ꝙ ſuprà
de conſtit.c.j.eſt ius nouiſſimũ iure
canonum introductum.& rationa-
14 biliter. †quia ſtatuta locorũ & con
ſuetudines in facto conſiſtunt:& ve
riſimile eſt Romanum Pontificem
ignorare ea,quæ in alieno facto cõ
ſiſtunt: ideo non videtur voluiſſe
conſtitutionem extendi ad ea tol-
lenda quæ ignorauit, cùm conſti-
tutio extendi non debet ad tollen-
da ea de quibus conſtituens nõ co-
gitauit, vel non eſt veriſimile cogi
taſſe,arg.ff.de tranſact.l.cùm Aqui-
liana. & l. qui cum tutoribus.§.j.&
§.fi.& l.non eſt ferendus.& de con-
trahen.empt.l. in lege.& de acquis

15 hæred.l.nec is.& l.ſi is ad quem.† In reſcriptis patet etiam q quòd ſpeciale derogat generali, vt ſ.de pręben. c. dudum. & c. quamuis tibi. lib.vj.

16 † quæ dicta ſunt ſuperius in legatis trahi poſſunt facile ad reſcripta. Dyn.

ADDITIO.

a ¶ Regulæ. Qualiter ſpecies, quæ generi derogat, comprehendatur ſub illo genere, vide Dyn. ſ. in prooœm. num.10. F. C.

b ¶ Derogatur. Etiam ſi legatum generis redderetur inutile, ſecundum Deci.in l.in toto.num.13.ver.ij.ampliatur.ff.eod.

c ¶ Generis. Vide gloſ.in l.maritus.in ver.præſcripſerit.in fi. C. de procurator. G. S.

d ¶ Dicunt. Adde ad not.hîc per Dyn. quando in legatis per ſpeciem generi derogetur, pulchrè Bartol.in l. quæſitum.§.vlt.de fundo inſtru.qui latè tractat hāc materiam per quatuor quæſtiones prius pro euidentia materiæ declarādo qualiter hîc aſſumatur genus, ſpecies, & indiuiduum. & in hac materia vide ibi Alex.in addit.& hîc Ioann.Andr.& Moder.& Bartol.in l.ſi domus.ff.de leg.j.Abb.in c.j.& latius in c. paſtoralis.§.quoniam.col.j.de reſcript.& ibi Felyn.in princip.& vide Doct.in ſeq.addit.& Bart.& Alexan.in l.j §. hoc autem.ff.de noui oper.nunt.& vltra prædicta in legatis, vide Dyn. in l.cum quæſtio.C.de leg. & Bart. in l.alimenta.§. baſilicæ.& l. libertis quos in princ.& l. Stichus. ff. de alimen.& ciba.leg. & Bald.in l.Titiæ textores, in princ.ff.de legat.j.& in materia. Lud. Bologn.in l. quoniam. C. de conuenien. fiſci.debit. lib.x. in primis interpret. & Bald. conſil.xxxiij. incip. ad euidentiam. verſ.ſecundo præmittendum. lib.j. & in conſil.lxv.& in conſil.clx.eod. lib.& in conſil. ccclxxxv.col.ij.lib. iiij.& Abb.in c.ex parte.el.j.de offi. deleg.& Pau.de Caſt.in cōſ.clxxvij. in nouis.& Ang.in conſil.ccclv.in j. & ij.colum.incip.quæſtio prędicta.

Adde omnino quod notaui in tractatu meo clauſularum.in princ. in verb. clauſula generalis. & dixi in apoſt. ad Card.in clemen.j.in verb. generi.in princ.de præben. & iſtis adde quod notaui in apoſtil.ſeq.

e ¶ §.cui dulcia. Adde ibi Bart. quando enumeratio ſpeciei reſtringat ſignificationem generis. Abb. in c. ſedes. col.iij.& vlti. de reſcript. vbi alleg. hîc Dy.& ibi vide ſing. Felyn. col. ij. verſic. clauſula generalis. & Bald. in l.quoties. C. famil.herciſc. & Doct.ſuprà alleg.in pręced.addi. & Bald. conſil. cclx. in iij. vol.& in conſi.ccvij.eod.lib.& in conſ.cccij. colum.ij.verſic.ſequitur. lib.ij.& in conſil. cccxviij.eod.vol.

Adde Guliel.de Cugn.in l.fin.num.3.in verſ.generi per ſpeciem derogatur. C.de fer.Rebuf.l. de curionibus.nu. 3.C.de ſilentiar.lib.xij. Dyn.l.libertis.in ver. per ſpeciē derogatur. de alimen.leg.glo. in l.vxorem.§.feliciſſimo. in verb.generali. de leg.iij. Bart.in l. quæſitū.§.ſi quis fundum. in verſ. tractatus.poſt Alex.& alios ff.de fundo inſtru.

f ¶ Dubitationis. Hoc ait Deci. in d.l. in toto. tū demum procedere, cum ſpecies enumeratæ reſpiciunt actū legandi, ſecus ſi reſpiciant genus ipſum.

g ¶ Vniuerſali. Ad cognoſcendum quæ diſpoſitio ſit magis ſpecialis & quæ minus, vide Deci. in l.in toto. in princ.ff.eod. F. C.

h ¶ Minus. Idem Alexand. conſil.lxv. nu.7.lib.vij. vbi in annotatio. dixi Deci.conſil.xviij.col.j.conſil.xliiij. in fin.& conſ.ccclxxxij.nu.4.Hiero. Grat. conſil. cxxxviij. nume.14.lib. ij. C. M.

¶ Voluntate. Adde Bart.in l. quæſitum



tum.col.iiij.verſic. venio ad ſecundam. q. & videtur hîc eſſe defectus in diſtinctione Dyn. vt potes videre. vide Bar.in l.ſi conſul.de adopt. & Dyn.in l.Titia.§.qui Marco.aliâs incip.l. qui Marco.ff. de annuis leg. & in l. doli clauſula. & ibi Io.And. Imol. ff.de verb. oblig. poſt Bart.& Bald.

k ¶ Continentur. Adde eundem Dyn. in c.in generali.circa fi.j.eo. F. C.

l ¶ §.qui patrem. Adde ibi Bar, Bald. & Alexā. & Bart. in d.l.quæſitum.§. vlt.& Bar.in l.fi. ff. ad Trebel. aliter ſoluit arg.quàm Dyn.hîc,& ibi per eum vide.

m ¶ Sed ibi. Hanc ſolut.ſequitur Deci. in d.l.in toto.nu.12.

n ¶ In contractibus. Idem tenet Dec. vbi ſuprà, nu.11.

o ¶ Legum latoribus. Nunquid perpetuo vera ſit regu.in ſtatutis, vide Deci.d.l.in toto.num. 7.vbi latè diſtinguit. F. C.

p ¶ L.ſanctio. Adde quando in diſpoſitionibus legalibus ſpecialis deroget generali, Dyn.& quæ ibi dixi in addi.in regula, poſſeſſor.ſub nu.19. Bart. & Alex. in l.j.§. hoc autem. de no.oper.nuntia.& Alexan.in conſi. xix. verſicu. vltra prædicta. libro ij. & Bar. in l.libertis. in prin.ff.de alimen.leg. & in l.ſanctio legum.ff.de pœnis. & ibi Alex. in addit.& Bald. Angel.& Salyc.in l.qui ſepulchra.C. de ſepul. viol. & Ang. Aret. in tract. Malefic. in gl. caput à ſpatulis.in ij. q.& ibi Ang.Aret.& Bernar. Landr. in addit.& Bald.conſil.ccxx.col.penult.verſicul. quædam alia fuerunt. lib.iij. & vide amplè per Doct.ſuprà proximè alleg.quando pœna ſtatuti tollat pœnam iuris cōmunis, vel econtrà. de quo vide quæ dixi in §. xvj. in gloſſ.j.de iuriſd.omn.iudi.& Bart. in diſputatione ſua, incipien. Piſanæ ciuitatis. col. ij. verſic. viij. & Bart. in l.de quibus. ff.de leg.col. iij.verſic.oppo. ad fin.& ibi Alex.in addit. & etiam Bartol. in col. iiij in princ.ponunt, quòd conſuetudines conſiſtunt in facto, & maximè per Bart. & Alex. ibi in addit. in ij. q.& amplè ibi per Doctores. ac Moderni.in l.ij.C.quę ſit longa cōſuetudo.

Adde Bal. omnino in l. ea quidem.ad fin. & quod ibi poſui in apoſtil. ad ipſum. in verſic. generalis infamia. C.de accuſat.& ad materiam ſtatutorum, an generale reſtringatur per ſpeciale, vide omnino Alex.conſil. ciij.& ſeq.vol.iiij.

q ¶ Etiā. Adde Abb.& Fely.ſ.in j.& ij. addit.alleg. Et quid in priuilegiis, vide text. in c.veniens.de præſcript.cū ibi plenè not. & Lud.Bologn. in d.l. quoniam.de conuenien.fiſci.deb.& ad omnia dicta hîc per Dyn. vide Ang.in conſil.cx.col.j.verſic.porrò. & in conſil.ccxxiiij.

Quid in priuilegiis, mandatis, & arbitriis, vide Deci.in d.l.in toto.à nume.14.vſque ad fin.

## In reg. Plus ſemper.

### Argumenta.

1 *Quarta bonorum debetur, ſi eandem legare intendens dimidiam errore ſcripſerit.*

2 *Stipulatio, in qua interuenit interrogatio de maiore ſumma, & reſponſio de minore, valet quoad ſummam minorem.*

3 *Sententia à pluribus lata, valet in eo, in quo omnes conſenſerunt.*

4 *Abſolutus à fundi petitione, præſumitur abſolui à qualibet eius parte.*

5 *Stipulatio inutilis eſt, ſi de vno reſpondeatur de duobus alternatiuè interroganti.*

6 *Stipulatio redditur inutilis per di-*
*uerſitatem qualitatis inter inter-*
*rogationem & reſponſionem.*
7 *Imperium merum & iuriſdictio*
*ſunt ſpecies adinuicem diſtinctæ.*
*Plus quibus caſibus non contineat*
*minus.*

## REGVLA XXXV.

PLus ſemper in ſe continet
quod eſt minus.

1 ¶Vt † ecce ſi teſtator intendens le-
gare quartam partem bonorum:
ſcripſit dimidiam, debetur ei quar-
ta, quia in dimidia ineſt: vt ff. de leg.
j. l. qui quartam. & de hæredibus in-
ſtit. l. quoties. §. ſed ſi maiorem.
2 Item † ſi volens ſtipulari interrogo
de xx. & interrogatus reſpondeat
de x. valet ſtipulatio de decẽ. quia
maiori ſummæ minor ineſt, vt ff. de
a verbor. obligat. l. j. §. ſi ſtipulanti. [a]
3 Item † in ſententia, quia ſi vnus ar-
bitrorum cõdemnat in xv. alius in
x. & alius in v. valet ſententia in v.
cùm in v. omnes conſenſiſſe viden-
tur, ex eo ꝙ plus ſemper in ſe con-
tinet quod eſt minus, vt hîc. & ff. de
arbitr. l. diem proferre. §. ſi plures. &
4 ſuprà de arbitris. c. j. lib. vj. † Item
ſi ſim abſolutus à petitione totius
fundi, abſolutus videor à qualibet
eius parte, vnde in qualibet eiꝰ par-
te obſtat exceptio rei iudic. vt ff. de
except. rei iudic. l. Iulianus. & l. ſi
quis cum totum. & ff. de regul. iur. l.
in eo quod plus. & l. in toto. Item ſi
abſolutus ſum à petitione vniuer-
ſali, vt hæreditatis petitione, obſtat
exceptio rei iudic. vendicanti res
ſingulas ex eadem cauſa, vt ff. de
except. rei iudic. l. Iulianus. & l. ſi
quis cum totum, eadẽ ratione, quia
plus ſemper in ſe continet quod eſt
5 minus. Sed † contra regulam eſt,
quia ſi interrogo vtrum promittas
Stichum aut Pamphilum: & reſpon-
deas de Pamphilo tantum, ſtipula-
tio eſt inutilis, quia interrogatio
non videtur præceſſiſſe. ergo plus
non ſemper continet quod eſt mi-
nus, vt ff. de verb. oblig. l. inter ſtipu
lantem. §. ſi ſtipulante. Sed reſpon-
deo, & dico quòd ibi non impedi-
tur ſtipulatio valere ex eo quòd nõ
videatur interrogatio præceſſiſſe
de Pamphilo: præceſſit enim cùm
plus contineat in ſe minus: ſed ideo
impeditur, quia concepta alternati-
uè interrogatio de quolibet, videtur
concepta ſub conditione: ſcilicet ſi
alterum non detur. ff. de optio. leg.
6 l. cum ita. in prin. † Et ideò ſi reſpon
detur ad alteram pure: videtur inter
interrogationem & reſponſionem
in qualitate diuerſitas: quæ diuerſi-
tas qualitatis reddit ſtipulationem
inutilem, vt ff de verb. oblig. l. j. §. ſi
b quis ſimpliciter. Item [b] contra regu
lam eſt: quia ſi concedatur alicui
merum imperium, vt latrunculato-
ri, non videtur concedi cognitio de
c re pecuniaria [c]: ergo merum impe-
rium quod eſt plus, non continet in
ſe cognitionem cauſarum ciuilium
quod eſt minus, vt ff. de iudic. l. ſo-
7 lemus. §. latrunculator. Sed † dicen-
d dum [d] eſt, quòd merum imperium
& iuriſdictio ſunt ſpecies diſtinctæ
e adinuicem ſeparatæ [e], vt not. ff. de
iuriſd. omnium iudic. l. imperium.
& ideò vna conceſſa nominatim,
potius videtur altera denegata. vt
in §. latrunculator. arg. C. de procu.
l. maritus. & de pact. conuen. l. fin. &
ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. l. ſi ita
quis. & l. cum ex filio. §. filio. & l. ex
facto. §. item quæro. hic autem lo-
quitur de illo pluri ſub quo minora
continentur, vel comprehendun-
tur, vt ſpecies, vel partes. & eodem
modo reſponderi poteſt ad c. cui de
non ſacerdotali. ꝫ. de præben. quia
poſito etiam quòd non ſacerdota-
lis



lis eſſet maior quàm ſacerdotalis,
conceſſa non ſacerdotali videtur
ſacerdotalis potius denegata: quia
non ſe habent, vt pars & totum de
quibus loquitur regula, ſed habent
ſe vt diſtinctæ ſpecies & inuicem
ſeparatæ.

### ADDITIO.

a ¶ §. ſi ſtipulanti. Adde quando pluri
ſeu maiori ſummæ ineſt, pulchrè
Bart. & Alex. in d. §. ſi ſtipulanti. vbi
ponit Alex. regulam cum ſex fallen.
& aliquas quæſtiones ad materiam.
& vide hîc Doct. Moder. poſt gloſſ.
& Bart. in l. ſi vnus. §. ſi cùm mihi. ff.
de pact. limitat. niſi de volũtate par
tium appareat, vt in maiori quanti-
tate nõ contineatur minor, tũc non
habet locum hæc regula, vt not.
gloſſ. quam faciunt ſing. ibi Angel.
Alex. Franciſc. Aret. in j. col. & Lud.
Bologn. in ſuis primis interpret. in
d. §. ſi ſtipulanti. Item limita ſecun-
dum Alex. in conſil. clxxix. col. vlt.
verſi. nec etiã. vol. v. niſi diuerſæ &
ſeparatæ ſint diſpoſitiones, & vna
facta de maiori, & alia de minori,
quia tũc in maiori ſumma nõ com-
prehenditur minor, vt l. ex facto. §.
item quæro. ff. de vulg. & pupil. ſub-
ſtit. vide per Moder. in d. §. ſi ſtipu-
lanti. & Dy. j. in reg. in toto. & deciſ.
Capellæ Tholoſ. ccviij. & Deci. in l.
in eo. ff. eod. Limita vltra limit. hîc
poſitas, & alias quas ponit Alex. in
d. l. ex facto. §. item quæro. & in l.
Sempronius Proculo. ff. de leg. ij. vt
per Panor. in c. fi. de plus petit. ſcili-
cet hanc regulam non procedere,
quando negatiuè profertur: & ita
not. Archid. iij. q. ix. c. nihilominus.
b ¶ Item. Adde ibi Bar. Paul. de Caſt.
Imol. & Alexand. pulchrè, & in d. §.
ſi ſtipulanti. quòd magis vitiat di-
uerſitas in qualitate quàm in quan-
titate. & ratio eſt ſecundum Bart. &
Docto. in d. §. ſi ſtipulanti. quia di-
uerſitas in qualitate inducit diuer-
ſitatem circa ſubſtantiam obliga-
tionis, vt ſentit hîc Dyn.
c ¶ Pecuniaria. Adde an iudex male-
ficiorum cognoſcat de cauſa ciuili,
vide Innoc. in c. cum oporteat. de
accuſat. & Bald. & Bart. in l. pen. ff.
de calumnia. & Bart. & ibi Alex. in
addit. in l. interdum. §. qui furem. ff.
de furt. & Cyn. in l. ſi quis ad ſe fun-
dum. C. ad legem Iul. de vi publ. &
Bald. in l. teſtam. & ibi Doct. C. de
teſtamen. & Angel. Aret. poſt gloſſ.
in verb. tramites. in prooemio Inſtit.
col. vlt. & Bald. & Lud. Bolog. in ſe-
cundis interpret. in l. ſolemus. §. la-
trunculator. ff. de iudic. vbi dicit ꝙ
incidenter bene poteſt cognoſcere.
Inquantũ dicit iudicem maleficio-
rum poſſe cognoſcere incidenter
de cauſa ciuili, dic hoc verum vi-
uente eo contra quem eſt inchoata
cauſa criminalis: ſecus ſi moriatur,
quia contra eius hæredem pronun-
tiare non poſſet. l. diem functo. &
ibi Bar. ff. de aſſeſſor. ſecundũ Rom.
ſing. cccxxv. incip. quæro nunquid.
nec etiam contra tertium, vt not.
ſingul. Bart. in allegat. §. qui furem.
quod intelligo quando procedatur
per viam accuſationis, non autem
per viam inquiſitionis, vt not. Inn.
in c. cum oporteat. de accuſat. licet
Bald. contrà in l. ea quidem. col. vj.
C. qui accuſ. non poſſ. & Alex. in d.
§. qui furem. ff. de furt. puto autem
quòd ſi tũc vocaret iudex ciuilium
cauſarum, quòd iudex maleficio-
rum poſſet de illis cognoſcere, vt
not. Angel. in l. ſi vacantia. in ij. op-
poſit. verſic. item ex prædictis. C. de
bon. vacan. lib. x.
d ¶ Dicendũ. Alio modo ſoluit Dec.
in l. non debet cui. ff. eod. quòd ſci-
licet regula non procedit, vbi eſt
facta diuiſio pluris & minoris. vide
eum ibi.
e ¶ Separatæ. Adde Bart. Alexand. &
Modern. in quo differunt iuriſdi-

ctio & imperium, & an iuriſdictio contineat in ſpecie merum & mixtum imperium, in l.imperium.ff.de iuriſdict.om.iud.

## In reg. Pro poſſeſſore.
### Argumenta.

1 *Poßidere dolo deſinens perinde tenetur, atque ſi poßideret.*

2 *Actio vtilis & directa non differunt in ſubſtantia. & nu.17.*

3 *Poßidere qui dolo deſiit, quo ad damnũ ſuũ poßidere præſumitur.*

4 *Dolus in dubio non præſumitur.*

5 *Dolus per cõiecturas ꝓbari poteſt.*

6 *Cautio de euictione quando ei præſtari debeat ꝙ dolo poßidere deſiit.*

7 *Actio de euictione an cõcedatur eo caſu quo non fuit cautum.*

8 *Actor an debeat cedere actiones ei, qui dolo poßidere deſiit.*

9 *Poßidẽs quo diſcernatur ab eo qui dolo deſiit poßidere.*

10 *Poßidere dolo qui deſiit an actionem in rem ſine ceßione habeat, ſi æſtimationem ſoluerit.*

11 *Solutio æſtimationis habetur loco emptionis.*

12 *Aeſtimatio quando ſolui debeat, vel res ipſa reſtitui. & nu.14.*

13 *Debitor ad plura alternatiuè obligatus, eligere poterit quod ſoluere velit.*

15 *Aeſtimationem ſoluens, cum non poßideat, an citra ceßionẽ habeat actionem in rem.*

16 *Poßidere culpa deſinens, quo differat ab eo qui dolo deſiit.*

18 *Dominium vtile an cenſeatur is habere, cui ceditur vel venditur actio in rem.*

19 *Ceßio actionis & inſtrumẽtorum traditio paria videntur.*

20 *Inſtrumẽtorum traditione transfertur dominium.*

21 *Dominium non acquiritur ſine poſſeßionis apprehenſione.*

22 *Actio in rem transfertur translato dominio.*

23 *Principale trahit ad ſe acceſſoriũ, non econuerſo.*

## REGVLA XXXVI.

PRO poſſeſſore habetur qui dolo deſiit poſſidere.

1 ¶ † SI DOLO deſiſti poſſidere
rem quam à te petebam, vel petere
a proponebam, perinde teneris [a] rei
b vẽd. ſicut tenereris ſi poſſideres, [b] vt
ff.de rei vend.l.ſi autem.§.ſed & is.
& ff.eod.l.qui dolo.& l.parem.cum
multis ſimilibus. ¶ Sed opponitur,
& oſtenditur quòd non habeatur
pro poſſeſſore, vt patet, quia tenetur
c vtili, [c] ff. de noxal. l.electio.§. ſi is
quem. & ſi poſſideret teneretur di-
2 recta. † Sed dicendum eſt, quòd vti-
d lis & directa [d] non differunt in ſub-
ſtantia, vt ff. de neg. geſt.l.actio.&
ideo effectu pro poſſeſſore habetur.
¶ Item opponitur circa idem: quia
poſſidenti fit ceſſio: vt ff.de rei ven.
l. hæc ſi res: & tamen ſi dolo deſiit
poſſidere, non fit ceſſio, vt ff.eo.tit.l.
3 is qui dolo. & l.nec quaſi. † Sed di-
cendũ eſt, ꝙ pro poſſeſſore habetur
quantũ ad damnum ſuũ, non quan-
4 tum ad cõmodum. † Item cùm ſem
per præſumatur abeſſe dolus, ſi ad-
eſſe non probetur, vt ff. de prob.l.
quoties. §. qui dolo. & de lega. ij. l.
cum ita legatur.§.ſpecies. Dubitari
poſſet rationabiliter ſi dolus poteſt
5 probari. † Et dicendum eſt quòd
e dolus probatur ex coniecturis [e] c.
ij. de renunt. in vj. nam ſi iam eram
litem conteſtatus, vel dederam ſo-
lùm



f lùm libellum, [f] vel denuntiaueram
ſibi quòd eram daturus libellum, &
ipſe deſinat poſtea poſſidere, præſu
mitur dolo deſinere, & ideo conue
nitur ac ſi poſſideret, argum. C. de
rei vend.l.ſi fundum.& ff.de edẽdo.
l. quædã. §. nihil & ex quibus cauſ.
in poſ.eatur.l.ij.& not.eo.tit.l.Fulci
nius.§.quid ſit latitare. ¶ Quæri au-
tem poteſt circa materiã huius ca-
pituli, de pluribus quorum quædam
nunquàm reperiũtur ſufficiẽter de-
6 terminata. † Primũ eſt, an ei qui do
lo deſiit poſſidere, ſi conueniatur, &
æſtimationẽ ſoluat: debeat de eui-
g ctione [g] caueri? & dicendum eſt
quòd aut habuit cauſam ab actore,
aut nõ: ſi habuit caueri debet, vt ff.
de donat. inter vir. & vxor. l. ſi do-
natæ in prin. aliàs ſi non habuit cau
ſam, non debet de euictione caueri.
vt ff. de rei vendic. l. ex diuerſo.§.
petitor.& de condic.furt.l.ſi ſeruus.
7 §.cauere. ¶ † Secundo quæritur, an
ex eo caſu quo nõ cauetur poſſit ni
h hilominus de euictione agi [h] rẽ eui
cta contra actorẽ cui æſtimatio ſo-
luta eſt? Et poteſt dici quod ſic: quia
qui æſtimationẽ ſoluit, emere vide-
tur. ff. rerum amot.l.ſi propter res
ergo licet non fuerit dictum, quòd
de euictione agatur, nihilominus
poterit agi.C.de euict.l.non dubita
8 tur. † Tertio quæritur, an per acto-
rẽ debeant actiones cedi ei qui do-
lo deſiit poſſidere? Et videtur quòd
cedi non debeant: vt ff. de rei vend.
l.is qui dolo.& l.nec quaſi. E contrà
quòd cedi debeant. vt ff. de re iudi.
9 l.in depoſiti. † Mihi videtur eſſe dif
ferẽtia inter eũ qui poſſidet, & eum
qui dolo deſiit poſſidere: quia qui
deſiit poſſidere, aut deſiit culpa in-
teruenientẽ, aut dolo. Si culpa debẽt
cedi actiones. l. ſi culpa. ff. de rei
vendi. ſi dolo, idem: vt ff. de re iudi.
l. in depoſiti. ſi habeat cauſam ab
actore: ſed ſi non habeat cauſam ab
actore, non debent cedi, vt d. l. is
qui dolo. & ibi notatur. Si verò poſ
i ſideat [i] licet per cõtumaciã non re-
ſtituat, & propterea iuramẽtum in
lite delatũ fuerit actori æſtimatio-
ne ſoluta, actiones debẽt cedi, vt ff.
de rei vend.l.hæc ſi res. Et ratio eſt,
quia actor ſibi imputare debet, cùm
poſſet petere præciſè cõpelli poſſeſ
ſorẽ reſtituere: vt ff.de rei vẽd.l. qui
reſtituere. & non petiit: ſed cũ dolo
poſſidere deſierat, hoc ſibi imputari
nõ poteſt, & ideo facilior eſt cauſa
excuſandi eũ à neceſſitate cedendi.
Nam cũ poſſidebat, & actor petere
poterat præciſè cõpelli, & nõ petiit,
ſed magis æſtimationem voluit, ſua
ſponte alienaſſe videtur, & ideo ce-
dere compellitur: vt ff. de rei vendi.
l. eius rei. & l. hæc ſi res, ſed cum do-
lo deſierat poſſidere, nõ ſponte, ſed
ex quadam neceſſitate. & ideo ce-
dere non tenetur, vt d.l.is qui dolo.
10 ¶ † Quarto quæritur an is qui dolo
deſiit poſſidere, & æſtimationẽ ſol-
uit habeat actionẽ in rem ſine ali-
qua ceſſione. text. enim dicit. ff. rerũ
amot. l. ſi propter res. quòd in rem
actio ei danda eſt, ſed non apparet
vtrum ipſo iure an per ceſſionẽ. &
ideo videtur dicendum, ſi res erat
præſens, id eſt, ſi poſſeſſor æſtima-
tionem ſoluens habeat poſſeſſionẽ
tempore æſtimationis ſolutæ quòd
ſtatim quæritur ſibi dominium, &
ideo ſtatim habet rei vendicatio-
k nem in habitu [k] vt d. l. eius rei. & ſi
cer.pet.l.certi condit. §. vlt. licet in
actu nõ habeat, niſi deſinat poſſide-
re: vt notatur de hæred.vend.l.ſi. Et
11 hoc apparet: † quia æſtimationis
ſolutio, pro emptione habetur, vt ff.
pro empt.l.j.& ij.in fin.& l.iiij. Sed
ſi vendo tibi rem meam penes te
conſtitutam, ſtatim trãsfertur in te
dominiũ, quaſi videar tradidiſſe, vt
inſti.de rerum diuiſ.§.nihil.& ff. de
acqui rerum do.l. qua ratione.§.in-

terdum.ergo ſi æſtimationem reci-
pio à te poſſeſſore,ſtatim tibi poſſeſ
ſori dominiũ acquiritur.ſed ſi poſ-
ſeſſio non erat penes eũ qui ęſtima-
tionem ſoluit:quia fortè dolo deſie
rat poſſidere,ſicut cauetur in tex. re-
gulæ tunc remanet dominiũ penes
me dominũ, qui æſtimationẽ rece-
pi,& cõſequẽter in rẽ actionẽ cede-
re teneor, ſi culpa deſiit poſſidere:ſe
cus ſi dolo,vt dictũ eſt.s.in proxima
quæſtio. & hoc in rei vendicatione
directa. Quid autẽ in vtili.j.q.vj.di-
12 cetur.¶†Quinto quæri poteſt,quid
ſi res rediit ad actorẽ,qui ęſtimatio-
nẽ recepit,& is qui æſtimationẽ ſol
uit, velit rẽ reuocare,& actor para-
tus ſit reſtituere æſtimationẽ,an ex-
cludat eum qui æſtimationẽ ſoluit
à petitione rei : & videtur q; ſic,arg.
ff.cõmoda. l. in cõmodato.§.fi.& l.
rem mihi.in ptin.& de condict. ſine
cauſa.l.ſi fullo. Econtra videtur, vt
ff.de rei ven.l.ſi culpa. & ideo Gloſ-
ſatores iuris ciuilis variant:quia di-
13 cunt in l.in cõmodato.§.fin.† q; eſt
in electione illius qui æſtimationẽ
recepit,vtrum reſtituat rem vel æſti
mationem:& propter hoc eſt, quia
cũ alternatiuè teneatur ad alterum:
vt ibi patet in text. ergo ſecundum
regulam debet eſſe electio debitoris
conuenti,vt ff.de iure dot.l.plerũq;,
& j.eod. in c.in alternatiuis.alij.di-
ſtinguũt:quia ſi æſtimationẽ ſoluit
ille qui habet cauſam à domino:vt
commodatarius & depoſitarius,ful
lo, & ſimiles, tunc eſt in electione
ſua petere rẽ vel æſtimationẽ:aliàs
ſit electio domini,ad quẽ redit poſ-
ſeſſio:quia aliàs ſi dolo commoda-
tarij,vel depoſitarij res abſit, & mi-
hi eo nomine condemnetur teneor
ſibi cedere actiones mihi competen
tes : vt ff.de re iudic.l.in depoſiti.ſe-
cus ſi non haberet cauſam à me, vt
ff.de rei ven. l. is.qui dolo.& ita gl.
in l.ij. ff.de cond. ſine cauſ. & de rei
vendic. l. ſi culpa. & iſta diſtinctio
videtur ſatis rationabilis. Mihi ta-
men videtur aliter diſtinguendum:
14 †quia aut tẽpore ęſtimationis ſolu
tæ poſſeſſio rei erat penes eum, qui
æſtimationẽ ſoluit, aut non : ſi erat
penes eum, dominiũ cœpit pertine-
re ad eũ, vt ff.de rei vend.l.eius rei.
& conſequẽter deſinit pertinere ad
dominũ, qui æſtimationem recipit:
quia non poteſt eſſe apud plures in-
ſolidũ, vt ff. cõmoda.l.ſi vt certo.§.
ſi duobus. & de caſtren. pecul. in l.
hæreditatem. §. pater. Si ergo is qui
cœpit eſſe dominus,petat ab eo qui
deſiit in totum dominus eſſe,& poſ-
ſidere,neceſſe habebit reſtituere rẽ:
tunc nec auditur ſi velit reſtituere
æſtimationẽ.arg. ff. de rei vẽd.l.qui
reſtituere. quia cum ſponte ſemel
æſtimationem recepit, cum poſſet
præciſe conſequi rem : conſequen-
ter videtur renuntiaſſe rei,arg.ff.de
leg. commiſſo. l. ſi fundus. & C. de
pact.inter emp. & vend.l.commiſſo
riæ.& ideò fruſtra poſtea conatur
retinere rem illam cui ſemel renun-
tiandũ putauit,arg.ff.de ſtatu hom.
l.homo liber. & C.de rebus cred.l.ſi
quis iuſiurandum. Sed ſi non erat
poſſeſſio penes ſoluentem tempo-
re æſtimationis ſolutæ:tunc dico
aut apprehendit poſſeſſionem inuti-
lem antequam rediret poſſeſſio ad
dominum,aut non. Si apprehendit,
ſtatim eſt ei quæſitũ dominium, &
deſiit pertinere ad eum,qui æſtima-
tionem recepit,quia rem habere nõ
poterat probabiliter : & poterit ha-
bere locum diſtinctio poſita in prę-
l allegata. l l. ij. de cond.ſine cauſ.vt
diſtinguatur. Aut ille qui æſtimatio
nem ſoluit, habebat cauſam à do-
mino,aut non, vt d. dictũ eſt. ſed ſi nõ
apprehendit antequam rediret ad
dominum,ſubdiſtingue : aut domi-
nus ceſſit actionẽ ſoluenti, aut non
ſi ceſſerat, habet neceſſe reſtituere
rem



rem, vt ff.de rei vend.l.ſi culpa.cir-
ca fi.ſi non ceſſerat,eſt in electione
ſua reſtituere rem vel æſtimationẽ,
quam percepit,vt d.l.in commoda-
to.§.fi.& hoc caſu poteſt propriè lo
cum habere gl.ibidem poſita, quæ
15 concedit electionẽ conuento ¶†Se
xto quæri poteſt, an ille, qui ſoluit
æſtimationem cùm nõ poſſideret,
quia culpa fortè vel dolo poſſidere
deſierat, habeat vtilem in rem ſine
m aliqua ceſſione? [m] quod non vide-
tur: quia lex dicit actionem ceden-
dam, vt d. l. hæc ſi res.& l. ſi culpa.
§.j.ff.de re iu.l.in depoſiti.ergo ſine
ceſſione non datur:quia ſi ipſo iure
ſine ceſſione daretur,ſuperuacua fo
ret ceſſio. & propterea non facien-
da, vt ff.vt leg.nom.caue.l.hæc ſti-
pulatio. §.diuus.Azo autem dicit in
gl.quæ eſt in eo.tit.l.eius rei.& præ-
dicta.l.ſi culpa.quòd vtilem in rem
habet, quia ius actoris emiſſe vide-
tur,dando litis æſtimationem.vnde
tanquam emptor habet vtilem, vt
C.de hæred.vend.l.fi.emptorem au
tem conſtat habere vtilem ſine ali-
n qua ceſſione, [n] vt eodem tit. l. emp.
& l.poſtquã.& l.ſeq.& no.C.de leg.
l.ex legato. ergo & is, qui dolo de-
ſiit poſſidere habet vtilem æſtima-
tionem ſolutam ſine aliqua ceſſio-
ne. Ad arg. q; ceſſio ſit ſuperuacua,
patet reſponſio:quia per ceſſionem
incipit habere directã nomine cedẽ
tis, quod ſine ceſſione nullo modo
16 habet.ergo nõ eſt ſuperuacua. †Itẽ
contra Azonem eſt,quia ſecundum
hoc non videtur differentia inter
eum qui deſiit culpa poſſidere,& eũ
qui dolo,cùm vterque habeat vtilẽ
æſtimatione ſoluta ſine aliqua ceſ-
ſione.& tamẽ notabiliter ponit dif
ferentiam:quia vni dicit actionem
cedendam,alteri non,vt in prælle
gata l. ſi culpa.& l. is qui dolo. Sed
dicas non eſſe differentiam quan-
tum ad vtilem quæ ex ficta vendi-
tione datur:quia illam vterque ha
bet æſtimatione ſoluta. Sed differẽ
tia remanet quantum ad directum
eius exercitium, quod per ceſſionẽ
transfertur.quia cùm ceſſio non fiat
doloſè, ſi ab actore cauſam non ha
beat:ergo non poterit intentare di
rectam. Ei autem, qui culpa deſiit
poſſidere, fiet ceſſio,& ideo poterit
intentare directã. Item contra Azo
17 nẽ eſt. † quia non eſt differẽtia in-
ter directam & vtilem:imò vtilis &
directa eſt eadem in ſubſtantia:ſiue
eadem eſt ſubſtantia vtilis & dire-
ctæ.vt ff. de neg.geſt.l. actio & not.
C.de act.& oblig.l.ij. Sed reſpõdeo
pro Azone : quia licet ſit eadẽ ſub-
ſtantia vtriuſque, tamẽ differre poſ
ſunt accidente, ſicut homo ab ho-
mine. Accidere enim poteſt quòd
directæ obſtet exceptio,& nõ vtili:
o & econtrà [o] quòd obſtet vtili & nõ
directæ,arg. eorũ quæ legũtur.ff.de
pact.l.ſi cum emptore.& de trãſact.
l.fi.& de ſolut.l.ſi duo.Et propterea
expedit aliquando habere plus vnã
quàm alterã,& per hoc apparet ef-
fectualẽ remanere differentiam in-
ter eum qui culpa, & eum qui dolo
deſiit poſſidere.& conſequẽter opi-
nio domini Azonis abſurditatem
18 non continet.¶ Septimò quæri po-
teſt,an ille,cui ceditur vel venditur
p in rẽ actio, habeat dominiũ vtile,[p]
ſicut ecõtrà qui æſtimationem pro
re ſoluit habet vtilem,in rem,vt di
ctum eſt in proxima quæſtione? &
videtur primò quòd ceſſa actione
19 in rem dominiũ trãſeat:†quia ceſ-
ſio actionis & traditio inſtrumẽto-
rum paria videntur, vt ff.de leg.j.l.
ſeruum.§.eum qui.& deleg.iij.l. qui
20 chirographum.ſed†traditio inſtru
mentorum inducit trãſlationẽ do-
q minij, [q] vt C. de donat. l.j. ergo &
ceſſio actionis in rem. Ecõtrà vide-
tur quòd non tranſeat, quia ad ac-
quiſitionem vnius iuris non ſequi-

tur acquiſitio alterius, in cuius acquiſitione factũ verum requiritur, vt ff. de acquir. poſ. l. cùm hæredes.
21 in princip. †Conſtat autem quòd in acquiſitione dominij requiritur verum factum, id eſt apprehenſio poſſeſſionis, vt ff. de pact. l. in traditionibus. & de rei vendi. l. pen. C. & ff. eo. tit. l. ſi ager. & act. empt. l. Quintus. & de act. & oblig. l. obligationũ ſubſtãtia. Ergo licet per ceſſionem acquiratur vtilis in rem, non propterea ſequitur quod acquiratur vti
22 le dominium. † Dico igitur quòd transferendo dominium, transferre videor actionem in rem, quæ pro dominio datur, vt dictum eſt ſuprà in proxima q. ſed econtrà cedendo actionem in rem, non propterea transfertur dominium. Et eſt ratio, quia dominium eſt cauſa rei vendicationis, vt ff. de rei vend. l. in rem actio. Econtrà autem rei vend. non eſt cauſa dominij, ſed ex dominio procedens: & ideo tranſlato dominio tranſlata videtur rei vendicatio quæ ex dominio procedit & ſequi
23 tur: ſed non econtrà: †quia principale trahit ad ſe acceſſorium, vt ff. de fun. inſtr. l. fundi. §. fin. ſed econtrà acceſſorium non trahit ad ſe principale, vt ff. de vulg. & pup. ſub. l. ex pupillari. & quibus mod. pig. vel hypot. ſol. l. Lucius. Quomodo ergo intentat rei vendicationem qui dominium non habet, cum rei vendicatio detur domino tantùm, vt ff. de rei vend. l. in rem actio. Reſpõdeo, intentat vtilem ex perſona cedentis propter dominium quod ad cedentem pertinet, nomine tamen ſuo qui experitur: directam verò ex perſona & nomine cedentis intentat Dyn.

## ADDITIO.

a ¶ Perinde teneris. Adde, an ſtatutũ loquens de poſſeſſione comprehendat eum, qui dolo deſiit poſſidere, vide Ioann. And. hîc. & Aret. in rub. de acquir. poſſeſſio. col. fi. F. C.

b ¶ Poſſideres. Adde Bar. in l. quoties, ff. ſi famil. fur. feciſ. dic. & Dyn. in reg. bona fides. j. eod. & Iaco. Butr. Bar. & Lud. Bolog. in ſuis primis interpretat. in l. ſi culpa. ff. de rei ven. & Bald. & Lud. Bologn. in ſecundis interpretat. l. ſi res. ff. de rei vend. in ſequenti limit. Dyn. hîc, quòd qui dolo deſiit poſſidere, non habetur pro poſſeſſore, quo ad commodum ſuum: ſed quo ad ſui damnum. & vide Angel. Aret. in §. omnium autem. col. x. verſic. in eadem gl. in fin. Iaſ. col. xiiij. inſt. de action.

c ¶ Vtili. Adde an qui dolo deſiit poſſidere conueniatur vtili vel directa. Bar. & Flor. in l. elect. §. j. ff. de noxa. & Bar. not. in l. quanquam. §. Iulianus. ff. de aqua. plu. arc. & in rub. & ibi Bald. ff. de rei vend. & Bal. Salyc. & Alex in l. curatoris. C. de neg. ge. & Cy. in l. vnica. C. de alie. iud. mutan. cau. & Ioann. Fab. in §. omnium col. vj. verſ. veniamus ad ſecundum. & ibi Iaſ. col. xliij. verſic. veniamus nunc ad ſecundum. inſtit. de act. & ibi Dyn. & Abb. in c. j. de alien. mut. iudi. cau. col. ij. verſi. ij. opp. & Ioan. Andr. & Phil. Franc. hîc, & Ioan. de Anan. in c. cum ſit. de ſimo. & Fely. in c. pe. in princ. de except.
Adde eundem Dyn. ſuprà in c. ratihabitionem. nu. 10. eod. tit.

d ¶ Directa. Adde an vtilis & directa differant in ſubſtantia vel ſpecie. Ioann. Fab. in dicto §. omnium col. vij. verſic. iuxta hoc. & Bart. in dicta l. actio. verſi. ij. quæro. & ibi Bald. & Moder. ff. de neg. geſt. Cyn. in l. j. in j. quæſt. & ibi Bald. colũ. iiij. verſic. modo venio. C. de act. & oblig. & Bart. in l. j. ff. de act. & oblig. colum. iiij. & Iaſon in §. præiudiciales. col. x. verſic. in ead. gloſſ. ibi contraria Inſtit. de actio.

Coniect



e ¶ Coniecturis. Adde Ioan. Fab. & Iaſ. in §. omnium autem. col. xvij. verſic. veniamus. inſtit. de act. qui idem tenent, & Bart. in l. qui petitorio. in princ. ff. de rei vendic. & in l. non ſolùm. §. morte. col. xiiij. ff. de no. oper. & Bald. in proœm. Decret. col. iij. & Innoc. in c. bonæ. el ij. de poſtul. præla. & Io. And. hîc in Mercur. & Bart. in l. ſi autem. §. ſed & is qui. ff. de rei vendic. Bal. in c. fin. ad finem. de iud. Specul. tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum. verſic. ſed nunquid. & Bart. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eatur. quid de eo qui non per dolum, ſed lata culpa deſiit poſſidere, an habeatur pro poſſidente, vide Ioan. Fab. & Iaſ. vbi ſuprà. & Bar. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendica. & Bald. in l. vnica. C. de alien. iud. mut. cauſa. & ad omnia ſuprà dicta vide Ang. Aret. in §. præterea. inſt. de act. & Felyn. in cap. penul. col. ij. verſic. dum concluditur. & ibi Bal. & Abb. de except. quando allegans poſſeſſoré dolo deſiiſſe poſſidere, debeat probare dolũ, & quomodo, & textum in l. dolum. & ibi Doctores. C. de dolo.

f ¶ Libellum. Nota hinc ex verbis Dyni, quòd ille qui ſemel fuit in iudicio, poſtea ſi abſit, ſemper præſumitur latitare, & ſic dolo ſubterfugere. ita not. Bart. in l. dies. §. prætor ait. numero 21. ff. de dam. infec. qui allegat Dynum hîc, aliter tamen ibi loquitur Imol. reprobando Bart. & idem ponit Bart. in l. ſi finita. §. Iulianus. numero 29. verſic. modo ad propoſitum. eodem titulo. Gab. Sar.

g ¶ De euictione. Adde gloſ. & Bart. in l. & ex diuerſo. §. petitor. ff. de rei vendic. & gloſſ. & Bart. in l. litis. in iij. quæſt. ff. pro empt. & l. in depoſiti. & ibi vide Modern. de re iudic. gloſ. & Bart. in l. ſi propter res. ff. rerum amotarum.

h ¶ Agi. Adde gloſ. in d. §. petitor. quæ tenet quòd ſic: ſed tu habes gloſ. in l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eatur. vbi contra tenet & Iac. Butr. ibi. & Bart. in d. l. litis. in ij. q. & in d. l. in depoſiti. & ibi Modern. ff. de re iud.

i ¶ Poſſideat. Adde Iac. Butr. in rep. l. ſi culpa. ff. de rei vendic. & Bart. in d. l. in depoſiti. qui tenent contra Dyn. ſed Alexand. ibi in princ. concordat eos, dicens, quòd rei vendicatio non debet cedi reo poſſidenti, qui ſoluit litis æſtimationem, ſed bene actiones perſonales: & ſic debet intelligi Dyn. in cæteris verò ſequuntur Dyn. quando dolo deſiit poſſidere reus, non ſunt ſibi cedendæ actiones. & pulchrè per Bart. & Alexand. in d. l. in depoſiti. Bart. & Doct. Modern. in d. l. ſi fullo. ff. de condict. ſine cauſ. & Bart. poſt gloſ. in l. ſi propter res. ff. rer. amot. Sed an cedens vel vendens teneantur inſtrumenta ſua oſtendere, quibus cognoſcatur de efficacia iurium ſuorum: vide tex. & Bar. in l. Titius hæres. ff. de act. emp. & vendit. & Bald. in conſil. ccl. libro primo. & Rom. in conſil. cciiij.

k ¶ Habitu. Adde quòd idem tenet Bart. in l. ſi propter res. ff. rer. amot. in j. oppoſ. & vide Bart. in l. ſi culpa. ff. de rei vendicat. & in l. prima. col. iij. verſi. videndum. in vltimo membro. ff. de act. & oblig.

l ¶ Præallegata. Adde quòd Bart. in d. l. ſi fullo. quæ eſt l. ij. ff. de cond. ſine cau. in iij. oppoſ. dicit Dyn. hîc diuinare quantum ad l. ij. & vide ibi Bald. maximè Fulgoſ. & Modern. & Bart. & Doct. in l. incommoda. vbi dicit tres eſſe actiones, quæ competunt huic qui ſoluit æſtimationem: videlicet actio ex eo cõtractu, condictio ſine cauſa, & rei vendicatio. & adde Bart. & Bald. poſt Iacobum Butr. in dicta. l. ſi culpa. & quod not.

Bald.

Bald.in cor ſil.cocxvj.lib.ij.& deciſ.
Capellæ Tholoſ.ccvj.

m ¶ Ceſſione. Adde Cyn. in l. vnica,
in vlt.q.de alie. iudic. mutan. cauſa
facta.& in l.certi.C. de hæred.vend.
& Bal. in d.l. ſi culpa.ff.de rei vend.
& Bart. in l. j. col.v. verſic. quæro ſi
vtilis cedatur. ff. de act. & oblig. &
Bald.in l. ex nominis. C. de hæred.
vend.& Felin. poſt Abb.& Doct.an
tiqui in d.c pen. de except.in princ.

n ¶ Ceſſione.Adde quot ſunt caſus in
quibus tranſit vtilis ſine ceſſione,gl.
& Doct.in l. emptor.& l. ex legato.
hîc alleg. & Cyn. Bart. Bal. Salyc.&
Alexan.in l.qui ſtipendia.C.de pro-
curat. licet ſit regulare quòd non
teſt. l. hæredes palàm. §. ſed & ſi no-
tam. & de hæred. inſt. l. qui nō mili-
tabat. §. Lucio. ¶ Sed cōtra regulam
vide



videtur. ꝫ. eo. c. in obſcuris. vbi dicit
quòd in obſcuris minimū eſt ſequē
dum. Dicendum eſt, quòd illa ſecun
dum iſtam intelligimus: quia ſequi
mur quod eſt minimū in obſcuris,
e id eſt, vbi quod eſt veriſimilius [b]
3 non apparet, vt ibi dicitur. † Ordo
igitur ſecundum intellectum ſcri-
pturarū obſcuritatem cōtinentium
hîc ſeruandus videtur: quia primò
c ſequimur voluntatem, [c] ſi de ea po
teſt apparere, vt ff. de cond. & dem.
l. pater. in prin. & §. conditionū, de
rebus dubiis. l. in ambigua. & C. de
liber. præter l. iij. In ſecundo ſequi-
mur id quod eſt veriſimile, vt hîc,
& ff. eo. l. ſemper. in ſtipulationibus.
& de rebus dub. l. cū in teſtamento.
4 & de leg. j. l. cùm res. ij. reſpon. † Ve-
riſimilitudo autē percipitur aliquā-
do ex cōparatione rerū ad inuicem,
vel comparatione rei ad pretiū, vt
dictum eſt ſuperius in exēplo, & ff.
de reb. dub. l. j. & l. vtrum. §. quæſitū.
Aliquando ex vicinitate ſcriptura-
rum, vt d. l. ſi ſeruus plurium. in fin.
Aliquando ex dignitate perſonarū,
vt ff. de aur & arg. le. l. Titia. §. Seia.
& de alim. leg. l. cum alimenta. Ali-
quando ex charitate & neceſſitate
perſonarū, vt d. l. ſi ſeruus plurium.
§. ſi. Aliquando ex conſuetudine re-
d gionis. [d] Aliquādo ex cōſuetudine
loquentis, vt d. l. ſi ſeruus plurium. &
5 hîc in fine iſtius regulæ. † Tertiò
vbi veriſimilius non apparet, recur
ritur ad propriā ſignificationē ver-
borum, vt ff. de leg. iij. l. non aliter.
Quartò ſi verborum ſignificatio
e non eſt certa [e] ſequimur quod eſt
minimum, vt ꝫ. eo. c. in obſcuris. de
leg. j. ſi ita ſit ſcriptum. & l. apud Iu-
lianum. §. Seio. & de leg. iij. l. num-
mis. & l. qui cōcubinam. §. cum ita.
Quintò ſi non apparet quid ſit mi-
nimum, iudicatur non valere, vt ff.
de teſtam. tut. l. duo ſunt Titij. & de
rebus dub. l. ſi fuerit. & l. ſi quis de
pluribus. & de manu. teſtam. l. cùm
ex pluribus. Dyn.

ADDITIO.

a Certitudo. De verbis obſcuris inter
pretandis, & quibus detur facultas
illa interpretandi, vide omnino Dy.
qui diſtinctè quaſcunque materias
percurrit in cap. contra eum. infrà
eodem. F. C.

b ¶ Veriſimilius. Adde quando veri-
ſimilitudo operetur & attendatur,
Bar. Bald. Alex. & Doct. Moder. in l.
ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. &
Bart. in l. ſi fuerit. ff. de reb. du. & Io.
de Imol. in l. ſi ita ſit ſcriptum. ff. de
leg. j. Et quando in teſtibus, vide Fe
lyn. in c. ſignificauerunt. col. v. verſi.
not. ff. de teſtibus. in ca. auditis. col.
v. de præſcript. & ibi quid dicatur
veriſimile, & in c. quia veriſimile.
& ibi Felyn. de præſump. & Bald. in
conſi. lxxv. incip. literę. j. lib. & quo-
modo probetur veriſimile, vide Bal.
in conſil. cclxxvj. eod. vol. adde an
contra veriſimilitudinem admitta-
tur probatio: & dic quòd non, niſi
cauſa cognita, vt no. Card. & Doct.
in c. quantum. de præſumpt. Panor.
c. quia veriſimile. eod. tit. fac. c. filij.
de hær. lib. vj. diffusè tetigit Archi.
vij. quæſtio. j. c. pontifices. & Spec.
in tit. de probat. §. nūc dicendum. in
princ. & vtrum maior veriſimilitu-
do tollat minorem. not. Bald. in l.
ſiue poſſidetis. ad fin. verſicu. item
not. C. de prob.

c ¶ Voluntatem. Adde quibus modis
colligatur quæ fuerit mens diſpo-
nentium, Dec. in l. ſemper in ſtipu-
lationibus. ff. eod. F. C.

d ¶ Regionis. Adde quòd primum in-
ſpicitur cōſuetudo diſponentium,
deinde regionis, d. l. ſi ſeruus plu-
rium. §. ſi. F. C.

e Certa. Vide Dyn. & ibi addita in c.
in obſcuris. ſuprà eod. & Deci. in l.
ſemper in obſcuris. ff. eod. F. C.

In reg.

## In reg. Is, qui in ius.
### Argumenta.

1 *Succeſſor eo iure vtitur, quo præde
ceſſor.*
2 *Hæredi competit ius excipiendi,
quod defuncto competijt.*
3 *Succeſſores qui dicantur vniuerſa
les, & qui ſingulares.*
4 *Ius agendi quod defuncto compe-
tijt, hæredi competit.*
5 *Ius excipiendi ipſo iure tranſit in
ſingularen ſucceſſorem.*
6 *Exceptio quando obſtet ſingulari
ſucceſſori, quæ obſtabat ꝑdeceſſori.*
7 *Ius agēdi merè perſonale in ſingu-
larem ſucceſſorem non tranſit ſine
ceßione.*
8 *Ius perſonale in rem ſcriptum ſine
ceßione tranſit in ſingularem ſuc-
ceſſorem.*
9 *Priuilegium vxoris in actione de
dote, non tranſit ad extraneum
ſucceſſorem.*
10 *Succeſſor quando eodem iure vta-
tur, quo defunctus cui ſucceßit.*
11 *Actio iniuriarū vniuerſali etiam
ſucceſſori non permittitur.*
12 *Actiones quæ, & quando tranſ-
eant ad hæredes.*
13 *Pœna ex contractu debita tranſit
in hæredes.*
14 *Exceptio excommunicationis an
poßit opponi ſucceſſori ſingulari.*
15 *Excōmunicatio prædeceſſoris quan
do obijci poßit ſucceſſori.*
16 *Compenſatio obſtans vēditori, an
poßit opponi emptori.*
17 *Emptori poteſt opponi quicquid
venditori poteſt obijci.*
18 *Exceptiones quæ fideiuſſoribus
competant, & quæ non.*
19 *Compenſationis exceptio competēs
reo datur etiam eius fideiuſſori.*

### REGVLA XLVI.

IS, qui in ius ſuccedit alte-
rius, eo iure, quo ille vti de-
bebit.

1 ¶ET † de iure agendi & iure exci-
a piendi loquitur[a] regula, vt ff. eod. l.
inuitus. §. plerunque. & in ſucceſſo-
re vniuerſali procedit per omnia
propriè tam actiue quàm paſſiuè: a-
ctiuè, quia ius agendi quod compe-
tebat defuncto, ſiue erat reale, ſiue
perſonale, ſiue mixtum, ſiue immix-
b tum, ſiue in rem ſcriptum[b] compe-
tit hæredi. paſſiuè, quia ius agendi,
quod cōpetebat contra defunctum
competit contra hęredem, vt inſtit.
de perpe. & tempor. circa princip.
2 †Item ius excipiendi quod compe-
tebat defuncto, competit hæredi: &
contrà quod competebat contra de
functum, competit cōtra hæredem.
& ideò ad regulę declarationem &
eorum, quæ dicta ſunt pro regula
3 exponenda, dicendum eſt † quòd
quidam dicantur ſucceſſores vni-
uerſales, vt hæredes, bonorum poſ-
ſeſſores, & ex Trebelliano ſucceſſo
res. & iſti appellantur propriè ſuc-
c ceſſores [c] iuris: quia in ius vniuer-
ſum quod defunctus habuit ſucce-
dunt. ff. de hær. inſtit. l. quoties. §. hæ
redes. & colligitur. ff. de verb. ſig. l.
nihil. Quidam verò dicūtur ſucceſ-
ſores ſingulares, vt emptores ſingu-
larum rerum, & donatarij, & lega-
tarij: & iſti appellantur propriè ſuc-
ceſſores in rem, quia non in ius vni
uerſum, ſed in ius ſingulare ſucce-
dunt. ff. de eden. l. quędam. §. his au-
tem. & de iureiur. l. etiam ſi in rem.
& quorum leg. l. j. §. illud tenēdum.
His



4 His præmiſſis dicendum eſt, † quòd
ius agēdi quod competebat defun-
cto, competit vniuerſali ſucceſſori,
& ecōtrà quod competebat contra
d defunctum, competit [d] contra hære
dem vniuerſalē ſucceſſorem. Item
ius excipiendi quod cōpetebat con
tra defunctum, contra hæredē com
5 petit. †In ſingulari autem ſucceſſo-
re dicendum eſt, ꝙ ius excipiendi
tranſit ipſo iure in ſingularem ſuc-
e ceſſorem, [e] vt ff. de contrahen. emp.
l. dolia. §. eum. & de iureiur. l. etiam
ſi in rem. & de hæreditate vend. l.
emptori. & de except. rei iudic. l. ſi à
te. §. Iul. & l. ſi mater. §. item Iul. &
de regul. iur. l. inuitus. §. plerunque
Item contra ſingularem ſucceſſorē
ſimiliter ipſo iure. vt ff. cōm. diuid.
l. in hoc iudicium. §. ſi inter ſocios.
& pro ſocio. l. idémque. in fin. & de
pig. l. ſi ſuperatus. in fin. & de excep.
rei iud. l. exceptio. Et hoc eſt intelli
gendū de iure excipiendi cohæren
6 te rei. †In iure autem excipiendi co
hærente perſonæ diſtinguitur: quia
ſi ſucceſſor ſingularis habeat titu-
lum lucratiuū, vel quaſi, obſtat ſibi
exceptio quæ obſtabat actori: ſed
ſi non habeat titulū lucratiuum, tūc
non obſtat, niſi vteretur acceſſione
ex perſona actoris, vt ff. de except. l.
ſi rem legatam. & de doli except. l.
apud Celſum. §. de authoris. & §. ſi
cum legitima. & §. ſi quis autem. &
7 §. authoris. † Ius autem agendi me-
rè perſonale non tranſit ad ſingula-
rem ſucceſſorem ſine ceſſione, vt ff.
de peo. l. quis ergo. in fin. & vſufruct.
quemadmo. caueat l. omnes. §. ſi hæ
res. & de contrahend. empt. l. quod
ſæpe. §. ſi res. & de ædil. edic. l. ſcien
dū. §. deinde. & de pecul. l. ſi Sticho.
& de verb. ſignif. l. ſciendum. §. vlti.
Item nec contra ſucceſſorem ſingu
larem, vt ff. de eden. l. quædam. §. is
autem. & ad Treb. l. j. §. ſi hæres ac.
8 C. de act. & obli. l. j. †Ius verò perſo-
nale in rem ſcriptum tranſit in ſin-
gularem ſucceſſorem ſine ceſſione,
vt ff. de aqua plu. arc. l. ſi tertius. §. ſi
quis prius. & de itinere actúq; priu.
l. apparet. §. j. & l. ſeq. Item contra
ſingularem, vt ff. de aqua plu. arc.
l. emptor. & l. poſt venditionem. &
d. l. apparet. § j. & quorum leg. l. j. §.
f illud. ¶Sed opp. [f] ꝙ ſucceſſor non
vtatur eodem iure quo vtitur ille in
9 cuius locū ſuccedit: †vt patet in mu
liere, quæ priuilegiata eſt in perſo-
nali de dote, & tamē hæres eius ex-
traneus non vtitur eodē priuilegio,
g vt C. de de priui. dot. l. vnica [g] & qui
pot. in pign. hab. l. fin. §. exceptis.
Item patet in extraneo hærede ma-
riti, vt ſol. matr. l. maritum. & l. ſeq.
10 & de re iud. l. ſciendum. †Sed. dic ꝙ
aut id erat cohærens perſonæ & in
fauorē perſonæ inductum: aut erat
cohærens rei vel cauſæ. Nam primo
caſu regula non procedit: ſecundo
& tertio habet locū ſimpliciter, vt
ff. eod. l. priuilegia. & l. in omnibus.
& diſtinctum eſt pleuè. S. eodē c. pri
11 uilegium. †Item opponitur de actio
ne iniuriarum, quę ſucceſſori etiam
h vniuerſali non datur, [h] vt ff. de in-
12 iur. l. iniuriarum. †Sed dic quòd aut
actiones ſunt proditæ ad vindictā,
i aut ad perſecutionē rei, vel pœnæ. [i]
Primo caſu non tranſeunt ad hære
des lite non conteſtata, vt in d. l. in-
iuriarum. & ad l. Fal. l. pœnales. &
de colum. bon. l. cùm emancipati. §.
emancipatus. Secundo tranſeunt ad
hæredes ſi continent rei perſecutio
nem. Item contra hæredes, vt ff. de
act. & oblig. l. in honorariis. ſed ſi
continēt perſecutionē pœnæ, idem
per omnia quantum ad hæredes a-
ctoris, quia tranſeunt ad eos, vt in-
ſti. de perp. & temp. action. §. ſed hæ
redibus. in hæredibus autem rei di-
13 ſtinguitur. † Nam ſi pœna debetur
ex contractu, tranſit ad & contra
hæredes. vt ff. de naut. fœno. l. fina.
& de

& de verb. oblig. l. ad diem. & not.
ff. de priuat. delict. l. j. in princ. ſi au-
tem debetur ex delicto, tunc non
tranſit contra hæredem, niſi lite
conteſtata cum delinquente, vt ff.
de accuſat. l. ex iudiciorum. §. fin. &
de reg. iur. l. ſicuti. & l. pœnalia. &
14 C. ex delict. defunct. l. j. † Quæri au-
tem poſſet an exceptio excõmuni-
cationis, quæ obſtat authori, poſſit
opponi ſingulari ſucceſſori vt do-
natario vel emptori. & videtur ꝙ
ſic per verba generalia huius regu-
læ, & ff. eo. l. qui in ius. & l. in omni-
bus. iiij. §. non debeo. & l. inuitus. §.
plerunque. Econtrà quòd non, in l.
apud Celſum. §. de authoris. & §. ſi
15 cum legitima. † Mihi autem vide-
tur quòd cùm exceptio excommu-
nicationis perſonæ cohęreat, & nõ
rei, ꝙ aut ſucceſſor ſingularis ha-
bet titulum lucratiuum vel quaſi, &
tunc obſtat: aut habet titulum non
lucratiuum nec quaſi, tunc non ob-
k ſtat, [k] vt d. l. apud Celſum. §. ſi quis
aũt ex cauſa legati. & in §. de autho
16 ris. & §. ſi cum legitima. ¶ † Item
quæri poteſt, an exceptio compen-
ſationis, quæ obſtat venditori poſ-
ſit opponi emptori? quæſtionẽ hanc
mouent Gloſſatores iuris ciuilis. ff.
de procur. l. ſi quis in rem ſuam, ſed
non determinant. & ideo prima fa-
cie videtur dicendum, quòd non
poſſit opponi, cùm habeat titulum
non lucratiuum, vt d. §. de authoris.
& §. ſi cum legitima. Econtrà vide-
tur ꝙ poſſit opponi, vt ff. de excep.
rei iud. l. exceptio. & cõmu. diuid. l.
in hoc iudicium. §. ſi inter ſocios. &
17 pro ſocio. l. idémq́;. §. ſi. † Mihi autẽ
videtur ꝙ poſſit opponi: quia omnis
exceptio cohærens rei quæ poterat
opponi venditori, poteſt opponi &
l emptori: [l] vt d. l. exceptio. ff. de ex-
cept. rei iud. & dicta l. in hoc iudi-
cium. & l. idémque. quòd autem ex-
ceptio compenſationis rei cohæ-
18 reat, ſi oſtenditur. † Iure cauetur
quòd exceptiones perſonę cohęren
tes, non competunt fideiuſſoribus
ex perſona rei, ſed cohærentes rei
m competunt. [m] vt ff. de except. l. ex-
ceptiones quæ perſonæ. in princ. &
19 §. rei autem. † Sed exceptio compen
ſationis ex perſona rei datur fide-
iuſſori, vt ff. de compenſa. l. ſi quid.
Ergò ſequitur quòd rei cohæreat, &
propterea poſſit emptori opponi.

ADDITIO.

a ¶ Loquitur. Ad declarationem hu-
ius reg. vide Deci. in l. qui in ius. &
l. quod ipſis. ff. eod. F. C.

b ¶ Scriptum. Quæ ſint iura mixta,
quæ perſonalia in rem ſcripta, &
cur ita vocentur, & quomodo inter
ſe differant, tradit latè Iaſ. in §. j. col.
j. & ij. & in §. quædam. ſuper gloſ. j.
inſtit. de actio. F. C.

c ¶ Succeſſores. Adde quis dicatur
propriè ſucceſſor. Bal. in conſ. cccc-
viij. col. ij. verſi. ſi ex ſecundo. lib. iij.
& ibi etiam dicit, ꝙ ſucceſſio vni-
uerſum ius ſignificat. facit. l. nihil.
ff. de verb. ſignif. & gloſſ. Ioã. Fab. &
Ang. Aret. inſti. de autor. tut. in prin.

d ¶ Competit. Adde text. Cyn. & Bald.
& ſequaces. in l. vnica. C. vt act. ab
hæred. & contra hære. incip. & pul-
chrum conſil. Bald. ad hanc regul.
lxxxvij. incip. in quodam contra-
ctu. volum. iij & Ioann de Plat. in l.
quiſquis. in iij. not. C. de cohortal.
lib. x.

e ¶ Succeſſorem. Adde quòd idem te-
net. Bart. in ſua diſput. incip. ciuita-
tis Piſanæ. col. iiij. verſic. v. Sed an
ſucceſſor ſingularis teneatur ſtare
colono, vide Bart. Bald. Alexand. &
Franc. de Aret. in l. ſi filio. §. ſi vir. ff.
ſol. matr. & Bald. in l. diuortio. in
prin. eo. tit. & ibi Lud. Bolog. in pri-
mis interpr. & in l. prouidendum. C.
de decur. lib. x. & Bart. Soci. in rub.
ff. ſol. matr. col. ix. verſi. præterea. &
Alexan. conſil. cxviij. & conſi. cxxij.
volum



volum. v. & Abb. in ſua diſput. incip.
Sempronius clericus. verſi. ad quin-
tum arg. & Chriſtoph. Porc. & Iaſ. in
addit. ad eum, & ibi Ang. Aret. in §.
ſi de loca. & cond. inſtit. & in deciſ.
Capel. Tholoſ. ccccxx. & deciſ. Par-
lam. Grat. Delp. q. cccclxxx. & Fran.
de Rampo. in ſuo conſi. quod ponit
inter cõſi. Io. Cald. tit. de loca. conſ.
j. & in conſil. vij. eod. tit. & Angel. in
conſil. ccxiv. col. v. verſ. v. & l. arbo-
res. §. penſiones. ff. de vſuf. Cyn. Bart.
Bald. & ſeq. in l. emptorem. C. de lo-
ca. & Abb. in c. fin. ne prælatus vices
ſuas. & Rom. in conſil. xxij. col. ij.
Bald. in conſil. ccxxv. & in conſil.
ccccxiiij. lib. iij. & Angel. conſil. cc-
xliiij. & Anth. Corſet. in ſuis ſing. in
verbo, pactum. Andr. Barb. in repet.
Ioanninæ in c. Raynaldus. charta
xj. col. iij. in princip. & Old. in xxiij.
col. ij. poſt med. de teſta. ſed an pa-
ctum vel contractum prædeceſſoris
ſeruare teneatur, vide Rom. in conſ.
cxvj. & text. & ibi Abb. & Doct. mo-
der. in c. veniens. de tranſact. & in c.
epiſcopi. de rebus eccleſ. non alien.
& in c. ij. de rerum permut. & Bald.
in d. conſil. ccccxiij. in conſil. ccxlj.
lib. iij. & Cyn. & ſeq. in l. digna vox.
C. de leg. vbi ponunt quid in princi-
pe. & vide pulchrè Anth. Corſ. in ſuo
eleganti tractatu de poteſtate regia.
in q. xcviij. & deciſ. Capel. Thol. lxx.
vbi ponit de ſucceſſore in beneficio
an teneatur ſoluere debita præde-
ceſſoris.

Adde inquantum quærit, an ſucceſſor
vniuerſalis, habeat ſtare colono:
quia de ſingulari non eſt dubium,
quòd non. vt not. in l. emptorem. C.
loca. niſi habeat vtile dominium,
vel aliud ius, quia conduxit ad lon-
gum tempus: quia tunc non poteſt
excipi à ſucceſſore ſingulari. Ita ſin-
gul. not. Alex. in l. ſi filio. §. fin. ſolut.
mat. vel niſi habeat hypothecam in
re conducta: quia eam retinet, do-
nec reſtituatur ſibi penſio ſoluta, &
ſoluatur intereſſe: vt per Bar. & Ale.
in alleg. l. ſi filio fam. idem Bart. in l.
j. §. quod autem. ff. de ſuperf. & in l.
emptorem. C. loca. & in l. fundũ. ff.
eo. & Bal. in l. j. C. de fruct. & litium
exp. vniuerſalis verò ſucceſſor tene-
tur ſtare illi. & vt not. Bart. & Alex.
& Doct. in alleg. l. ſi filiof. §. fin. niſi
partiario, vt per eos ibi. vbi etiam
Pau. de Caſt. & Lud. contra Bal. in l.
certi. C. locati. & in l. j. C. de fruct. &
lit. expen. & quid in vſurario ſucceſ-
ſore: & dic ꝙ tenetur ei ſtare, vt per
Alex. & Bart. in alleg. l. ſi filiof. & in
l. ſi habitatio ff. de vſufruc. Secus au-
tem eſt in vſufructuario, niſi ſit ex-
preſſè dictum, vel pẽſiones reſerua-
tæ domino. l. arbores. in princ. ff. de
vſufru. & Bal. in l. j. ad fi. verſic. pone
maritus. C. de fruct. & litiũ expenſ.

f ¶ Sed oppo. Vtrum obligatio perſo
nalis vel hypothecaria tranſeat in
quemcunque poſſeſſorẽ, vide ĩ. eod.
in c. nemo poteſt. in apoſtil. incip.
Adde quando obligatio. F. C.

g ¶ L. vnica. Adde an priuilegiũ per-
ſonale, vt mulier præferatur in per-
ſonalibus, vt d. l. vnica. C. de priuil.
dot. & l. dabimus. & ibi Doct. ff. de
priuil. cred. & priuilegium reale ꝙ
præferatur hypothecariis habenti-
bus tacitam, vt l. aſſiduis. C. qui pot.
in pig. & §. fuerat. de act. inſtit. tranſ-
eat ad hæredes, dic ꝙ non, vt tenet
Bart. in d. l. j. verſic. quæro igitur. de
quo ibi per Cyn. Bal. & Salic. & An-
gel. Aret. Io. Fab. & Iaſ. in d. §. fuerat.
& quæ not. Dy. in regula, qui prior.
& in addi. vlt. & not. quando priui-
legiatus ſuccedens non priuilegia-
to vtatur priuilegio ſuo in materia
in qua ſuccedit, vide ſing. remiſſio-
nes per Felyn. in c. de quarta. de præ-
ſcript. col. xiiij. poſt med. verſic. po-
nit Abb. & Petr. de Ferra. in forma
libel. de reſtit. in integrum. in gloſſ.
ſuper verbo, eundémque. col. penul.
Bart.

Bar.in l.fiſcus.ff.de iure fiſci.&Abb.
in conſi.ix.lib.j.& deciſ.Cape.Tho-
loſ.q.ccxvij.
Adde inquantum hic loquatur de pri
uilegiato ſuccedere non priuilegia-
to, Bald. omnino in authent. quas
actiones. num. 10. ver. quæſtio ſtat
in hoc. & quod ibi poſui in apoſt.
ad ipſum in ver. vtitur ſuo priuileg.
C.de ſacroſan.eccleſ.vbi etiam Cy.
& Fulg.& plenè per Gemin.poſt tex.
& gl. in c.j.§.de iure patr.iſto libro.
h ¶Non datur.Adde quãdo actio in-
iuriarum tranſeat ad ſucceſſorem,
gloſſ.Cyn. Bald. & Salic.in l.fi.C.de
hæredit.vel act. vend. & Bart.&ibi
Alex.in addi.l.iniuriarum. ff.de in-
iur.vbi quærit Alex. an pro iniuria
illata Abbati agat ſucceſſor : pro
hoc adde Bald. in l.fi.§.j. C.de bon.
quæ lib.col.j. & per Abb.& Doct.in
c.quod ſicut.§. ſuper eod.de elect.&
vide ad ſupradictam gloſſ. per Bar.
in l. cum emancipati. §. emancipa-
tus.ff.de col.bonor.text.gloſſ.Bald.
& Alex. in l. ſi eum qui. §. qui iniu
riarum.ff. ſi quis caut.& Bart.in l.j.
§.hæredem. ff de priuatis delict.&
Bal.in l.j.col.x.C. ſi ex delic. defun.
& quando actio deſcendens ex de-
licto tranſeat ad hæredem, vide ibi
gloſſ. & omnes ſcriben.& Io.Fab.&
Ang.Aret.ſingulariter in §.pen.inſt.
de perpet. & temp. act.& Bartol. &
Imol. in l. ex iudiciorũ.§.j.ff.de ac-
cuſat.vnum tamen nota in materia
iniuriarum, ad quod in practica nõ
aduertitur, quòd ſi ille cui eſt illata
iniuria malefactorem accuſat, vel
iudicem inſtigat, vel ſolicitat, ꝙ ſi
malefactor puniatur ad vindictam
publicam, non poteſt poſtea iniu-
riatus actione agere iniuriatũ pro
ſuo intereſſe,text.eſt celebris, & ibi
Alex.in addit. ad Bart. in l. ſed ſi v-
nius.§. ſi cum ante iudic.ff.de iniur.
&Cepo.ſingulariter in caute.xxxiij.
& facit tex.& Alex.in addit. in l.in-
terdum.§. qui furem. ff. de furtis.&
dixi in §.xvij. gloſſ. j.in vlt.q.de iu-
rid.omn.iud.lib.Contuer.Bit.
Adde quòd verum eſt quòd actio in-
iuriarum non trãſit ad hæredes aut
contra eos, etiam poſt citationem,
vt not. Alex. & Doct. in l.ſi eum.§.
qui iniuriarum.ff. ſi quis caut. ſecus
autem poſt litem conteſta. vt not.
Bart. in l cum emancipati.§.eman-
cipatus. ff. de collat. bon. & in d.§.
qui iniuriarum.
i ¶Pœnæ. Adde ad cognoſcendum
quæ actio prodita ſit ad vindictam,
& quæ ad rei pœnæve perſecutio-
nem,Iaſ.in §.pœnales. in gloſſ. ma-
gna,in prima parte, verſ.confirmo.
Inſtit.de actio. F. C.
k ¶Nõ obſtat. Adde an exceptio ex-
communicationis obſtans cedenti,
obſtet ceſſionario, gloſſ.in c.iiij.de
iure patr.& ibi Io.Andr. Card. in c.
deinceps.xvj.q.vij.tenet quòd non.
Archi.idem in c.pia.de except.iſto
lib.Spec.in tit.de procur.§.ſequitur.
in verſic. quid ſi excommunicatus.
&Io.de Imol.in l.ſi cum dotem.§.ſi
patri.ff.ſolut.matr.Bart. autem in l.
apud Celſum.§.ſi cum legit.ff.de do
li except. & in l.doli mali.q.penu.ff.
de nouat.diſtinguit, vt ex cauſa o-
neroſa, quæ ſuprà ſunt dicta proce-
dant. ex cauſa verò lucratiua ſecus.
l ¶Emptori.Adde quòd emptori ceſ-
ſionario poteſt opponi exceptio
compenſationis vel alia ſicut pote-
rat venditori & cedenti, vt tenet
Cy.Bal. Ang.& Salic. in l.eius.C.de
compenſat.& Bart. Bald. & Angel.
in l. ſi quis in rem. ff. de procur.&
Specul.titu.de procur.§.j. & Bart.&
Mod. in l. doli. ff. de nouat.& Ale-
xand. in conſil.liiij. col.vlt. volum.
ij.& Bald. & Salicet. in l.qui ſtipen-
dia.C. de procurat. & Bart. in l. qui
duos. in princip.ff.de leg.ij. & Pau-
lus de Caſtro in conſil. xlvij. co-
lum. ij.& conſil. cccel. & ccccl x.&
deciſ.



deciſ.Capel.Tholoſ.q.xciij.in fin.&
deciſ.Parlamen. Delph.q.ccccclvij.
& Franc.Aret.in conſi.xvj.in fi.
m ¶Competunt.Adde gloſ.& ibi Bar.
ſingulariter. & Alex. in addit.l.vbi-
cunque.ff.de fideiuſſo.& Bald. pul-
chrè in l. tam mandatori.C.de non
nume.pecun.& Ioan.Fab.&Angel.
Aret.in §.fi.inſti.de except.& Rom.
in ſuis ſingul.fol. 9. col.j.& Alex.in
conſil.lxvj.vol.iiij.& Paul. de Caſt.
conſi.lxxxvij.vol.j.in antiq.& quæ
not.Bald.in l.j.col.j.verſic.quæro ſi
ſuccurritur mulieri.C.ad Velleia.&
Alex.in conſi.liiij.in fi.lib.vj.

## In reg. Præſumitur.

## Argumenta.

1 *Tutor præſumitur ignorare ſe tuto-
rem datum eſſe.*
2 *Teſtator præſumitur ignoraſſe rem
legatam eſſe alienam, vel obliga-
tam.*
3 *Dominus præſumitur ignoraſſe ſer-
uum militiam ſuſcepiſſe.*
4 *Ignorantia in iure nec præſumi-
tur, nec toleratur.*
5 *Scientia an potius præſumatur
quàm ignorantia.*
6 *Scientia rei alienæ præcedens in de-
functo præſumitur continuaſſe in
hærede.*
7 *Ignorantia iuris quando præſuma-
tur, & quando facti.*

### REGV. XLVII.

PRæſumitur ignorãtia, vbi
ſcientia non probatur.
a ¶LICET hæc regula[a] generaliter
loquatur, reſtringenda eſt tamen ad
ignorantiã facti:vt patet per exem-
1 pla.†Primum enim exemplum po-
ni poteſt in tutore, qui præſumitur
ignoraſſe ſe tutorẽ datum, vt l. hoc
2 autem. ff. de adminiſtr.tut.†Secun-
dum patet:quia præſumitur defun-
ctum ignoraſſe rem quam legauit,
eſſe alienam vel obligatam,vt ff.de
3 probat.l.verius.† Item in domino,
cuius ſeruus militiam ſuſcepit,quia
præſumitur ignoraſſe,vt C.qui mili.
non poſ.l. ſuper ſeruis. quæ exem-
pla omnia pertinent ad ignoran-
4 tiam facti. †In iure autem non præ
b ſumitur ignorantia[b],nec etiam to-
leratur, vt C.de iuris & facti ignor.
l.conſtitutiones.& de leg.l.leges ſa
cratiſſimæ. & ff. ad legem Cornel.
de falſ.l.diuus.circ.prin.& ſuprà eo.
5 c.ignorantia.†Sed opponitur & vi-
detur ꝙ præſumitur ſcientia etiam
in facto:quia ſi defunctus ſciuit rem
alienam, & hæres præſumitur ſcire
c rem alienam[c]: vt ff. de diuerſis &
temp. præſcript. l. cùm hæres.& de
6 publi.l.ſi ego.§.partus. †ſed ibi præ
ceſſit ſcientia rei alienæ in perſona
defuncti,quę continuata videtur in
perſona hęredis,cùm perſonam de-
functi repræſentet, vt in authen.de
iureiuran. à mori. præſti. Sed con-
tra hoc eſt apertè ſuprà eod. cùm
quis. & ff. eod. l. qui in alterius. Sed
dicas,quòd aut hæres contendit per
allegationem ignorantiæ lucrum
captare, aut damnum vitare.Primo
caſu præſumitur ſcientia defuncti
continuata in perſonam hæredis,
vt d.l.cùm hæres. & d.§.partus. Se-
cundo non præſumitur,vt ſ. eod.c.
cùm quis. & ff. eod. l. qui in alte-
7 rius.† Vltimo diſtingui poſſet, aut
d allegatur[d] ignorantia facti,aut iu-
ris. ſi facti, aut proprij, aut alieni:
e ſi proprij[e],aut proximi, aut dudum
remoti:ſi alieni, aut dudum extra-
nei, aut defuncti, in cuius locum
ſuccedit. Et ſi defuncti : aut certat
de damno vitando, aut de lucro ca
ptando, aut potuit peritiores conſu

lere,aut non:vt plenè diſtinxi ſuprà
eod.c.ignorantia.

ADDITIO.

a ¶Regula.Adde quando quis præſu-
matur ſciens vel ignorans. Spec. in
tit.de compet.iudic.adit. §. j. verſio.
ſed nunquid.& Bald. in l. verius.&
ibi Flor.de ſancto Petro.ff.de prob.
& Philip.Franc.& Alberi. de Roſa.
hîc,& Alex. in conſil.xxxj.Et igno-
rantia an & quando poſſit quem ex
cuſare, vide Bald.in conſil.ccxliiij.
in fi.vol. ij. & quando eſt ignoran-
tia credēda allegan[illegible],Bald.in conſi.
cl. incip. modo reſtat. eod. volu. &
Abb.in c.innotuit. col. iij. de elect.
& Archid. in ca. propoſuiſti. diſtin.
lxxxij.Et an excuſet à delicto, vide
Aretin. in §. pœnales.verſic.in eac.
gloſ. inſtit.de actio. Et non excuſat
aliquem facientem actum clàm, vt
not.Rom. in ſingul. dccxvij. incip.
regul.eſt col.iij.fol.20.&vide Dyn.
& quæ ibi dixi in regu. ignorantia.

b ¶Ignorantia.Vide eundem in c.qui
contra verſic. ſed opp.j.eod.& not.
quòd nec ſtatutum aut conſtitutio
noua cenſentur ignorata:intantum
vt ne iuramēto quidem tollatur ta-
lis præſumptio, vt inquit Iaſ. in §.
ſed iſtæ.col.xx.verſi.pro hac etiam
limitatione.inſti.de actio.dummo-
do præterierint duo menſes à die
promulgationis, authen.vt fac.no.
conſtit.

c ¶Alienam. Adde quando hæres ſe
tueri poſſit prętextu ignorantię.Dy.
& ibi annotata,ſuprà eod.in c.cùm
quis. F. C.

d ¶Allegatur. Adde Bart. in l. ſi quis
delegauerit. §. ſi.ff.de nouat.& in l.
non fatetur.ff.de confeſ.& in l. Cel
ſus.ff.de vſucap.& Aret. & Iaſ. in §.
ſi quis,col.ij.inſtit. de actio. vbi ex-
preſsè tenent, quòd in proprio facto
eſt tolerabilis ignorantia, ſi ſit fa-
ctum multum de longinquo: quod
intellige verum ſecundum Iaſ. vbi
ſuprà, quando tractatur de damno
vitando:quia tunc ex longinquita-
te temporis bene præſumitur igno-
rantia in facto proprio,ſecus quan-
do tractatur de lucro. iſtud eſt ſin-
gulare, quod voluit Bart. in l. qui
fundum. §. ſeruus,per illum text.ff.
pro empt. & limita alio modo per
Iaſ. ibi. Adde Abb.in c. ab e.[illegible]com-
municato. colum. vj. de reſcript.&
Alex.in conſil. cxxxiiij. col. penult.
verſic.quòd hæc opin.Salyc.lib.j.&
Rom. in conſil.ccccIxxxj.& in con-
ſil.cclxxiij.& Alexan.in conſil.lxix.
col.iiij.circa fin.& in conſi. clxviij.
in princ.lib.v.& Dyn.& quæ ibi di-
xi in regu. ignorantia.3.eod.& Ce-
pol.conſil.xxvj.col.vj.

e ¶Proprij. Adde an & quando præ-
ſumatur ignorantia proprij patri-
monij,text.& ibi Doct.in §.in frau-
dem.inſtit.quibus ex cauſ.man.non
lic.& Bar.in auth.ſed cum teſtator.
col.ij.C.ad leg.Falc. F. C.

## In regu. Locupletari. Argumenta.

1 *Diſiunctiuæ alteram partem ve-
ram eſſe ſufficit.*
2 *Copulatiua requirit concurſum v-
triuſque copulati.*
3 *Locuplex effici nemo debet cum al-
terius iniuria aut iactura.*
4 *Presbytero aut clerico defuncto,
quæ bona pertineant ad eccleſiam.*
5 *Pupillus recuperans rem ſine tuto
ris authoritate venditam, reddit
pretium quatenus eſt factus locu-
pletior.*
6 *Eccleſia non debet ditari cum alie
na iactura.*
7 *Eccleſia & pupillus æquiparan-
tur.*

Æquit



8 *Aequitas quando rigori ſit præfe-
renda.*
9 *Expēſæ factæ mala fide in re alie-
na, domino rei cedunt.*
10 *Exceptionem non numeratæ pecu-
niæ intra biennium non opponens,
obligatur efficaciter.*
11 *Exceptio non numeratæ pecuniæ
quo caſu biennio non excludatur.*

## REGVLA XLVII.

LOcupletari non debet ali
quis cum alterius iniuria
vel iactura.

1 ¶†VERBA iſtius regulæ ponun
tur diſiunctiuè,& ideò ſufficit inter-
uenire alterum de diſiunctis, vt im-
pediatur locupletatio, quia natura
diſiunctiuæ ita ſe habet, quòd non
requirit vtrunque, ſed ſufficit alte-
rum, vt ff.de condit.& demonſtr.l.
2 cùm pupillus. §. diſiunctiuo. [a] ſed
ff.eod.l. iure naturæ. verba ponun-
2 tur copulatiuè: † & ideò requiritur
omnia copulata concurrere, ſeu ſi-
mul vera eſſe.ff.de condit. inſtit.l.ſi
hæredi plures. & de verb. oblig. l. ſi
3 quis ita.†Duo ergo dicit hæc regu-
la. Primum eſt, quòd aliquis nō de-
bet locupletari cum alterius iniu-
ria.Secundum eſt,quòd aliquis non
debet locupletari cum alterius ia-
ctura,ſiue damno.exempla verò hu
4 ius regulę plana ſunt.†ſi enim preſ-
byter vel aliquis clericus moritur
inteſtatus, bona eiuſdem pertinent
ad eccleſiam: exceptis rebus quæ
b cenſibus [b] vel iuri patronatus, vel
alij iuri erant aſcriptæ. in illis enim
non ſuccedit eccleſia:quia locuple-
taretur cū alterius iniuria,quod eſſe
non debet:vt C.de epiſc. & cleri.l.ſi
5 quis preſbyter.†Item in pupilloqui
vendit rem ſuam ſine tutoris autho
ritate,& pretiū recipit; nam ſi recu-
perat rem,nō debet lucrari pretium
cum iniuria emptoris: & ideò qua
tenus locupletior apparet reſtitue-
c re tenetur [c], vt C.de vſuca.pro emp.
6 l.vlt.† & idem dici poteſt in eccle-
ſia,quæ tenetur ad reſtitutionē pre-
d tij quatenus locupletior [d] apparet
7 facta, † cum eccleſia [e] pupillo aſſi-
e miletur, vt C.de epiſc. & cleri. l.or-
phanotrophos. Et ad prædictorum
confirmationē accedunt. ff. de in-
ſtito.l.ſi quis mancipiis.§.Proculus.
& de cond.indeb.l.naturaliter.in fi.
& l.nam hoc natura. cum multis ſi-
f millib. [f] Sed contra regulam vide-
tur id quod, de vſucap. & præſcri-
ptione tractatur iure canonico &
8 ciuili.† Cùm enim hæc æquitas,&
ille rigor ſcripti reperiantur, hæc
æquitas deberet pręferri,& effectus
vſucap. & præſcriptionis impediri;
vt C. de iudic. l. placuit. ſed ad hoc
g plenè reſpōſum [g] eſt.3.eo. c. poſſeſ-
ſor.Et ideò reſpōſione vlterius non
9 indiget.† Item ſolet opponi de ex-
penſis in re aliena mala fide factis,
quæ cedūt lucro domini cum dāno
impendentis, vt ff.ad leg.Aquil.l.ſi
ſeruus. §. ſi oliuam. ij. reſpon.& de
doli excep.l.Paulus. Sed dicendum
eſt,quòd ibi non eſt iniuria impen-
dentis, cùm iniuria non fiat volen-
ti, vt 3.eo.c.ſcienti.& ff.de iniur.l.j.
§. vſque adeò. Item nec damnum,
cùm damnum quod quis ſua culpa
ſentit,ſentire non videtur,vt 3.eod.
c.damnū.Pręterea ſi damnum eſſet,
is qui impendit videtur eſſe in cul-
pa, ſcienter impendendo in rem
alienam, vt ff.eod.l.culpa.& 3.eod.
c. non eſt ſine culpa. Et ideò cum
impēdentis culpa præponderet, ſe-
quitur quòd eius conditio deterior
eſſe debeat, vt ff. ad leg.Aquil.l.ob
10 id.in fi. & l.in lege Aquilia. † Item
videtur obſtare regulæ: quia qui
non opponit exceptionem non nu-
h meratæ pecuniæ intra biennium [h],
obligatur cum effectu, vt C.de non

numer. pecu.l. in contractibus.& l. ſi ex cautione.& inſti. de lite.oblig. ergo aduerſarius eius locupletatur cum iactura & iniuria nõ opponentis. Sed de iure ciuili reſpondetur. quòd cùm fiat legum authoritate, non videtur iniuria fieri:ſed negari non poteſt ꝙ non fiat cum damno,
11 veritate inſpecta. † Et ideò ſi is qui confeſſionem recipiat, ſciat ſe non numeraſſe, diceremquod de æqui-
i tate canonica exceptio i non numeratæ pecunię nõ excluderetur biennio, cùm malæfidei poſſeſſor nullo tempore præſcribat, vt ſ.eod.c.poſſeſſor.Dyn.

ADDITIO.

a ¶Diſiunctiuo. Adde qualiter differant inter ſe copulatiua & diſiunctiua, Bart.in l.j.§. ſed & ſi mihi.ff. de verb.oblig. F. C.

b ¶Cenſibus. Adde quis ſuccedat clerico, & in quibus ſuccedat eccleſia, Bald.& Salyce. & ſequa. in l. ſi quis presbyter. hîc alleg.& Inno.& Abb. in c. cum in officiis. & c. requiſiſti. & c. cum eſſes. de teſtam. cum ſim. Sed quęro incidenter, an eccleſia & clerici teneantur pro poſſeſſionibus ſoluere collectas, tributa, & alia onera, quæ laici ſoluunt? Bart. ſingulariter, & ibi pulchrè Alexan. in addit. in l. reſcripto. §. ſciendum. ff. de muner. & honor.. & Bart. in conſil. clxxx. incip. ſi aliqua.& Bald. in l.j. §.ſi.ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. & in conſil. clxviij. incip. præmiſſo ſtatuto. vol.j. & Angel. de Peruſ. in conſi. xxiiij. incip. eccleſia.& in conſil. ccvj. incip. inter ordinamenta.& Bart. Bald.& Iaſ. de Mayno, in l. placet. & in authent. nulla communitas, & l. de his. C. de epiſc.& cleri.& Ioannes de Platea in l. ſi diuina domus. C. de exact. tribu. lib. x.& Innocen. & Abb. Sicul. in c. non minus. de immunit. eccleſ.& Abb. in conſi. vj. volu. ij.& amplè in conſi. iij.& in conſil. vj. volum. j.& Alber. de Roza. in rubric. de ſacroſanct. eccleſ.& dominus Petrus de Antiboli in tracta. ſuo. num. 3. in iij. parte. verſicu. interdum quis excuſatur à muneribus. & deciſ. Parlamen. Delphin. quæſt. lxxix. & in q. ccclxxxj. & ibi in addit. & in q. cccclxxxij.& ſequ. & in additio. & Gaſpar. Cardin. in conſi. xij. tit. de conſtitut. Hoſtien. in ſumma, de immunit. eccle. §. quibus. & Ioan. Fab. in l. placet. C. de ſacroſan. eccleſ.

Adde inquantum hîc quærit, an clericus teneatur ſoluere collectam. Bal. l. ſi placet. num. 4. & quod ibi poſui in addit. ad ipſum. in ver. gabellis. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bart. conſil. ſuo ccxx. incip. punctus quæſtionis talis eſt. quidam Titius olim de Peruſio. Archid. Gemi.& Philip. Franc. in c. quanquam. de cenſi. ſuprà iſto lib. Panormi. in c. fin. num. 4. vbi notaui in apoſtil. ad ipſum in verſicu, aliquas gabellas. de vita & honeſt. cleric. Gaufrer. in repetit. clem. j. in regu. ij. fallen. xxvij. & ibi dixi in apoſtil. ad ipſum. in verſ. ſecundum veriorem opinionem. de offic. ordi. & nota in literis. Spec. in tit. de cler. coniug. verſic. ad huius autem articuli.& Ioan. de Por. conſil. ſuo incipien. omnipotentis Dei. poſtulato ſuffragio &c.

c ¶Tenetur. Idẽ tenet gloſſ. & Doct. inſtit. de author. tut. in princ. Locupletior autem factus intelligitur, ſi ſaluam habet pecuniam, vel aliud ea emptum, vel ſi emerit res ſibi neceſſarias, tametſi modò non extent, vt inquit gloſſ. in l. fin. C. de vſucap. pro empt. & inſtit. quibus modis re contrahi. oblig. §. j. in verb. datione. de quo plenius Deci. in l. ex pœnalibus. ff. eod.& quis debeat probare alium eſſe factum locupletioré, tradit Bal. in l. j. C. ſi aduer. cred.& in l. prædiorum. C. de præd. min. F. C.

Locup



d ¶Locupletior. Idem placet gloſſ.& Bart. in authent. qui res.& Bald. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. ſi prædium. de præd. minor. & Abb. in c. ſi quis presbyterorum. in fin. de rebus eccleſ. non alien. & Alex. conſil. iiij. col. j. lib. iij. F. C.

e ¶Eccleſia. Adde Dyn. in c. delictũ. circa princ. j. eod. & gloſ. in ver. adminiſtrauerunt. C. de excuſat. tut.& in l. reſpubl. in verſ. ſolet. ex quibus cauſ. maior. F. C.

f ¶Similibus. Adde generaliter, non procedere iſtam reg. in caſibus quibus ob vtilitatem publicam quis iure ſuo priuatur, vt ait Deci. in l. iure naturæ. nu. 6. ff. eod. F. C.

g ¶Reſponſum. Adde aliam ſolutionem, quod ſi locupletari cum aliena iactura non licet, lex tamen propter bonum publicum, ne dominia eſſent in incerto, præſcriptionem induxit contra vtilitatem priuatam, vt not. Cardin. in cap. ius generale. prima diſtinctione. Et vide Paul. de Caſtr. in conſi. cclxxxix. colum. j. in antiq. qui ponit vnum caſum in quo locupletatur quis cum aliena iactura, vt l. fin. ff. de negot. geſtis. & ibi gloſſ. & Doct. Et not. quòd ex præcepto, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. cedit iſta regula, Nemo debet cum aliena iactura locupletari, vt not. Hoſtienſis in ſumma præludij. §. vnde habuit. Et Cardin. Alexand. in c. humanum ius. in ij. notab. j. diſtinct. & Dyn. in regula, poſſeſſor. in iij. oppoſitio. §. eodem.

h ¶Biennium. Adde quando opponi poſſit exceptio non numeratæ pecuniæ, Legiſtas in iuribus hic allega. & Angel. Aretin. de lite. obligat. inſtit. Abb.& Doctor. in c. fin. de ſolut. & Bald. conſilio xlvij. volum. ij. & Paulum de Caſtro conſil. ccxxxiiij. in ij. volumi. nouorum. & Hoſtien. d. Anton. Abb.& ibi ſingulariter Felyn. in cap. ſi cautio. colum. xij. de fide inſtrument. vbi ponit duas regulas cum pluribus declarationibus & fallentiis. Et quod quis de æquitate canonica admittatur poſt biennium ad exceptionem non numeratæ pecuniæ ſecundum Dyn. hîc, tenet dominus Anto. & Abb. in d. c. fin. & ibi Imol. & Bald. in d. l. ſi ex cautione. in ix. quæſt. & ibi ampliſſimè Salyc. in ij. quæſtio.& Bal. in l. in contractibus. in princip. col. ix. eod. tit. & Alexand. conſil. clviij. vol. ij. verſi. nec obſtat.& Bald. conſil. ccxcvj. in princ. vol. j. & iſta eſt communis opin. ſecundum Fely. in d. c. ſi cautio. col. xvij. in prima fallentia. ſecundæ regulæ, quanquam Spec. in tit. de reſtit. in integr. §. qui autem.& do. Anton. in c. quia plerique. de immunita. eccleſiar. dicant, quòd lapſus biennij inducit totale ſilentium etiam de iure canonico, & cõmunem opinionem tenet Angel. conſ. cliiij. incip. Iudæi.& Rom. in l. ſi diuortio. ff. de verb. oblig. ſed Bald. in l. cùm quis. col. ix.& ibi Iaſ. C. de iur.& facti ignor. tenet contra Dyn. & communem opin. Et vide Lud. Bologn. in l. j. C. de condict. ob turp. cauſam. in ſecundis interpret. Quid ſi iurauit non venire de iure nec de facto? vide pleniſſimè in deciſ. Capel. Tholoſ. ccclxxv. Et nota quòd eccleſia poteſt poſt biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt not. Bald. in auth. hoc ius porrectum.& ibi Cyn. Mod. C. de ſacroſan. eccleſ.& Rom. in repetit. authen. ſimiliter. C. ad leg. Fal. & deciſ. Capel. Tholo. ccccviij. vbi ponit quid de minore. & Angel. in conſil. clvj. circa medium. vbi limitat hîc Dyn.

i ¶Exceptio. Amplius, putat Deci. in l. iure naturæ. nu. 5. ff. eod. idem eſſe ſecundum ius ciuile, cum debitor etiam exacto biennio poſſit proba-

re pecuniam non fuiſſe numera-
tam. F. C.

## In reg. In pœnis. Arg.

1 *Violētia in dubio ſine armis facta*
*præſumitur.*
2 *Tutor remotus, in dubio ob culpā,*
*non ob dolum præſumitur.*
3 *Vulnerans animum occidendi ha-*
*buiſſe in dubio præſumitur.*
4 *Delictum ſi neſciatur à quo com-*
*miſſum ſit, puniri debent omnes*
*conſortes.*
5 *Pœna pro delicto quo caſu ſit in-*
*fligenda.*

### REGVLA XLIX.

IN pœnis benignior eſt in-
terpretatio facienda.

1 ¶ † Si conſtat aliquem commiſiſſe
vim, & ignoratur, vtrū cum armis,
interpretamur benignius reum fe-
a ciſſe violentiam ſine armis [a], vt per
hoc minus puniatur. ff. de pœnis. l.
2 ſi præſes. & l. pen. † Item ſi conſtat
tutorem ſuſpectum fuiſſe, & ob ſu-
ſpicionem remotum, ſi ignoramus
vtrum propter dolum vel propter
culpā, benignius interpretamur. i. vt
propter culpam remotus intelliga-
tur: & propterea non ſit infamis. vt
ff. de ſuſpect. tut. l. hæ enim cauſæ. in
princip. Sed obſtare videtur regu-
læ. ff. de his qui not. infa. l. ij. §. exer-
citum. vbi nō interpretamur in par-
tem quæ pœnam reſtringat, ſed in
illā quæ ampliat. Sed ad hoc reſpon
3 ſum eſt, s. eod. c. odia. † Item oppo-
nitur, ſi vulnero aliquem, licet non
occidā, præſumitur in dubio quòd
habui animum occidendi, ſi con-
trarium non probatur. C. de iniur.
l. ſi non conuitij. ergo non interpre-
tamur in benigniorem partem, id
eſt, eam quæ inducat euitationem
4 pœnæ. † Item ſi certum eſt plures
fuiſſe in delinquendi actu, nec ap-
b paret quis eorum deliquerit [b], non
interpretamur in partem benignio-
rem: quia dicimus omnes puniri
debere, vt ff. ad l. Aquil. l. item Mela.
§. ſed ſi plures. & not. ff. ad l. Corn. de
ſicar. l. ſi in rixa. & C. ad l. Iul. de vi
publ. l. quoniam multa facinora. er-
go videtur regula falſa. Sed diſtin-
guendum eſt, ſicut plenè diſtinctum
fuit s. eod. c. in obſcuris. † quia ſi in-
5 certum eſt vtrum delictum fuit cō-
miſſum, regula locum habet, quia
interpretamur minus commiſſum,
& propterea minorem pœnam im-
ponendam: vt d. l. ſi præſes. & l. pe-
nult. ſed vbi certum eſt delictum, &
certa delicti qualitas, animus verò
delinquentis incertus. Item vbi cer-
tum delictum, & certa qualitas, ſed
incerta perſona, regula locum non
habet, vt latius eſt oſtenſum. s. eod.
c c. in obſcuris. [c]

### ADDITIO.

a ¶ Sine armis. Adde Dyn. & quæ ibi
remiſſiuè dixi in pen. addit. in regu.
in obſcuris. Nota tamē ad hanc reg.
quod in enormibus criminibus iu-
dex debet vti ſeueritate, & non be-
nignitate, vt l. diuus. ibi, ſeuerè vin-
dices. ff. de re iudi. & dicit ibi Bald.
in l. ea quę. in fi. C. de cond. indeb. &
eſt tex. ſing. in l. reſpiciendū. §. planè.
ff. de pœn. & Alex. in addit. ad Bart.
in l. ſi præſes. ff. de pœn. & idem vo-
luit Inno. in c. j. de conſtit. vbi dicit
eſſe licitū iudici in pœnis tranſgredi
leges. & ibi vide amplè Felyn. in viij.
fal. & Bar. Bald. & Ang. in l. quid er-
go. §. pœna grauior. ff. de his qui no.
infam. & in l. & ſi ſeuerior. C. ex qui-
bus cau. infam. irroga. & Cepol. in
conſil. xliiij. col. xiiij. verſ. x. & vlt.
Adde ad interpretationem huius reg.
Dec. in l. factū cuique. §. in pœnali-
bus. ff. eod. vbi ponit viij. pulcherri-
mas limitationes.





b ¶ Deliquerit. Adde quod notaui in
addi. s. in reg. in obſcuris. vbi diffu-
sè tractatur materia pręſentis ſpecu
lationis, ſcilicet, quando ignoratur
quis ex pluribus delictum commi-
ſerit, & inquantum dixit do. Coapo
ſtil. meus. s. in prin. apoſtillæ præce-
den. quòd in criminibus &c.
Adde vnum ſing. dictum Gerard. de
Petra ſancta. ſing. ſuo lxxv. in cap.
magnum eſt pulchrum & laudabi-
le nomē habere, ſcilicet quòd ſi plu
res eſſent inquiſiti & capti pro ali-
quo maleficio, & eſſet dubiū à quo
eſſet tortura inchoanda, quòd tunc
ceſſantibus aliis indiciis incipere-
tur ab illo, qui turpe nomen habet.
Ita no. Cardin. Flor. in c. cum ſecun-
dum apoſtolum. in ij. no. de pręben.
lib. vj. pro quo facit gloſ. not. do. &
præceptor meus in legibus Iaco. de
ſancto Georg. in præludiis feud. in
ver. Carolus pulcherrimū nomē eſt.
c ¶ In obſcuris. Adde eundem in cap.
odia. nu. 9 & 10. ſuprà eod. F. C.

## In reg. Actus legitimi. Argumenta.

1 *Actus legitimi qui dicantur.*
2 *Electio ſub conditione fieri nequit,*
*ſicut nec poſtulatio.*
3 *Tutoris datio, quæ fit à iudice, con-*
*ditionem non admittit.*
4 *Emancipatio ſub conditione facta*
*nullius eſt momenti.*
5 *Aditio hæreditatis non poteſt eſſe*
*conditionalis.*
6 *Tutoris authoritas non præſtatur*
*ſub conditione.*
7 *Emptio & venditio, conditionem*
*non recipiunt.*
8 *Locatio & conductio an fieri poſ-*
*ſint ſub conditione.*
9 *Inſtitutio hæredis, conditionem &*
*diem incertam admittit. Et quare.*
*num. ſeq.*
10 *Diuiſionem in partes non reci-*
*piens, non recipit etiam diuiſionem*
*temporum, & econuerſo.*
11 *Conditio in teſtamentis retrotra-*
*hitur.*
12 *Correctio iuris in dubio vitari debet.*
13 *Actus legitimi diem recipiunt &*
*conditionem.*

### REGVLA L.

ACTVS legitimi condi-
tionem non recipiunt,
neque diem.

1 ¶ † DICVNTVR actus [a] legitimi
a omnes quæcunque iuris ſcripti par-
te inuenti. iuris autem ſcripti partes
ſunt ſex, videlicet lex, plebiſcita, ſe-
natuſconſulta, decreta principum,
reſponſa prudētum, & magiſtratuū
edicta, vt inſt. de iure nat. §. cōſtat. ff.
de iuſt. & iur. l. ius autē. Exemplum
aūt regulæ probabiliter poni poteſt
in electionibus & poſtulationibus,
2 quæ ſunt legitimi actus, † & ideo ne
que electio, neque poſtulatio poteſt
ſub cōditione fieri, & ſi fiat, pro non
facta habetur, vt s. de elect. c. in ele-
3 ctionibus. lib. vj. † Item in datione
tutoris à iudice facta, quæ non reci-
pit conditionē expreſſam: & ſi adii
ciatur, reddit dationē inutilem. ff. de
tutel. l. mutuo. Itē in emācipatione,
4 † quia ſi dico emancipo [b] filiū meū
b ſub conditione ſi Imperator in Ita-
liā venerit: vel ſi dominus noſter de
vrbe recedat, emācipatio nulla eſt.
5 † Item in aditione hæreditatis: quia
ſi dico, Adeo hæreditatē ſub condi-
c tione, [c] ſi nauis ex Aſia venerit, adi-
tio nulla eſt, vt ff. de acqui. hæred. l.
6 eū qui. §. vlt. † Itē in tutoris authori-
tate: quia ſi dicat tutor, pręſto autho
ritatē pupillo, ſi Titius aſcēderit Ca-
pitoliū, authoritatis interpoſitio nul

la eſt, vt ff. de auth. tut. l. etſi cõditio-
nalis. & probãtur per ordinẽ iſta o-
mnia. ff. eo. l. actus legitimi, vbi vi-
detur eadem regula poni. Sed ſi hæc
7 regula vera eſt, † quòd actus legiti-
mi conditionem non recipiunt: er-
go emptio & venditio quæ eſt actus
legitimus non recipit cõditionem.
quod falſum eſt, vt inſti. de contrah.
emp. §. emptio. ff. de in diem adiect.
8 l. ij. † Item locatio & conductio eſt
actus legitimus: ergo nõ recipit con
ditionem. Item ſocietas, mãdatum,
ſtipulatio, & cæteri contractus ſunt
actus legitimi: ergo non recipiunt
conditionẽ, vel diem. quod tamen
falſum eſt, vt per infinita iura pro-
9 batur. Item hæredis inſtitutio eſt
legitimus actus. ergo nõ recipit con
ditionem. quod tamen eſt falſum: li-
cet enim non recipiat diem certam:
vt ff. de hæred. inſtit. l. hæreditas, &
inſtit. de hæred. Inſt. §. hæres. tamen
bene recipit conditionem & diem
incertam, vt ff. de hæred. inſtit. l. ſi
quis inſtituatur. & l. ſub cõditione.
& l. qui filio. & C. de hæred. inſtit. l.
10 extraneum. † Ratio autem quare re-
cipiat conditionem & diem incer-
d tum, eſt aperta: [d] quia illud quod
non recipit diuiſionem in partes in
ſe, nec recipit diuiſionem in partes
temporum, & econtrà, vt ff. de teſta.
milit. l. miles ita hæredem. §. & quia
diximus. & de vſufruct. l. vſusfruct.
& ab initio. Sed inſtitutio hæredis
non recipit diuiſionem, in ſe, quia
non poteſt aliquis pro parte teſta-
e tus decedere, [e] imò cauſa teſtati tra-
hit ad ſe cauſam inteſtati, vt ff. eod.
l. ius noſtrum. & ideo ſi teſtatur pro
certa temporis parte, inſtitutio tem-
poris valet etiam pro toto tempore,
& limitatio temporis habetur pro
non adiecta, vt d. l. hæreditas. & §.
11 hæres. † ſed ſi teſtatur ſub conditio-
ne, vel in diem incertã, euentus con-
ditionis & diei incertæ, quæ con-
ditioni aſſimilatur, trahitur ad tem-
pus retro: vt ff. de teſtamen. milit.
l. quod dicitur. & ideo non videtur
pro parte inteſtatus: ſed exiſtẽte cõ-
ditione videtur in totum teſtatus, &
ea deficiẽte in totum inteſtatus. Vi-
detur ergo ꝙ iſtud ca. corrigat om-
nes leges, in quibus cauetur in legi-
timis actibus poſſe adiici conditio-
nem & diem. Sed dicendũ videtur,
quia promptum eſt & expedit iura
iuribus concordare, vt S. de elect. c.
cùm expediat. lib. vj. & C. de inoffic.
don. l. vnica. & quia iuriũ correctio
nes in dubio ſunt euitandæ, vt d. c.
cùm expediat. & in auth. quib. mo.
12 natur. effic ſui. §. tribus. & †. quia nõ
eſt veriſimile Ro. Pont. qui iura tue
tur, huiuſmodi breuitate verborũ to
tam obſeruationẽ iuris, aliàs multis
vigiliis cogitatam, euertere. C. de
inoffi. teſtam. l. ſi quando. quòd hæc
generalitas reſtringenda ſit ad ca-
ſus numeratos, vt habetur in text. &
gloſ. ff. eo. l. actus legitimi. & verba
iſtius regulæ debent exponi actus le
gitimi, ſcilicet quidã. ſicut & ibi pro
priè in verbis text. innuitur, & per
gl. exponitur. & propterea generalis
regula remanet in contrariũ: ſcili-
13 cet ꝙ † omnes legitimi actus diem
recipiũt & conditionem, vt inſti. de
verb. obl. §. omnis. C. de iure emphy.
l. j. ſed fallit in quibuſdã. & in illis
loquitur regula. niſi diceres quòd
hæc regula corrigit ea iura, quæ di-
cunt in legitimis actibus poſſe adii-
ci conditionem vel diem, quod ima
ginationi mentis meæ non appli-
catur. Dyn.

ADDITIO.

2 ¶ Actus. Adde hîc Io. Andr. & Doct.
mod. maximè per Phil. Franc. & gl.
& Doct. maximè Deci. in l. actus. ff.
eod. tit. & Imo. in l. gerit. ad fin. ff. de
acquir. hære. & Alex. in conſil. lxxv.
lib. j. Et actus eſt vocabulum gene
rale



rale, & tamen videtur reſtringi per
ſequentia, vt not. Bald. in conſil. cc-
lxviij. in fi. vol. ij. Et vbi actus poteſt
trahi ad duo diuerſa, magis intue-
mur, quod prodeſt, quàm quod no-
cet. Vt not. Io. de Plat. in l. cùm alle
gas. de caſtr. pec. C. lib. xij. Et not.
quòd actus qui nõ poteſt fieri purè,
nec ſub conditione, poteſt tamẽ fie
ri ſub duabus conditionibus. vt no.
Bart. poſt gl. ibi in l. diuus. §. fin. ff. de
fal. & ibi Alexan. in addi. alleg. Lud.
de Vrb. ita tenet in l. ſi verò. §. de
viro. in iij. fal. ff. ſol. mat. & in l. j. ff.
de verb. ob. vide Dy. ſuprà in regu-
la beneficiũ. ver. idẽ erit ſi defectus
fuerit inſtitutionis forma.
b ¶ Emancipo. Adde Bart. in l. j. §. hoc
autem ſenatuſ. & ibi Raph. Pau. de
Caſt. & Alex. col. ij. in fi. ff. ad Treb.
Bal. & ibi Paul. de Caſ. in l. ſenium.
C. qui teſta. fac. poſ. & Aret. in §. præ
terea in vlt. q. inſti. quibus mod. ius
patr. pot. ſol. & Imol. in l. tam is. §. j.
ff. de don. cauſ. mor. vbi cõmuniter
tenent quòd filius non poteſt eman
cipari ad vnum actum. & Paul. de
Caſt. & Franc. Aret. in l. qui in pote-
ſtate. col. vlt. ff. de teſtam.
c ¶ Sub conditione. Adde Bal. in l. po-
tuit. in q. viij. & ibi Salyc. in vij. q. &
Mod. C. de iure delib. & Bart. in l. &
ſi conditionalis. & ibi Alexã. in ad-
dit. ff. de auth. tutor. vide de autori-
tate tutoris, & Io. de Imol. in d. l. ge-
rit. ff. de acqui. hæred.
d ¶ Aperta. Adde Bart. in l. hæreditas.
ff. de hær. inſt. qui ponit vltra hanc
rationem Dyn. aliam. & vide Bald.
& Salyc. in d. l. extraneum & Bal. in
d. l. hæreditas. vbi tenet contra Bar.
ibi per rationem Dy. hîc, quòd cau
ſa teſtati trahit ad ſe cauſam inte-
ſtati. vnde ſi quis inſtituat Titium
hæredem vſque ad Paſcha, & quòd
poſt Paſcha non ſit vlterius hæres:
dicit Bart. quòd talis inſtitutio non
valet, propter repugnantiam, quam
in ſeipſa includit. Sed Bal. tenet cõ-
trà, vt dixi per rationem Dyn. & idẽ
tenet Paul. de Caſt. in conſi. ccxij. in
antiq. & ſequitur Bal. in §. hæres pu
rè. propter rationem Dy. & ibi Chri
ſtoph. Por. & Aret. in fi. inſti. de hæ-
red. inſti. & tenet Ang. de Puriſio in
d. l. extraneum. & Imol. in d. l. hære-
ditas. verſ. vlterius quæri poteſt cir-
ca prædicta.
e ¶ Decedere. Pro parte teſtatus dece
dere. hoc eſt verum regulariter, vt
not. Bal. in repet. l. habeat. nu. 61. &
ibi dixi in apoſtil. ad eum in verſic.
concludo. C. de ſacroſan. eccle. Bar.
in l. cum filius. in princip. & ibi dixi
in apoſti. ad ipſum. in ver. pro parte
teſtatus. ff. de leg. ij. Cornel. conſil.
xxxv. incip. in caſu. in litera F. vo. j.
& conſil. lxxxv. incip. plura. in litera
G. vol. iiij. & omnino Bart. Socin. in
ſuo tract. fal. regula cccc. vbi ponit
xxij. fallen. ad hoc dictum.

## In reg. Semel Deo. Argumenta.

1 *Sacrum ſemel effectum non debet ad vſus profanos transferri.*
2 *Papa ſolus ſacra profanare poteſt.*
3 *Impoßibile reputatur quod pendet ab vnius ſolius poteſtate.*

## REGVLA LI.

a SEMEL [a] Deo dicatum,
non eſt ad vſus humanos
vlterius transferendum.

¶ EXEMPLVM iſtius regulæ
1 patet cuilibet: quia † quod ſemel
factum eſt ſacrum, & conſequenter
diuino cultui dicatum, non debet
b vlterius transferri ad vſus [b] ho-
minum: vnde ſi ædes ſacra in ali-
co loco licitè, id eſt iuris ſolenni-
tate ſeruata ædificatur: licet ædifi-
cium diruatur, locus remanet ſa-

cer.nec debet ad vſus hominũ con-
uerti, vt ff.de rer.diuiſ.l.in tantum.
§.ſacræ. & de contrah. empt. l.æde
ſacra.& inſtit. de rerum diuiſ. §. ſa-
cræ. Sed videtur obſtare ff.de verb.
oblig.l.continuus.§.pen.dicendum
2 eſt,†quòd hîc cõſiderauit iuris poſ-
ſibilitatem:ibi verò ſummi Pontifi
cis poteſtatem, qui poteſt ſacrum
3 ad profanum reducere.†quia quod
vnius ſolius poteſtati ſubiicitur,im
c poſſibile[c] de iure reputatur.ff.de le-
gat.j.l.apud Iulianum.§.fi.

ADDITIO.

a ¶Semel.Quod ſemel cõceſſum, re-
uocari nõ poſſit, & multa ſimilia in
quibus quid ſemel fieri ſufficit, vi-
de per Matth. de Afflict. in tracta,
prothomiſeos. §.vt infra xxx. dies
col.iiij.ſic.item quæro quo tempo-
re.nu.12. G. S.

b ¶Vſus.Adde gl.Bart.Bal.& Salyc.in
l.ſi nondum.C.de furt.& Ioan. Fab.
Ang.Aret.in §.ſacræ. inſti.de rerum
diuiſ.& hic Io.And.& Phil.Fran.&
an papa poſſit monachos ſine cau-
ſa reſtituere mundo.vide Ioã. And.
amplè in præcedẽti regula.& Abb.
in c.ex publico.de conuer. coniug.
& Bart.Soc.in l. Gallus. §. & quid ſi
tantum. ff. de lib. & poſth. & adde
ad hanc reg. Mari. Soc. in tract. de
oblationibus xx.libello.in princip.
Adde Fely.in ca.ſi quando. col.iij.
verſic. præterea dicit Hoſtien. de
reſcrip. ex cauſa verò poſſet. vt ibi
per eum,vbi allegat Doctorũ Theo
logorum opiniones. idem Felyn.&
in c. inquiſitionis. in princ. de ſent.
excommuni. & dixi in apoſtil. ad
Panormi. poſt eum in c. ne Dei ec-
cleſiam.nu. 1.in verſic. contra reg.
de ſimo.

c ¶Impoſſibile.Adde quod id quod à
principe venit implorandum,repu-
tatur impoſſibile, propter difficilli-
mum ad eum aditum.& idem tenet
Rom.in repet.auth.ſimiliter.colum.
xvj.in princ.C.ad leg.Falcid.& Bar.
in d.§.fin.hîc alleg.& vide gloſ. in l.
continuus. §. cum quis. vbi Bart. &
ſeq.ff.de verb. obl.& Alex.in d.§.fi.

## In reg. Non præſtat.

### Argumenta.

1 *Eligentes indignum ſcienter,an iu-*
*re eligẽdi ſint ipſo iure priuati. &*
*nu.ſeq.*
3 *Eligendi ius an conſumatur per*
*electionem inutilem.*
4 *Legatum pupillæ factum ſi nupſe-*
*rit,non perit ea cõtrahẽte nulliter.*
5 *Legatum factũ capaci an adima-*
*tur ſi ſecundo fiat incapaci.*
6 *Legatum tacitè adimitur.*

### REGVLA. LII.

NON præſtat impedimẽ-
tum, quod de iure non
ſortitur effectum.

1 ¶†Si canonici nominauerũt ſcien-
ter indignum, & electio effectum
non habuit: non tamen priuantur
iure eligendi:quia non præſtat im-
pedimentum &c. vt ſuprà de elect.
c.perpetuo. & c. ſi cõpromiſſarius.
lib.vj. de conceſ.præb.c.ne captan-
dæ.ſed contrà videtur eod. tit. cap.
2 quanquàm. lib. vj. † vbi eligentes
ſcienter indignum priuantur iure
a eligendi.[a] Dicendum eſt, quòd il-
lud c. quanquã trahitur ad intelle-
ctũ illius c.perpetuo. videlicet quia
ſi nominantes indignum adeò per-
ſtiterint quòd ex vocibus eorum
communis electio ſubſequatur, tũc
priuantur iure eligendi. vt c. quan-
quam.aliàs non priuantur. vt d.ca.
3 perpetuo.†Item poteſt poni exem-
plum:ſi teſtator legauit mihi vnum
de ſeruis quem elegerim,& ego ele-
gi, & electio non habet effectum,
ius



ius eligendi non eſt conſumptum,
& ideo non præſtat impedimẽtum
volenti iterũ eligere.ff.de opt.leg.l.
ij.iij. & iiij. aliàs ſi electio ſortiatur
de iure effectum,conſumptum eſſet
ius eligendi, nec licet vlterius va-
riare: vt ſuprà eod.cap.quod ſemel.
ff.de lega.ij.l.ſtatuliberum. §.fin.cũ
4 multis ſimil. † Item poni poteſt
exẽplum : ponamus quod legatum
relinquitur pupillę ſub conditione,
ſi contraheret matrimonium : nam
ſi contrahit matrimonium infra pu
pillarem ætatem, non ſortitur effe-
ctum : & ideo non præſtat impedi-
mentum:facta enim legitimæ æta-
tis poterit contrahere,& conditio-
nem contrahendo implere.ff.quan
do dies leg.cedit.l. quod pupillæ. &
de condi.& demon.l.hęc cõditio.§.
5 j.†tamen contrà videtur,quòd iure
cauetur, quòd ſi teſtator relinquit
legatum primo capaci, & poſtea
animo adimendi primo, relinquit
ſecundo non capaci: quia licet non
ſortiatur effectum in perſona ſecun
di, tamen præſtat impedimentum
primo, quia impeditur petere lega-
b tum. [b] ff.de leg.j.l. planè.in prin.&
de adim.leg.l. legatum.§. pater.& l.
6 & ſi transferam. † Sed dicendum
eſt, quòd legatum etiam tacita vo-
c luntate [c] adimitur. ff. de adim.leg.
l.iij.§. fin.& l.ex parte. & de iis qui-
bus vt indig.l. ſi inimicitiæ.cùm er-
go appareat per tranſlationem fa-
ctam in ſecundum, teſtatorem vo-
luiſſe tacitè primo adimere, illa ta-
cita prima ademptio ſortitur de iu-
re effectum, vt dictum eſt : & ideo
præſtat impedimentum.Dy.

ADDITIO.

a ¶ Eligendi. Adde an per electio-
nem indigni eligentes poteſtate
priuentur eligendi. Bartol. Bald.
Mod. in l. cum quidam.ff.de leg.ij.
& Abb.in cap.bonæ. in j. & ca.cum
in cunctis. de elect. & ad alia hîc
not.per Dyn.vide Alexan.in conſil.
lxxxj. colum. ij. volum. v. & Ioan.
Andr. & Philip. Franc. hîc, & Bar-
tol. in l. non putauit. §.non quæuis.
ff. de contra tabul. vbi dicit, quòd
ſtatutum de mandando executioni
inſtrumentum, intelligitur de ritè
facto. & Bald. in l. non dubium. in
ij. colum.C. de legibus dicit, quòd
ſtatutum de gabella imponenda
ſuper contractu intelligitur de va-
lido,& Paul. de Caſt.in l.ſancimus.
in fin.C. de reſ.dicit, quòd clauſula
caſſans & irritãs omne aliud teſta-
mentum, habet tacitam conditio-
nem, videlicet ſi aliud in quo eſt
clauſula, eſt validum.& vide pul-
chrè Fely.in c.ex tenore. verſic.reg.
non præſtat. col.iij. de reſcript. qui
hãc regulam ornatiſſimè gloſſauit,
melius quàm qui maximè. Et quod
notat Felyn. in c. paſtoralis. col.ix.
verſicu.vltra Abb. de excep.& Bart.
in diſput. incip.lapſus.col.iij.verſ.v.
Adde an & quando eligentes ſcien-
ter indignum, priuentur poteſtate
eligendi,quod notaui in apoſtil. ad
Gemin.& Philip.Fran.in cap.quan-
quàm vtrobique. in princ. de elect.
iſto lib.& Card.Mandago. in tit.de
elect.c.ix. Felyn.in c.cùm olim,col.
j.de maio.& obed. Et caſu quo pri-
uatur poteſtate eligẽdi propter ele-
ctionem indigni ſcienter factam
ad quos deuoluitur ius eligendi,vi-
de eundem Mandag. vbi ſuprà. Ad
medium autem huius apoſtillæ,
quando dicit quòd ſtatutum loquẽs
de mandando executioni inſtru-
mentum, intelligitur de ritè facto,
Adde quòd illud non attenditur in
ſtatuto pœnali. notarius enim ſcri-
bens teſtamentum nullum & fal-
ſum, punitur de falſo, licet ex alia
cauſa ſit nullum. vt notat Bartol.in
l. quid ergo. §. cum autem. ff. de
infami. & in l. ſi quis legatum.
& ibi

& ibi Alex.ff.de falſ. Bal.& Salic.in
l.j.C.de ſepul.viol. & Iac.Rebuff.in
l.fi.nu.xj.& ibi dixi in apoſt.in verſ.
notarius.C.de locat. præd. ciuil.vel
fiſc.lib.xj. Secus autem ſi ſit nullum
vel imperfectum ſeu de actu imper
fecto, ita not. Bald.in l.iubemus.C.
de teſtam.vbi plenè. Adde Aretin.
inſtit.quib.mod.teſtam.infirm.§.po
ſteriore. col.ij. in gloſſ. exiſtere. &
ibi Ioan.Fab.

b ¶ Legatum. Adde eundem ſ. eod.
c.vtile.nu.5.& in fin. F. C.

c ¶Voluntate.Adde quòd idem eſt in
marito, vt eſt text. & ibi Bart. in l.
marito.§.illud.ff.de adul.& ibi etiã
in patre. & Bart. & ibi Alex. in ad-
dit.in l.nec in ea.ff.de adult.Ang.&
Alex.in l.in ſuis.in prin.ff. de lib.&
poſthum.Cyn. in l j.in fin.C.quæ ſit
long.conſuet.& Felyn.in c.ſi verò.
de ſent.excomm.& Bald. in l.ſi quis
non dicam rapere.C.de epiſc.&cle.
vbi ponunt plures q.ad hanc regu.

## In reg.Cui licet.

### Argumenta.

1 *Pater adulterum filiæ & occide-*
*re, & contumelijs afficere poteſt*
*impunè.*

2 *Iudex poteſt deferre iuramentum*
*in litem actori, & illud taxare.*

3 *Filiusfamilias, patre conſentiente,*
*cauſa mortis donare poteſt, teſtari*
*autem non poteſt.*

4 *Præſes prouinciæ ad mortem dam*
*nare poteſt, deportare verò non po-*
*teſt.*

5 *Curialis etiã ſi prædia donare poſ-*
*ſit, vendere tamen ea nequit.*

6 *Donare difficilius conceditur quã*
*vendere.*

7 *Procurator prorſus reuocari po-*
*teſt, partim non poteſt.*

## REGVLA LIII.

CVI licet quod eſt plus, li-
cet vtiq; quod eſt minus.

1 ¶ † LICET patri occidere adul-
terum cum filia comprehenſum, &
ideo licebit quod eſt minus, id eſt
adulterum cum filia cõprehenſum
contumeliis afficere, vt hîc.& ff.de
adult. l. nec in ea. §. ius occidendi.
2 †Item poteſt facere iudex quod eſt
plus, id eſt iuramentum in litẽ defer
re actori, & ideo debet poſſe quod
eſt minus, id eſt taxationem iura-
mento adiicere, vt ff.de in litẽ iur.l.
3 videamus. §. pen. † Item eſt maius
condere teſtamentum, quàm mor-
tis cauſa donare. quod patet, quia
filiusfamilias poteſt mortis cauſa
donare patre conſentiente: vt ff.de
donat.cau.mort.l.tam is.§.j. tamen
teſtari non poteſt etiam patre con-
a ſentiente, [a] vt d.l.tam is.§.j.& ff.de
teſtam.l.qui in poteſtate.Si ergo li-
cet filio militi condere teſtamentũ
de caſtrenſi peculio, multò fortius
licere debet mortis cauſa donare,
b vt ff. de donat.l. filiusfam. §. vlt. [b]
¶Sed contra regulam ſolet opponi
4 de pluribus.† primò de præſide qui
habet ius gladij quod eſt maius, vt
ff. de offic. præſid. l.ſi illicitas.§.qui
c vniuerſas. [c] & tamen non deportat
quod eſt minus.vt ff. de leg.iij.l.j.§.
ij.quibus.& de iniuſto teſta.l.ſi quis
filio exhæredato. §. eius. ſed illud
quando non habet inſulas ſuæ iu-
riſdictioni ſubiectas, aliâs ſecus vi-
detur, vt ff.de interd.& releg.l.rele-
gatorum.circa princ. & not.in l.in-
ter pœnas. eod. tit. & ideo hæc op-
d poſitio [d] nõ facit ad rem: licet qui-
dam aliter dicant. ¶ Item oppo. C.
5 de prædiis decu.ſine decr.l.iij.†vbi
curialis poteſt donare prædia, ſed
non vendere, cùm maius ſit & diffi-
cilius permiſſum donare quàm ven
dere. C. de contr. iudic. l.j.ſed illud
ideo contingit, quia veriſimile eſt
quòd facilius venderet, ad hoc vt
pretium ex venditione deductum
deportaret, & ideo facilius inhibe-
tur venditio, quàm donatio: quia in
donatione ceſſat ratio prohibitio-
nis, quæ ad venditionem propriè
pertineret. ¶ Item opp. de l.in cau-
7 ſæ.ff.de procur. † vbi licet reuocare
procuratorem in totum, & non in
parte. Item oppon.ff.de admi.tut.l.
cum quęritur.& de vſur.l.Caius.vbi
licet nomina cõtracta in totum ap-
probare vel reprobare, ſed non par
tem. Sed in illis omnibus diuerſa
habentur vnius loco ratione con-
nexitatis officij: & ideo non eſt in
eis licitum variare, ſicut nec circa
eandem rem, vt ff.de dam. infect.l.
prætor.§.vnde quæritur. & determi
natum eſt ſ. eod.c. mutare. ¶ Item
opponi ſolet.ff.de peri.& commod.
rei.l.j.§.licet.& de pluribus aliis quę
not. & rationabiliter ſoluuntur. ff.
eod. l. non debet. & ideo repetere,
cùm ſint rationabiliter ſcripta, eſſet
potius tranſcribere, quàm notare:
& propterea ſuperuacuum.Dyn.



### ADDITIO.

a ¶ Conſentiente.Adde an filiusfam.
poſſit teſtari maximè in aduentitiis
in quibus patri non quæritur vſuſ-
fructus, Bar.& Alex.in l. Imperator.
ff. ad Treb. & quæ eſt ratio, quare
magis poteſt donare cauſa mortis,
quàm teſtari, vide Bart.Bald.& Frã.
Aret.col.ij.verſ. in ea glo.in l.qui in
poteſtate.ff.de teſtam. Cyn.Bal. Sa-
lic.& Alex. in l.ſenium. C.qui teſta.
& Bart.in l.tam is.§.j. hic allegat.&
Bart. & Bald. in l. habeat vnuſquiſ-
que.& ibi Iaſ. C.de ſacroſan. eccleſ.
& per canon. in c. Raynaldus. & c.
Raynutius.de teſta. Io.Fab.& Aret.
inſtit. quib.non eſt permiſſ. fac.teſt.
Sed an pro anima poſſit teſtari? vide
Doct.ſ.alleg.& in c.licet. de ſepult.
ſ.eod.& Cyn. Bald.Salic.& Alex.in
l. ſenium. C.qui teſtam. fac. poſſ.&
Rom. in repet. auth. ſimiliter.xxiij.
q.verſi.xix.ad col.xxvj.C.ad leg.Fal.
Abb.in conſ.lxiij.col.iij.in verſ.iiij.
volu.j.& Lud.Bologn. in primis &
ſecundis interpret.in l. ſicut. §.ven-
ditionis. ff. quib. mod.pign.vel hy-
poth. & quando donationem de-
beat præcedere conſenſus patris,
vel ſufficiat quòd ſubſequatur, vide
Bald.in l.ſi vxorem.C.de condit.in-
ſer.&Franc.de Crema in ſingu.lxix.
Quid in filiofam. clerico? dic quòd
poteſt teſtari, vt eſt gloſſ. reputata
ſingu.in c. quia ingredientibus xix.
q.iij.& tex.in auth.preſbyteros.C.de
epiſc. & cler. & Doct.in c.quia nos.
de teſt.& Cepol.caut.cxiij. cum ſeq.
& caut.cxlvij. Et idem in filiis Fran
cigenarum & Britonum, qui de ad-
uentitiis poſſunt teſtari, vt no.Bald.
in c.j.§.j.in fi.de fratr. de nouo ben.
inueſtit. & Franc. Aret.in d.l.qui in
poteſtate.co.iiij.& Alex.in addit.ad
Bart. in l. placet.ff.de acq. hæred.&
vide Dom. de Rota in deciſ. ccxlix.
in antiq.tit.de donat.& Abb.in cõſ.
cvij.lib. j. & dixi in §. ij.de conſuet.
iuriſta.per ſe lib.Cõſuet.Biturigum.
Adde inquantum quærit, an filiusfa.
poſſit donare cauſa mortis ſine cõ-
ſenſu patris.& alleg. Franc. de Cre-
ma ſuo ſing.lxix incip.donatio cau-
ſa mortis, &c. Tu dic breuiter pro
expoſ.princip.huius apoſtillę, quòd
filiusfamil. poteſt teſtari in bonis
caſtrenſibus, vel quaſi, ſine conſen-
ſu patris: nec in illorum iudicio
eius requiritur conſenſus regulari-
ter.de quo dixi in l. Imperator.in
apoſtil. in ver.inducto autem pecu-
lio. poſita ſuper gloſſ.in verſi.filio.
ff.ad Trebel. & in apoſtil. ad Guli.
de Cug. poſt eum in l. fin. §.neceſſi-
tate. in verſi. ſine conſenſu patris.
nume. 4. C. de bonis quæ lib. & ad
hœc

hoc quod quæritur quid in ſiliofa.
clerico, Bart. in l. ſi infanti. col. iij.
verſi. & ideo aduerte quòd in cauſis.
C. de iure delib.

b ¶ §. vltimo. Adde reg. iſtam non ha
bere locum in correctoriis, nec in
mandatis, nec in decretis, nec vbi
minus eſſet exemptum à poteſtate
eius cui plus cōcederetur: nec quan-
do alia ratio eſſet pluris, alia mino-
ris, vt vberrime tradit Deci. in l. non
debet. ff. eod. F. C.

c ¶ §. qui vniuerſas. Adde Bart. ibi &
in l. j. §. ij. quibus. ff. de leg. iij. & Fe-
lyn. in c. poſtulaſti. col. x. verſi. circa.
& verſic. limita primo. de reſcrip. &
Abb. in c. ex parte. in iij. de deci.

d ¶ Oppoſitio. Vide Dec. in l. j. in prin
cip. col. x. ff. de offic. eius cui mand.
eſt iuriſd. G. S.

## In reg. Qui prior.

### Argumenta.

*3 Impetrans primus, in beneficio ad-
mitti debet, licet ſecundus impetrās
prior literas præſentauerit.*

*2 Impetratio ſecunda quando priori
ſit præferenda. & num. ſeq.*

*4 Prior tempore potior eſt in ferēdis
ſententijs & in electionibus.*

*5 Creditor quando creditori debeat
præferri. & num. ſeq.*

*7 Mutuans in refectionē cuiuſpiam
rei, præfertur in illa re alijs credi-
toribus.*

*8 Creditor negans ſe poßidere, ſi con-
uincatur de mendacio, non audi-
tur volens poſtea prætendere prio-
rem hypothecam.*

*9 Creditor, cuius pecunia res emitur,
potior eſt quo ad eam rem ſibi obli-
gatam reliquis creditoribus.*

*10 Mulier quibus creditoribus in do
te ſit præferenda.*

*11 Creditor, cuius pecunia empta eſt
militia, antefertur cæteris.*

*12 Creditor ex inſtrumento trino te-
ſte ſubſcripto potior eſt alijs credi-
toribus.*

*13 Fiſcus in debito principali præfer-
tur alijs creditoribus.*

*14 Creditor funerarius potior eſt cæ-
teris.*

*15 Hypotheca expreſſa quando præfe
ratur tacitæ, & contrà. & nu. ſe.*

*17 Speciale id eſt, cuius contrarium
eſt generale.*

*18 Pignus prætoriū habentes an ſint
reliquis creditoribus præferendi.*

*19 Creditor habens pignus prætorium
an præferatur ei, qui habet conuen
tionale.*

*20 Prior tempore in duabus dotibus,
potior eſſe debet in iure.*

*21 Priuilegium reale præfertur per-
ſonali.*

*22 Creditorum omnium quādo æqua
ſit conditio.*

*23 Solutum per debitorem quo caſu
reuocari poßit. & num. ſeq.*

## REGVLA LIIII.

a QVI prior [a] eſt tempore
potior eſt iure.

1 ¶ † SI vnus primò impetrauit in
eccleſia beneficium, alius ſecun-
dò, & ſecundus primò literas præ-
b ſentauerit, primus [b] debet eſſe po-
tior: quia qui prior eſt tempore im-
c petrationis, potior [c] eſt in iure be-
neficij conſequendi. vt §. de reſcript.
c. ſi pro te. & c. tibi qui gratiam.
lib. vj. ¶ Sed contra videtur eod.
titu.



titu. de reſcript. c. ſi pro te. & c. duo-
bus. vbi is qui ſecundo impetrauit,
2 præfertur priori. † Sed dicendum
videtur, quòd aut vtraque impetra-
tio eſt ſimplex, aut altera ſimplex,
& altera ſub conditione, ſi ad id e-
piſcopi & capituli conſenſus acce-
deret. Primo caſu aut apparet de or
dine impetrationis, aut non. Si ap-
paret, præfertur ille qui primo im-
petrauit: vt in præalleg. c. tibi. ſed ſi
de ordine non apparet, tunc ſubdi-
ſtingue: quia aut mandauit vni pro
uideri, & alteri canonicatum con-
ceſſit: aut canonicatum conceſſit
vtrique, aut neutri. Primo caſu præ-
fertur is cui canonicatum cōceſſit.
Secundo caſu præfertur is qui pri-
mò præſentauit: ſed ſi ambo in præ
ſentando concurrunt, ille præfer-
tur quem eligere voluerint illi, vel
maior pars illorum ad quos ſpectat
canonicorum receptio, & præben-
darum collatio, vt c. duobus. ſed ſi
prima impetratio conditionalis ſit,
ſecunda ſimplex, ſi fiat ante exiſten
tiam conditionis primæ, ſecunda
ſimplex præfertur, vt d. cap. ſi pro
3 te. † Sed videtur quòd exiſtente con-
ditione prima cōditionalis debeat
præferri quaſi exiſtentia conditio-
nis trahatur ad tempus conceſſio-
d nis, [d] vt ff. qui pot. in pign. fin. de
peric. & commod. rei vend. l. neceſ
ſario. §. quòd ſi pendente. Quidam
dicunt quòd ca. ſi pro te. ſit contra
ius commune, quod nihil eſt: imò
dicendum eſt quòd illæ leges lo-
quuntur & intelligi debent vbi non
erat in poteſtate contrahentis pri-
mò ſub conditione, ſecundo purè,
reuocare contractum conditiona-
lem. In propoſito autem ſummus
Pontifex poterat primam conditio
nem reuocare, & ideo multò for-
tius potuit per ſecundam puram de
rogare, vt §. eod. c. cui licet. & patet.
ff. qui pot. in pign. hab. l. j. & l. qui
balneum. in princip. & §. primo. & l.
potior. in princ. Item patet in albo
4 decurionum & conſulum. † Nam
qui prior eſt tempore, prior eſt iure
ferendarum ſententiarum & facien
darum electionum cæteris paribus,
vt ff. de albo ſcrib. l. j. & C. de con-
5 ſuli. l. j. lib. xij. † Item poni poſſet ex-
emplum regulæ in creditoribus qui
bus res ſunt obligatæ. nam qui prior
eſt tempore &c. ff. qui pot. in pign.
hab. l. potior. & l. creditor. & C. qui
potior. l. ſi fundum. Sed ad hoc vi-
detur obſtare. ff. de priuil. credit. l.
priuilegia. vbi non ex tempore, ſed
6 ex cauſa æſtimantur. † Quare di-
ſtinguendum eſt plenius: aut enim
omnes creditores prætendunt priui
legium reale: aut perſonale omnes:
aut quidam reale & quidam perſo-
nale: aut quidam perſonale, alij nul
lum: aut omnes nullum. Primo caſu
quando omnes prætendunt reale,
aut cōuentionale omnes: aut omnes
e prætorium: [e] aut quidam prætorium
& quidā cōuentionale. Et ſi omnes
conuentionale vel quaſi: aut omnes
expreſſum, aut omnes tacitum: aut
quidam expreſſum & quidam taci-
tum. Et ſi omnes expreſſum, aut e-
iuſdem temporis, aut diuerſorum.
Si eiuſdem temporis: ſi quidem ſi-
mul & eodem actu vtrique ſit obli-
gata res, admittitur vnuſquiſque
f pro parte dimidia. [f] Si ſeparatim
nec apparet cui prius, præfertur qui
primò contra extraneum poſſeſſo-
rem egit: inter ſe, potior erit condi
tio poſſeſſoris, vt l. ſi fundus. §. ſi
duo. ff. de pign. Si diuerſorum, tunc
nota regulam, & inſtantiam à re-
gula: regula eſt, Qui prior eſt tem-
pore &c. ff. qui pot. in pig. hab. l. po
7 tior. & C. eo. tit. l. ſi fundū. † Inſtan-
tia eſt in mutuante in refectionem,
vt in auth. de æqual. dot. §. his conſe
quens. in princip. colla. vij. & ff. qui
8 pot. in pign. hab. l. interdū. † Item in
negan

negãte ſe poſſidere, qui poſtea con-
g uictus prætendit hypothecam. g vt
C. qui potio. in pign. hab. auth. item
9 poſſeſſor. †Item fallit in eo cuius pe
cunia res emitur & expreſsè obliga
tur. l. licet. C. qui potio. in pign. hab.
10 †Item fallit in muliere h quę pręfer
h tur prioribus habẽtibus tacitam, vt
C. qui potio. in pign. hab. l. aſſiduis.
11 †Item fallit i in eo de cuius pecunia
i militia emitur, vt C. de pign. l. fin. &
12 auth. quod obtinet. † Item fallit in
habẽte hypothecam ex inſtrumen-
to priuato manu trium teſtiũ ſigna
to, ſi agat aduerſus eum qui non ha
bet inſtrumentum ſimile vel publi-
cum, vt C. qui potio. in pign. habe. l.
13 ſcripturas. †Item fallit in fiſco agẽ-
te ex cauſa primipilli, vt C. in quib.
cau. pig. vel hypoth. taci. contrah. l.
14 ſatis. †Item fallit in agente funera-
ria, vt l. at ſi quis. §. ſi colonus. ff. de
relig. & ſumpt. fune. & l. impenſa. &
ibi nota. Item fallit in vendente pi-
gnus pręt orium & habente cauſam
ſimilem qui non pręfertur, ſed cum
poſteriori concurrit, vt l. is cui §. qui
prior. ff. vt in poſſ. leg. Si omnes ta-
k citum, k ſimiliter dic referre eiuſ-
dem temporis vel diuerſorum: & ſi
eiuſdem, non referre eodem vel di-
uerſis actibus, ſi non apparet cui pri
mo: nam ſemper inter ſe melior erit
conditio poſſidentis: contra extra-
neum, occupantis. Et ſi omnes ſimul
ad agendum concurrunt, admittun
tur vnuſquiſque pro parte, vt ff. de
ſal. interd. l. j. §. ſi colonus. & l. fin. &
ff. de pig. l. ſi debitor. ſi diuerſorum
temporum, tunc qui prior &c. vt hîc
& ff. qui pot. in pig. hab. l. inſulam.
15 cum ſimil. † Si quidam expreſſum
& quidam tacitum: aut eiuſdẽ tem-
poris, aut diuerſorum: & ſi diuerſo-
rum, aut præcedit tacita & ſequitur
expreſſa, aut præcedit expreſſa & ſe
quitur tacita: ſi præcedit tacita &
ſequitur expreſſa, præfertur tacita
etiam fiſco, vt C. rem alien. geren. l.
j. ſecundo reſpon. licet gloſſa circa
fiſcum dubitet. ff. qui pot. in pign.
hab. l. ſi pignus. Si pręcedit expreſſa,
tunc pręfertur, vt ff. qui pot. in pign.
hab. l. Titius. in prin. & §. negotiato
rum. & C. eod. l. ſi fundum. & de re-
16 miſſ. pign. l. ſi ignorante. † Si eiuſ-
dem temporis, videtur idem, quod
eſt quãdo vterque profert tacitam,
vel vterque expreſſam eiuſdẽ tem-
poris: quia tacita & expreſſa pari-
l bus paſſibus ambulant, l vt ex prædi
ctis apparet: quia mutuãns in refe-
ctione præfertur habẽti expreſſam,
17 ſicut habenti tacitam. † Præterea
illud eſt ſpeciale, cuius contrarium
generale, vt in authent. de non alie.
§. vt autem lex. Sed ſpeciale eſt in
muliere, quæ præfertur habentibus
m tacitam tantum: m & ſic in eo caſu
ſpeciali fortior eſt expreſſa, quàm
tacita, ergo aliàs regulariter pares
18 ſunt. †Si omnes pręt orium: aut ſunt
omnes eiuſdem tituli, aut omnes ex
contractu, aut omnes ex cauſa le-
gata, vel omnes ex cauſa damni
infecti: & tunc non prodeſt præ-
uenire ex tempore, vt ff. de dam.
infect. l. ſi finita. §. ſi plures. & §.
Iulia. & l. prætor. §. eius rei. & C. de
bonor. author. iudi. poſſ. l. vlti. & ff.
n de bo. auth. iud. poſſid. l. cum vnus. n
& ff. vt in poſſeſſ. leg. l. is cui. §. qui
prior. aut diuerſorum, & tunc qui
prior eſt tempore, potior eſt iure, vt
C. qui pot. in pig. hab. l. ſi decreto &
19 d. l. is cui. §. poſtquam rei. †Si qui-
dam prætorium & quidam conuen
o tionale, o tunc qui prior tẽpore &c.
vt ff. qui pot. in pig. l. ſi & iure. & C.
vt in poſſ. l. ſi poſtquam. Secundo ca
ſu quãdo omnes perſonale: aut ſunt
eiuſdem tituli, aut diuerſorum: ſi e-
iuſdem, regulariter concurrunt,
non inſpecta prioritate, vel poſte-
rioritate temporis, vt ff. de priuileg.
credi. l. priuilegia. ij. reſpon. & ff. de-
poſi



20 poſi. l. ſi hominem. §. quoties. † Fal-
lit in duabus dotibus ab eadem ſub-
ſtantia debitis: in quibus qui prior
eſt tempore, potior eſt iure. C. qui
potior. in pigno. l. aſſiduis. §. fin. Item
fallit in fiſco. ff. de priuileg. cred. l.
quod quis. ſi diuerſorum, ſi quidem
ſunt paria priuilegia, concurrunt: ſi
diſparia, magis priuilegiati præfe-
p runtur: vt d. l. priuilegia. j. reſpon. p
& l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priui-
21 leg. credit. † In tertio caſu quando
quidam reale, quidam perſonale,
reale præfertur, vt in l. eos. C. qui
pot. in pign. hab. & ff. de pact. l. reicri
ptum. circa princip. In quarto caſu
quãdo quidam perſonale, alij nul-
lum, præferuntur priuilegiati, vt ff.
quod cum eo. l. ſed an hic. & de pec.
l. ex facto. §. fi. & de priuileg. cred. l.
ij. & l. ſi ventri. §. eorum ratio. & de
22 ceſſio. bonor. l. j. & ij. † In quinto
quando omnes nullum, aut agitur
ad dationem quãtitatis, vel ſpeciei,
vel generis, aut ad factũ. Primo ca-
ſu aut erant bona poſſeſſa per cre-
ditores: & tunc omnium eſt æqua
conditio. vnde ſi vni ſoluatur, reuo-
catur pro rata per alios: vt ff. de iis
quæ in fraud. credit. l. qui autem §.
ſciendum. & l. ait prætor. §. ſi debi-
23 torem. in fi. † ſi verò non erant poſ-
ſeſſa per creditores: ſi debitor ſoluit,
aut ſoluit authoritate iudicis inter-
cedente, aut ſine iudicis authorita-
te. Primo caſu quando ſoluit iudicis
authoritate, tunc nõ eſt locus reuo-
cationi, vt ff. quæ in fraud. credit. l.
qui autẽ. §. apud Labeonem. Secun-
do caſu quando ſoluit ſine iudicis
authoritate, & tunc aut omnes cre-
ditores pariter inſtabant, & tunc ſi
debitor vni gratificatus ſoluat, re-
q uocatur pro rata per alios q, vt ff.
24 quæ in fraud. credit. l. pupillus. † Si
verò omnes non inſtabant, & vni
ſoluatur: aut ſoluitur à debitore
ſponte, aut extorquetur ab inuito: ſi
ſoluitur ſponte, non reuocatur per
alios: ſi ab inuito extorquetur, reuo-
catur, vt præalleg. l. pupillus. & l. qui
autem. §. ſciendum. ff. quæ in fraud.
credi. niſi mora erat periculum al-
latura: vt ſi debitor cum pecunia
fugiebat, nec haberi poterat iudicis
copia, vt in l. ait prætor. §. ſi debito-
rem, ff. de his, quæ in fraud. cred. Si
extorſit iudicis authoritate, nõ reuo
catur, vt ff de his quæ in frau. cred.
25 l. qui autem. §. apud Labeonem. † Si
autem agatur ad factũ, aut petitur
& in condemnationẽ deducitur fa-
ctum: & tũc ſi ſimul creditores con-
currunt, præfertur qui primo con-
traxit, vt ff. loca. l. in operis. ſed ſi in
condemnationem deducitur inter-
eſſe, idem ſeruatur quod dictum eſt
ſeruari debere, cùm agitur ad quan-
titatem, vt l. in operis. & de verbor.
oblig. l. ſtipulationes non diuidun-
tur. §. Celſus.

ADDITIO.

a ¶ Qui prior. Intellige regul. iſtam
in iis, qui omni alio reſpectu præ-
terquam temporis pares ſunt, vt hic
gloſ. & vide Rom. conſil. xlvij. viſis.
& ccxcviij. Circa. & Alex. conſil. iij.
& xxiiij. vol. v. qui ex hac reg. deci-
dunt plures notab. quæſt. F. C.
b ¶ Primus. Adde quòd in beneficia-
libus inter contendentes attenditur
titulus iuſtior. iuxta not. in c. cùm
veniſſent. de in integr. reſtit. & ple-
nè not. Guid. Pap. in q. lxxxv. incip.
curia. G. S.
c ¶ Potior. Adde quãdo tempus datæ
literarũ attendatur. Felyn. poſt Abb.
in c. eam te, in antepen. col, ver. tem-
pus. de reſcript. vbi ponit regulam
affirmatiuam cũ ſex fallent. & vide
ipſum in c. paſtoralis. in princ. col.
iij. eo. tit. & Bald. & Imol. in l. ſi quis
filio. §. eius. ff. de iniuſto rupto teſta.
& Bart. in l. abſenti. ff. de donat. &
Nicol. de Neapol. in l. ſi duas. in fin.
princ. ff. de excuſa. tut. & Ang. Aret.

inſtit. quibus modis ius pat. §. filiuſfamilias. & Doct. in c. ſi eo tempore. de reſcript. cod. lib. Et nota quòd prioritas cauſatur ratione vnius horæ, vt not. in d. c. paſtoralis. & per Felyn. in c. capitulum. verſ. de concurſu duorum. col. xiiij. de reſcript. & quæ not. Dyn. & ibi dico in additio. in regula, in pari. & in regula, beneficium. & quãdo ſecundus impetrans prǽferatur primo, vide glo. in c. quia ſæpe. de præbend. lib. vj. & Domi. de Rota in deciſ. cccciij. in antiq. tit. de reſcript.

Adde quod poſui in addit. ſuprà in regula, non firmatur. in verſicu. tempus datæ. tangitur aliquid de materia prioritatis quando ſecundus primum impetrãtem præuenit in præſentatione reſcripti per Felyn. poſt Panormi. & alios in c. j. de reſcript. Anto. in c. plerunque. colum. penult. eod. tit. omnes. & præcipuè Philip. Franc. c. vt debitus. col. xiiij. cum iij. ſeq. & ibi Cardin. Alexan. col. x. de appel.

d ¶ Conceſſionis. Adde Dyn. & quæ ibi dixi in regula, beneficium. in penult. additio. & Bart. in l. neceſſario. verſicu. vltimo nota. ff. de pericu & commod. rei vendit. & l. ſi filius. de verbo. oblig. & in l. qui balneum. in princ. & ibi ſingul. Alex. in addit. & Bald. in antiq. lect. ff. qui potior. in pigno. habean. & Bald. in d. l. neceſſario. in antiq. lect.

e ¶ Prætorium. Adde quot ſunt ſpecies pignorum, Bart. & Alexã. Mod. Doct. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. & Pet. de Ferrar. in forma libelli, in act. hypothec. in gloſſ. ſuper verbo, ſuper eadem obligatione. col. j. & Ioan. Fab. Aretin. & Iaſ. in §. item Seruiana. colum. j. inſtitut. de act. & Bart. in l. ſi & iure. col. ij. ff. qui potio. in pign. hab. vbi reprobat diſtinctionem Dyn. hic, & aliter diſtinguit, vt ibi per eum. & adde Abb. & Fely. in c. cum aliquibus. de re iudic.

f ¶ Dimidia. Adde Dy. in c. cum ſunt. nume. 3. & c. in pari. in princip. hoc titulo. F. C.

g ¶ Hypothecã. Adde Dyn. in c. nullus pluribus. num. 5. & c. qui ad agendum. nu. 8. hoc eod. tit.

h ¶ Muliere. Adde an mulier ſit potior fiſco creditore, Cyn. Bart. Bald. Salyc. in l. j. & ibi Alex. in addit. ad Bart. C. de priuileg. fiſci. & in l. ſatis. C. in quibus cauſis pign. vel hypoth. contra. & Angel. de Peruſ. Imol. & Doct. Moder. in l. ſi marito. ff. ſolut. matrimo.

i ¶ Fallit. Adde gloſſ. Cyn. in l. diuerſis. & l. ſeq. C. qui pot. in pign. hab. & gloſſ. & Bar. in l. interdum. ff. qui potior. in pign. hab.

k ¶ Tacitum. Adde duas eſſe ſpecies tacitæ hypothecæ, altera inducitur ex mera legis diſpoſitione, qualem habet vxor in bonis viri: in altera requiritur etiam factum hominis, cuiuſmodi habet locator in rebus illatis per conductorem, ita diſtinguit Iaſ. in §. item Seruiana. inſtitut. de actio. F. C.

Adde quòd iſta regula ſecundum Dy. non ſolum habet locũ in hypotheca expreſſa, ſed etiã in tacita. vnde ſicut habens expreſſam hypothecã anteriorem præfertur omnibus poſterioribus creditoribus habẽtibus tacitam vel expreſſam hypothecã ſic etiam habens tacitam hypothecam anteriorem, regulariter præfertur poſterioribus creditoribus non ſolum habentibus tacitam, ſed etiã expreſſam & fiſco. & ita refert. & ſequitur Maria. Socin. tract. de oblig. in xj. & xij. libellis, vbi quærit, an oblatio debitoris offerentis bona ſua, præiudicet creditoribus anterioribus habentibus expreſſam vel tacitam hypothecam, vbi concludit, quòd non, & vide Bart. Bald. & ſequa. in iuribus hic per Dyn. alleg. & ad diſtinctionem, & not. per Dy. hic vide Ioan. Pet. de Ferr. in forma libelli in actio. hypoth. in gl. ſuper verbo, eadem oblig. col. iiij. verſic. ſed pone. & Cyn. & Bart. Bald. Ang. & Salyc. in l. vnica, C. de priuileg. & dot. & Cepol. cau. cxxiiij. incip. vulgaris regula. cum duabus ſequen. & Doct. in apoſtil. ſeq. alleg.

l ¶ Ambulant. Quid differat tacitum pignus ab expreſſo, docet Ferrar. in d. gloſſ. in ver. ſub eadem. col. ij. ver. deinde. F. C.

m ¶ Tantum. Opin. Dyni ſequuntur communiter Doct. vt refert Iaſ. in §. fuerat. ſuper gl. creditoribus. inſti. de actio. & ita practicatur. F. C.

n ¶ L. cùm vnius. Adde ibi Bart. col. vlt. verſic. venio ad ſecundum. & in l. ſi decreto. C. qui potior. in pign. & Bald. in authen. & qui. col. iiij. C. de bon. author. iud. poſſid. vbi ponit qui dicantur creditores eiuſdem tit. & gloſ. & Bar. in l. priuilegia. ff. de priuileg. cred.

o ¶ Conuẽtionale. Adde quando concurrant pignus prætoriũ & conuentionale, Lud. Bolog. in l. fundus. ff. de ann. leg. in interpret. & Bal. conſ. ccccxvj. lib. iiij. & quid differt prætorium à conuentionali, vide gloſ. Bar. Bal. Paul. de Caſt. & Alexan. in addit. ad Bartol. in l. j. ff. de pign. act. & de Ferra vbi ſuprà, & Abb. & Fel. in c. cũ aliquibus. in prin. de re iud. & Specul. tit. de pign. & hypoth. § j. & Iaſ. in §. item Seruiana. colum. j. inſtit. de actio. ¶ Tu dic. quòd differat in modo conſtituendi: conuentionale enim ſolo partium conſenſu contrahit: prætoriũ verò tranſitione, niſi in caſu. l. cùm vnius. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de bo. auth. iud. poſſid. addit aliam differentiam. Alex. in ſuprà alleg. l. j ff. de pig. act. ſcilicet quòd cũ requiritur diſcuſſio in prætorio, quæ aliàs requiritur in conuentionali hyp. item aliam, quia creditor accipiens pignus prętoriũ, licet non ſit idoneum, liberat debitorẽ. l. à diuo Pio. §. ſi pig. ff. de re iud. Secus autem in conuentionali. l. creditor qui non idoneum. ff. cert. pet. & l. ſi pro mutuo. C. eo. tit. & Bart. in l. non eſt mirum. in fin. ff. de pign. act. quid ſit pignus iudiciale, & an & in quo à prætorio differat, vide gl. rubr. C. de præto. pign. & melius per Alex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. in antepen. col. ff. de re iud. & quæ ſit differentia inter pignoratitiam & hypothecariam, vide Spec. in tit. de pign. in prin. ver. quid ſi iudex. & ver. quæ autem ſit differentia.

p ¶ Primo reſponſo. Adde ibi Bar. qui ſequitur Dy. hic. & Doct. in l. vnica. C. de priuil. dot. & Ferra. vbi ſuprà, col. vj. in fi. ver. modo venio. & quo ad cætera not. hic per Dyn. vide per ipſum de Ferra. & adde Bart. Soc. in l. j. col. iiij. verſ. iiij. not. cũ ſeq. ff. ſol. matr. & Bart. Bald. & Alex. in addi. ad Bart. in l. in operis. ff. locati.

q ¶ Alios. Adde quando id quod vnus ex pluribus creditoribus à debitore exigit debeat cõmunicari cũ aliis, Bart & Mod. in l. pupillus. de iis quę in fraud. cred. & Io. Andr. & Doct. in rubr. de oblig. & ſol. & Bal. in l. ſi. in fi. ij. q. ff. depoſi. & text. in l. pecuniæ. & ibi Saly. in fi. C. de priuileg. fiſci.



## In regulam, Qui ſentit.

### Argumenta.

1 *Emptori cedit quicquid rei emptæ accedit.*

2 *Aucta parte hæredis per cõtratabulas, augetur & legatorum onus in perſona ſubſtituti, & contra ea diminuta, legata etiã diminuũtur.*

3 *Commodum quando ſentire debeat, qui tulit incommodum, & nu. ſeq.*

5 *Agnata proximior ſentit commo-*

*dum hæreditatis, onus autem tute-*
*læ non ſubit.*
6 *Contrariorũ, ſi de vno prædicatur,*
*ſeu diſponit affirmatio, de altero*
*diſponit negatio.*
7 *Contrariorum alterum è medio tol*
*litur, poſito in eſſe altero.*
8 *Contrariorum quando eadem ſit*
*diſciplina, & nu. ſeq.*

## REG. LV.

QVi ſentit onus, ſentire de
bet commodũ, & cõtra.
1 ¶†Sicut poſt venditionem perfe-
ctam omne cõmodum accedẽs rei
venditæ, pertinet ad emptorem: ita
& omne incommodũ accedere de-
bet, vt C. de pericu. & commod. rei
vend. l. poſt perfectam. & ff. eod. l. id
2 quod. †Itẽ ſicut diminuta parte hæ
redis ſcripti per contra tabulas, di-
minuitur & legatorum onus, ita au
cta parte ſcripti hæredis per contra
tabulas, augetur & legatorum onus,
vt ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. & ſi
3 contra. in fi. & de leg. iij. l. fi. †& iſta
regula habet locum quando circa
commodum & incommodũ eſt per
omnia par ratio, & perſonæ ſuſci-
pientis commodũ & incommodum
habilitas: & hoc patet per exem-
pla, inſti. de contrahen. empt. §. cùm
a autem [a] & de legit. patro. tut. & ff.
de leg. j. l. ſi ex toto. & de leg. iij. l. fi.
& de vulg. & pupil. ſubſtitut. l. & ſi
contra. & C. de caduc. toll. l. vnica. §.
pro ſecũdo. & de furt. l. manifeſtiſſi-
4 mi. §. ſed cùm in ſecundã. †ſed vbi
non eſt per omnia vtriuſque par ra
tio, regula non procedit: vt eſt vide
re in l. ſi quis aliena negotia gerẽs.
ff. de nego. geſt. & ibi not. & de pro-
curat. l. qui proprio. §. procurator.
Item in caſibus aliis not. in d. l. ſi
quis. ff. de neg. geſt. & in l. ſi quis pu
tans. §. j. cõmuni diuid. & pro ſocio.
l. ſed & ſocius. §. ſi abſenti. Item ſi
non eſt eadẽ perſonæ conditio, vel
habilitas circa vtrunque ſuſcipien-
5 dum. † vt ſi agnata proximior eſt,
cum tractatur de ferendo onere tu
telæ. Nam ipſa ſuccedit in commo
dum, id eſt, in hæreditatem: & ta-
men nõ tenetur ſubire tutelæ onus,
imò defertur ad agnatũ maſculum
in gradu remotiorẽ, vt inſtit. de le-
git. patro. tutel. §. fi. & ff. de legit. tut.
l. j. §. interdum. Tamen illud genera
le. quòd hîc colligitur, & in l. alle-
gata, ſcilicet, Diſciplinam contra-
b riorum eandem eſſe [b], non videtur
procedere: imò in genere videtur
6 contraria: †quia cùm de vno gene-
re contrariorũ prædicatur affirma-
tio, de altero prædicatur negatio,
quod eſt eius oppoſitum: vel quod
idem eſt, Si de vno diſponit affirma
tio, de altero negatio, vt l. j. in prin.
ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. &
inſtit. de tutel. in prin. & ff. de accu.
l. qui accuſare. ergo non eſt eadem
7 diſciplina, ſed contraria. †Præterea
patet per id quod dicitur, Ad poſi-
tionem vnius contrariorũ, ſequitur
c remotio & deſtructio alterius [c], vt
ff. de verb. ſig. l. hæc verba ille. & de
inſtit. actio. l. ſed & ſi pupillus. §. ſi
inſtitoria & in auth. de mand. prin.
8 §. neque autẽ. col. iij. †Reſpondeo,
vbi de quolibet contrariorũ reſpon
detur affirmãdo, vel de quolibet ne
gando, ſimpliciter verũ eſt eandem
eſſe diſciplinã contrariorũ, vt inſti.
de contrahen. emp. §. cùm autem. &
C. de cad. tol. l. vnic. §. pro ſecũdo. &
de furt. l. manifeſtiſſimi. §. ſed cũ in
ſecundam. & de vulg. & pupil. l. & ſi
contra tabulas, & de leg. j. l. ſi ex to-
to. in princ. & de legat. iij. l. fin. tunc
enim eadem eſt in genere, & ea-
dem in ſpecie: & eadem aliquan-
do quantum ad numerum, vt cùm
in eadem verborum ſerie vtriuſque
diſpoſitio traditur. Nam tunc eſt ea
dem



dem quantum ad numerum: quia
vna eſt verborum conceptio, quæ
vtrunque cõtrariorum diſponit: ſed
eo reſpectu, quia diuerſa diſponit,
poteſt ratione effectus in plura par
ticularia diuidi, & diuerſa iudicari,
9 †ſed vbi de altero eſt affirmatio &
de altero negatio, non eſt eadẽ ſed
contraria diſpoſitio: ſed pro tanto
dicitur eadẽ diſciplina ea ratione,
quia vno cognito habetur cogni-
d tio [d] alterius, vt in præalleg. l. qui ac
cuſare. & l. j. ff. de iis qui ſunt ſui,
vel alie. iur. & inſti. de tutel. in prin.
& ff. de præt. ſtipul. l. j. §. ſtipulatio-
num. Ea ratione ergo dicitur ea-
dem diſciplina: ſed non dicitur ea-
dem ratione diſpoſitionis contra-
riorum.

### ADDITIO.

a ¶§. cum autem. Adde ibi Ioan. Fab.
in prin. Chriſtoph. Porc. & Aret. in
ij. col. & onus meretur honorem, vt
not. Bart. & Bald. in l. amiciſſimos.
in prin. ff. de excuſat. tut. & vide hic
Ioann. Andr. in Mercuria. & in c. ra-
tioni congruit. & ibi Dy. & quæ ibi
dico. & Bald. Bart. & Doct. in l. ſi is
qui. §. ſi quem queſtum. ff. commod.
vbi limitant hanc regulam, vt ibi. &
Ang. in conſil. lxxxv. incip. ex the-
mate. col. j. verſic. iij. probatur.
b ¶Eſſe. Adde Bar. in l. inter ſtipulan-
tem. §. ſacram. col. iij. ff. de verb. obl.
& in l. in fundo. ff. de rei ven. & ali-
quid per Bald. in l. fin. circa iiij. vel
v. col. C. de fideicom. & Alex. in rub.
de acquir. poſſeſ. ff. & Bald. & Aret.
poſt Ioan. Fab. inſtit. de his, qui ſunt
ſui, vel alie. iur. in princ. & ibi Chri-
ſtoph. Porc. in iij. notab. & Cyn. Bal.
& Salyc. in l. j. §. pro ſecundo. C. de
caduc. tollen. & Alex. in l. ſi contra
tabulas. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitu.
& in d. §. ſacram. & Ioann. And. hîc,
& Moder. & Angel. in conſil. lxvj.
col. ij. verſic. item multa. Vide Deci.
in l. ſecundum naturam. ff. eod. tit.
c ¶Alterius. Adde Dyn. in cap. nullus
pluribus. nu. 7. 3. eod.
d ¶Cognitio. Et hoc modo argumen
tatur in c. poſſeſſor. circa princip.
3. eod.

## In reg. In re communi. Argumenta.

1 *Socij prohibentis alterum ſocium in*
*re communi ædificare, melior eſt*
*conditio.*
2 *Socius quando ſocium impedire poſ*
*ſit in re communi. & nu. ſeq.*
4 *Occupantis conditio in pari cauſæ*
*quando ſit melior.*

## REGVLA LVI.

IN re communi melior eſt
conditio prohibentis.
1 ¶Si † habeo fundum tecum com-
munem, & tu velis ædificare do-
mum in fundo, & ego prohibeo:
melior eſt conditio mei prohiben-
tis, quàm tui ædificare volentis, vt
ff. communi diuid. l. Sabinus. Sed
videtur quòd melior ſit conditio
facientis, quàm prohibentis, vt ff.
pro ſoc. l. cum duobus. §. item Mela.
Omiſſis ſolutionibus aliis quæ ſunt
à veritate remotæ dicendum eſt,
2 †quòd aut ſocius [a] vult facere aut
a reficere in loco communi ad eum
vſum ad quem res parata eſt: & po-
teſt etiam inuito ſocio, vt ff. com-
muni diuid. l. ſi ædes. & pro ſocio.
l. cum duobus. §. item Mela. Aut ad
eum vſum ad quem res parata non
eſt: & tunc ſi intereſt prohibentis
non fieri, melior eſt conditio pro-
hibentis vt d. l. Sabinus. & ff. de
ſeruitu. vrbanor prædior. l. quidam
Ibertus. §. cùm parietem. & hoc caſu
3 poteſt intelligi regula: † aut nihil
intereſt prohibentis, & poteſt fieri
eo inuito: vt ff. de ſeruitu. vrban.

prædior.l.fiſtulam.§.pen.& fin. ha-
bita tamen diſtinctione vtrum iure
ſeruitutis facere vel reficere velit,
quia tunc non poteſt, vt ff.de ſerui-
tu.vrban. præd. l.parietem.aut iure
communionis,& poteſt,vt d.l.cum
duobus. §. idem reſpondit. Item
contra regulam videtur illud gene-
4 rale, quo cauetur † quòd in re vel
c cauſa pari melior eſt conditio [c]
occupantis, vt ff.de leg.j.l. ſi pluri-
bus.& de verb. oblig. l. ſi Titius. &
de procura.c.ſi duo.lib.vj. ſed hæc
regula loquitur in ea re quæ pro
parte ſua indiuiſa ad plures per-
tinebat: leges verò contrariæ lo-
quuntur in eo iure quod diſtinctum
eſt in vnius executionem qui pri-
mo occupauerit litem cõteſtando.
Lite enim cõteſtata ſibi quærit exe-
cutionẽ, & alterum in ſolidum ex-
cludit, niſi in caſibus enumeratis
in c.duo ſuprà de procurat.

ADDITIO.

a ¶Socius. Adde Aretinum inſtitu.
de rerum diuiſione.§. religioſum.
& Petr.de Ferra.titul.pro hæred.vel
re ſingul.in gloſ.ſuper verbo, in fu-
turum.& Bar.in l.ſi ædibus, & l.in-
ter quos. ff.de damn. infect. & in l.
ſi ſtipulatus fuero.ff.de verb.oblig.
& Bal.in d.§.religioſum. & in con-
ſil. cx. volum. iij. & Cepol.tract.de
ſeruit. de pariete & muro. & vide
textum.& ibi Doct.in l.iiij. de ædi.
priuat. & in l.cum duobus. §. idem
reſpondit. qui ceſſantis. ff.pro ſoc.
Et Franc. de Crema, ſingul.xcvij.
aliàs lvij.incip. decidi. vbi dicunt
Doct.per d. §. idem reſpon. & l. iiij
C.de ædifi. priua. quòd ſi ſocius in-
tra quatuor menſes non contribuat
nec ſoluat ſuo ſocio partem expen
ſarum dictæ refectionis, quòd res
communis efficitur in totum ſocij
reficientis, vel reparantis. Et vide
Ang.Aret.in §.ſequens. inſtitut.de
actio.& Cepol. caut. lxxxv. Roma
in ſingul. incipien. communis res.
& Ludo. Bologn. in l. ex parte. ff.
famil.herciſ.in ſuis primis interpre
tat.de ſocio expendẽte pro re com
muni reficienda.& glo.in l.Sabinus
hîc per Dyn. alleg. per quam dicit
Bald. in l. duo fratres.ff. de acquir.
hæred.quòd ſi duo habent domum
communẽ, & vno abſente alter ſo-
lus habitet: non tenetur ad partem
penſionis ſocij abſentis vel non ha-
bitantis:quia vſus diuidi non poteſt
niſi domus diuidatur. & refert Ri-
chard.Malumbr. dicẽtem fuiſſe ita
iudicatum.& etiam Cyn.in l. ſi quis
putans in princ. & ibi Dyn.ff.com-
mu. diuid. & tenet Bald. in l.j.C.de
teſtam.& in c.j §.preterea ducatus.
de prohibit.feud.alien.per Feder.&
Pau.de Caſt. in d.l.j.de teſtã.& Ce-
pol.in conſ.iiij. col.iij. verſio.& pro
hoc.l.duo.& Iaſ.in repe.l.quominus.
q.xvj ff.de flum.Et Salyc. in l. iube-
mus.C.de ſacroſan.eccle.& Bar.So-
ci.in l.ſerui electione.§.Labeo.ff.de
leg.j.& ſingulariter Pau. de Caſt. in
conſil. cccxciiij. in nouis. ſed Flor.
de ſancto Petro in d.l.l.Sabinus. te-
net cõtrarium.Et not.bene, quia vi
di de facto hîc Bituris:& adde Car.
Alex. in c. Nicena. xxxj. diſt. col.ij.
verſic.ſi quæritur & aliquid per Fe-
lyn.in c.cùm omnes.col.viij. verſi.
in eadem gl. de conſtit. & Anchar.
& Abb.in c. j. de immunit.eccle.&
Bal.in conſ.ccv.primo vol.& Abb.
in conſil.lxxxiij. lib.j.& Alex. in d.
§.Labeo. vbi ponit plures quæſtio-
nes ad materiam.
b ¶Socio. Hoc tenet Bart. in l. iiij.§.
Cato. col. iij. verſic. quid dicemus.
nu.15.ff.de verbo.oblig. G. S.
c ¶Conditio. Adde quãdo ſit melior
conditio occupantis, & etiam in
pluribus procuratoribus in ſolidum
datis Bart.Bald. Alex.& Mod.in l.ſi
pluri



pluribus.ff.de leg.j. & Bart. Bald.&
Alex.in addit.ad Bart.in l.pluribus.
ff.de procu. & Io.And. & Gemin.in
c.ſi duos.ſuprà de procur.& Abb.in
ca.non iniuſtè.de procu.& quę not.
Io. And. in c.cum plures.de offi.de-
leg.ſuprà eod.lib.

## In reg.Contra eum.
## Argumenta.

1 *Interpretatio fieri debet cõtra eum*
*qui apertius loqui potuit. & nu. 2.*
3 *Interpretatio quare fiat pro loca-*
*tore verba proferente.*
4 *Ambiguitas contra quem debeat*
*interpretari.*
5 *Interpretatio quando fieri debeat*
*ſecũdum id quod eſt veriſimilius.*
6 *Confeſsio quando contra confiten-*
*tem recipiat interpretationem.*
7 *Verba in iudicijs prolata contra*
*proferẽtem an ſint interpretanda.*
8 *Sententia dubia à quo poſsit inter-*
*pretationem recipere.*
9 *Pretoriam ſtipulationem prætor*
*interpretari ſolet.*
10 *Priuilegium ſuum interpretari po*
*teſt qui illud conceſsit.*
*Lex dubia vel obſcura per quem*
*declarari debeat.*
11 *Teſtamẽti verba dubia à quo de-*
*beant interpretari. & nu. ſeq.*

REGVLA LVII.

a CONtra eum [a] qui legem
dicere potuit apertius, eſt
interpretatio facienda.

1 ¶ † SI vendo domum, & tempore
venditionis & traditionis dico: ſtil-
b licidia vti nunc ſunt, ita ſint, [b] vi-
deor dicere quòd domui venditæ
debeatur à vicinis ſeruitus ſtillici-
diorum recipiendorum, non econ-
trà, quòd domus vẽdita debeat ſer-
uitutem vicinis, vt ff.de ſeruit.vrb.
præd. l. ſi arborem.§. hæc lex.& de
contrah.emp.l.cum in lege.& l.La-
beo.& de pact.l.veteribus.& de eui.
2 l.qui libertatis. † ¶ Sed opponitur
& videtur quòd interpretatio non
ſit facienda contra proferentem.ff.
de contrah. empt.l. ſi in emptione.
ſed ibi verba fuerunt prolata ab
emptore: & ideo fit interpretatio
contra eum, qui verba protulit, in-
ſequendo tenorem iſtius regulæ,
Item videtur contra regulam.ff.lo-
3 ca.l. ea lege. † vbi fit interpretatio
pro locatore qui verba protulit.ſed
ibi fauore locatoris pactum erat ap
poſitum: & ideo non debet fieri in-
terpretatio cõtra eum, ne offenda-
tur regula, quod fauore &c. vt j.eo.
c. quod ob gratiam. Et quia iura
ſunt varia circa materiam iſtam,
o ideo vtile eſt plenè diſtinguere. [c]
4 † Quia aut ambiguitas interpreta-
tione indigẽs reperitur in cõtractu,
aut in confeſſione, aut in iudicio,
aut in ſententia, aut in ſtipulatione
prætoria. aut in priuilegiis, aut in
verbis à lege prolatis, aut in vltima
voluntate. Si in contractu, aut vale-
re poteſt contractus ſecundum in-
terpretationem alterius tãtùm, aut
ſecundũ interpretationẽ vtriuſque.
Si ſecundum interpretationem alte
rius tãtùm; illius interpretationem
ſequimur ſecundum quem interpre
d tatio contractus valere [d] poteſt, vt
l.quoties.ff.de verb.oblig.& de reb.
dub. l. ſi is, qui ducenta. §. verum.
5 † Si ſecundum interpretationem
vtriuſq; valere poteſt, tunc inſpici-
mus veriſimilius. ſuprà eod.c.inſpi-
cimus.& ff.eod.l.ſemper in ſtipula-
tionibus. & l. ſemper in obſcuris:
Sed ſi veriſimilius non apparet, tũc

habet locum regula, videlicet quòd
fiat interpretatio contra proferen-
tem in cuius poteſtate fuit verba la
tè concipere, vt ff. de pact. l. veteri-
bus. & de ſeruit. vrb. præd. l. ſi arbo-
rem. §. hæc lex. & de contrah. empt.
l. Labeo. & l. cum in lege. & l. ſi in
emptione. & de ver. oblig. l. ſtipula-
tio iſta. §. in ſtipulationibus. & l. qui
6 ex pluribus. & l. quicquid. † Si in
confeſſione, cogendus erit dicere
confeſſus certum, vt ff. de confeſ. l.
certū. aliàs fieret interpretatio con-
tra eum, vt ff. de interrog. act. l. de
ætate. §. qui tacuit. arg. ff. de ventre
inſpic. l. j. §. quid ergo. quod de iure
nouiſſimo intelligendum videtur, ſi
reſpōdere iubetur antequam ſe ab-
ſentet, aliàs enim eſſet contra eum
tanquam contumacem, prout ratio
dictauerit, procedendum, vt ſuprà
7 de cōf. c. ij. lib. vj. † Si in iudiciis, e
e erit interpretatio faciēda pro pro-
ferente, ſiue verba fuerint prolata
per actorem, ſiue per reum, vt ff. de
iudi. l. ſi quis intentione. & ibi not.
& de reg. iur. l. in ambiguis oratio-
8 nibus. & l. in contrahenda. §. j. † Si
f in ſententia, f tunc iudex qui pro-
tulit, ſi eſt de maioribus, interpre-
tabitur dictum ſuum in ſententia:
aliàs non liceret ſibi interpretari
g ſentētiam ſuam, ſed delegati g ſui
tantum, vt ff. de appel. l. ab executo-
re. in princ. & ibi plenè not. actorū
tamen verba mutari poſſent, ſentē-
tiæ tenore in totum perſeuerante,
9 vt ff. de re iud. l. actorū verba. † Si in
ſtipulatione prætoria: tunc præto-
ris erit interpretatio: pertinet enim
ad eū. ff. de præto. ſtip. l. in prętoriis.
10 & l. j. §. vlt. † Si in priuilegiis, h in-
h terpretatio pertinet ad eum qui pri
uilegium conceſſit, vt ff. eod. l. Ne-
ratius. & de vulg. & pupil. ſubſtit. l.
i ex facto i circa prin. Si in verbis à
lege prolatis, ad ſolum principem
pertinet interpretatio neceſſaria. &
quæ omnes aſtringit. vt C. de legi. l.
11 ſi imperialis. † Si in vltima volun-
k tate, k ipſe teſtator poterit interpre
tari, vt ff. de teſta. l. hæredes palam.
§. j. Si interpretatus nō fuit, tunc aut
valere poteſt legatum ſecūdum in-
tellectum hæredis & legatarij, aut
ſecundum intellectum legatarij tā-
tum: ſi legatarij tantùm, illum intel-
lectū aſſumimus. ff. de leg. j. l. apud
Iulianum. §. ſi Titius. & de reb. dub.
12 l. quoties. & l. vlt. † Si ſecundum in-
tellectum hæredis & legatarij, tunc
aut eſt ambiguitas in voluntate re-
linquente, aut in voluntate adimen
te: ſi in relinquente, ſequimur quod
eſt minimū, vt d. l. apud Iulianum.
§. Seio. & de leg. iij. l. qui concubinā.
13 §. cum ita. & l. nummis. † Si in adi-
mente, aut eſt incertitudo rerum &
perſonarum, aut perſonarum tan-
l tum: aut rerum tantum. l Primo ca-
ſu in nullo valet ademptio. ſecūdo
caſu valet ademptio in vtroque ca-
ſu. tertio caſu valet adēptio in ma-
iori, & remanet legatum in minori,
& hoc probatur. ff. de reb. dub. l. ſi
fuerit, & ibi notatur. & de adim. leg.
l. iij. §. ſi duobus. & de leg. j. l. ſi ita ſit
ſcriptum. in fi. Dyn.

ADDITIO.

a ¶ Contra eum. Pro declaratione hu
ius regulæ vide Dec. in l. in contra-
henda. circa princip. ff. eod. F. C.
b ¶ Ita ſunt. Hęc vetus clauſula impe-
ratiua de ſe ſolet ad augenda iura
rei, & onerandum venditorem ad-
hiberi vnde malè generaliter colli-
gunt Doctores fieri interpretationē
contra venditorem: quia iura quæ
hæc dicunt, non dant regulam, nec
generaliter loquuntur ſed in termi
nis huiuſmodi clauſularum, quæ
non niſi ad onus ipſius venditoris
apponi ſolent. vnde aliàs ſtat regu-
la, fiendam interpretationem con-
tra eum qui ſe fundat in verbis. l. ſæ
pè. ff. de verbo. ſignific. dixi in An-
not



not. ad Alex. conſil. 204. lib. ij. C. M.
c ¶ Diſtinguere. Adde quomodo fiat
interpretatio in contractibus. Dyn.
in regula, in obſcuris. & Bart. Bald.
Alex. & Doct. Mod. in l. veteribus.
ff. de pact. & Bart. in l. ea lege. ff. lo-
ca. & Bald. in conſil. cccxiij. volu. ij.
Abb. poſt Inno. in c. olim. de verbo.
ſig. & Ab. in c. certificari. de ſepul. &
Fely. in c. cauſam. col. j. de reſcrip. Et
quomodo in iudiciis, vide Bart. in l.
in prætoriis. ff. de præto. ſtipul. & in
l. j. C. de legi. & Pau. de Caſt. in conſ.
cxcij. in nouis. & Dyn. & quæ ibi di-
xi in regula, cum ſunt partiū. Quid
in ſententia? vide Bart. in l. ij. in j. q.
& in l. ab executore. ff. de appel. &
Bal. in l. iij. C. de lib. præterit. & Bar.
Bald. & Salyc. poſt Cyn. in l. ij. C. de
ſenten. ex pericul. recit. & Alexād. in
addit. ad Bart. in d. l. ab executore. &
ibi Lud. Bolog. in ſecundis interpre-
ta. & in confeſſione vide Cyn. in l.
ij. §. quod obſeruari. C. de iura. ca-
lum. & Bald. in l. j. C. de confeſſ. col.
xxxij. & Bart. & ibi Alex. in addit. in
l. de ætate, §. qui tacuit. ff. de interro.
act. Quid in ſtipulatione? vide Bart.
in l. j. §. fi. & in d. l. in prætoriis. ff. de
præt. ſtipul. & Bar. Alex. in l. in con-
uentionalibus. ff. de verb. obli. Et de
ea interpretatione quæ fit in priui-
legiis, vide Bart. in l. omnes populi.
ff. de iuſtit. & iure. & Innoc. & Abb.
in d. c. olim. & Felyn. in d. c. cauſam.
& Alex. conſi. ccix. lib. j. Quid in le-
gibus? vide Abb. in d. c. certificari.
& Doct. ſuprà allegatos. & Cardin.
Alex. in c. Moyſes. vij. diſt. Quid in
ſtatutis? vide Bart. in l. j. & ibi Bald.
Cyn. & Salyc. ff. de legi. Abb. & Fe-
ly. in d. c. cauſam. de reſcrip. & Alex.
in conſtitu. xxxvj. col. iij. in princip.
volu. iiij. Quid in teſtamentis? vide
Bart. in l. quis à filio. §. j. ff. de leg. j.
& Dyn. & quæ ibi dixi in regu. quæ
à iure communi. & in reg. in obſcu-
ris. verſicu. ad ſecundum de vlt. vo-
luntate. & ibi in addit. j. & ij. & ad-
de ad ſupradicta Andr. Barb. in rep.
rub. de fide inſtrum. col. xij. verſi. iij.
facit. Aduerte ad vnum ſingu. quòd
contractus dubij recipiunt modum
& formam ex conſuetudine ſi non
ſunt aliter declarati ex conuentio-
ne partium, vt eſt gl. & ibi Lud. Bol.
in ſecundis interpret. in l. quod ſi nolit.
§. qui in aſſidua. ff. de ædil. edic. pro
quo vide tex. in l. ſemper in ſtipula-
tionibus. ff. de reg. iur. & Ang. in con
ſil. ij. & in conſil. clviij. & dixi in tra
ctat. de offic. & poteſt. in j. quæſt.
Adde quod notaui in apoſtilla ad
Bald. in l. inter omnes. verſicu. quod
enim. & quod ibi poſui in apoſtil.
in ver. rudis C. comm. diuid. & dixi
ſuprà in apoſtil. in reg. non eſt ſine
culpa. in verſicu. iudicauit. Et adde
vnum ſingul. dictum quantum ad
materiā interpretationis quod in-
cip. declarandi voluntatem, dico,
quòd in caſibus in quibus declara-
tio recipitur, non præſcribitur ſpa-
tio mille annorum, ita Bald. in l. po-
tens. poſt princip. C. de pact. quem
ibi alij ſequuntur. refert & ſequitur
Girardus de Petra ſancta ſing. xxvij.
incip. libero arbitrio. vbi etiam po-
nit quòd declaratio vel interpreta-
tio fieri non poteſt poſt mortem.
d ¶ Valere poteſt. Quòd in dubio de-
beat fieri interpretatio, vt actus ſu-
ſtineatur, vide latè Dec. in l. in con-
trahenda. nu. 4. cum ſeq. ff. eo. F. C.
e ¶ Si in iudiciis. Vide eundem in ca.
cùm ſunt. nu. 7. ſuprà hoc tit. & Dec.
in l. in contrahenda. nu. 1. ff. eo. F. C.
f ¶ Si in ſententia. Vide primam ad-
dit. ad cap. quod ſemel. ſ eod. F. G.
g ¶ Delegati. hoc addit Dyn. ſequen-
do gl. iij. in d. l. ab executore. & cō-
munem errorem. Sed aliud eſt ap-
pellatio, aliud interpretatio. vnde
iudex delegans poſſet cognoſcere
de appellatione à ſuo delegato. &
tunc poteſt vel corrigere vel inter-

pretari per viam appellationis, ſed
ceſſante appellatione nō poteſt in-
terpretari. non obſtat l. ſi duo. ff. de
re iud. quia non loquitur de appel-
latione, nec de interpretatione, ſed
de noua cognitione de integro. vt
docui in nouis intellectibus. C. M.

h ¶Si in priuilegiis. Qualiter interpre
tari debeant priuilegia, vide Dyn.
in cap. quæ à iure, ſuprà eod. F. C.

i ¶L. ex facto. Vide Bar. ibi col. j. F. C.

k ¶Voluntate. Adde Dyn. ſuprà eod.
in c. In obſcuris. F. C.

l ¶Tantùm. Quando dicatur eſſe in-
certitudo rerum & perſonarum ſi-
mul, & quando rerum aut perſona-
rum tantùm, oſtendit per exempla
gl. in l. ſi fuerit. in verſic. ademptio-
nem. hîc allegata per Dyn. F. C.

## In reg. Non eſt obligatorium. Argu.

1 *Iuramentum non ligat, contra bo-
nos mores vel leges emiſſum.*

2 *Impoßibilia iure dicuntur, quæ
contra bonos mores ſunt.*

3 *Iuramentum an reddat validum,
quod alioqui erat fieri prohibitū.*

4 *Alienatio rerum minoris confir-
matur iuramento.*

5 *Alienatio fundi dotalis accedēte
iuramento tenet.*

6 *Pactum, quo filia paternæ hæredi-
tati renuntiat, an poßit iuramen-
to validari.*

7 *Iuramentum quando robur præ-
ſtet actui, inualido alioqui.*

### REGVLA LVIII.

NON eſt obligatorium
cōtra bonos mores præ-
ſtitum iuramentum.

1 ¶† SI iuraui hominem occidere,
vel furtum facere, tale iuramentum
a non eſt obligatorium, [a] quia con-
b tra bonos mores [b] eſt præſtitum:
& iſtud eſt generale, quòd iuramen
tum præſtitum contra bonos mo-
res, vel contra leges non eſt obli-
gatorium, nec firmat rem de qua
agitur, vt ſuprà, de electione capit.
vbi. & capit. quia ſæpe contingit.
& de rebus eccleſiæ non alien. cap.
2 ij. † quia quæ contra bonos mo-
res ſunt, impoſſibilia reputantur
de iure, vt ff. de condit. inſtitut. l. fi-
lius. & l. conditiones. & l. quidam.
ſed impoſſibilium nulla eſt obli-
gatio, vt ſuprà eodem capite ne-
mo poteſt. & ff. eodem. l. impoſſi-
bilium. ergo nec eorum, quæ ſunt
contra bonos mores. ¶ Sed op-
3 ponitur, & videtur † quòd iura-
mentum confirmet ea, quæ ſunt
4 de iure prohibita. † Ecce de iu-
re prohibitum eſt rem minoris a-
lienari, vt ff. de rebus eorum. lege
prima. & tamen alienatio per iura-
mentum confirmatur, vt C. ſi ad-
uerſus venditionem. l. j. & in auth.
c ſacramenta. [c] † Item prohibita
5 eſt de iure fundi dotalis alienatio,
vt C. de rei vxor. act. l. vnica. §. &
cum lex. & tamen confirmatur per
d iuramentum [d] mulieris, vt ſuprà
6 de iureiurando. cap. ij. lib. vj. † Item
prohibetur valere pactum, per quod
filia dotata renuntiat futuræ ſuc-
ceſſioni paternæ, vt C. de pactis. l.
e pactum, quod dotali. [e] & de col-
lat. l. pactum. ac ff. de ſuis & legit.
f hæred. l. vlt. [f] & tamen confirmatur
per iuramentum, vt ſ. de pactis. c. ij.
7 lib. vj. † Sed dic aut ſunt prohibita
propter turpitudinem ſui, & tunc iu
ramentum nihil operatur, vt hîc, &
in iuribus ſ. allegatis ad idem. Aut
in priuilegium vel fauorem perſo-
næ & tunc iuramentum illius per-
ſonæ in cuius fauorē inducitur pro-
hibitio, eſt obligatorium, & confir-
mat rem de qua agitur, vt in auth.
ſacramenta. & ſ. de iure iur. c. ij. &
de pact. c. ij. lib. vj.



### ADDITIO.

a ¶Obligatorium. Adde an in obſer-
uationē talis iuramenti dicar periu
rus ita vt ſaltem petenda ſit abſolu-
tio. Iaſ. in §. item ſi quis. col. xij. ver.
aduertite etiam. inſti. de actio. Quæ
autem dicantur iuramenta contra
bonos mores, docēt Doct. maximè
mod. in l. pacta, quæ cōtra. C. de pa-
ctis. Et quidem ſecundum ius cano
nicum ea dicuntur, quibus induci-
tur peccatum, vt tradit Iaſ. in l. ex
ea. §. mulier. col. fi. ff. de verb. obli-
gation. F. C.

b ¶Mores. Adde quando actus con-
tra bonos mores poſſit iuramento
firmari. Bald. in l. pacta quæ contra.
in princ. C. de pact. l. non dubium. in
xvij. opp. C. de leg. & in rub. de con-
dict. ob turp. cauſ. & Bart. in l. ſi quis
pro eo. in primo membro. ff. de fi-
deiuſ. & in l. ſtipulatio hoc modo
concep. & ibi Alex. ff. de verb. obli.
& Alex. in d. l. pacta quæ contra. &
Imol. in cap. cùm contingat. in xvj.
char. de iureiu. & Bal. in conſ. cxvj.
in princip. lib. j. & Abb. in d. c. cum
contingat. & Calderi. in conſil. xix.
tit. de conſtitut.
Adde Socin. in tract. fallen. reg. ccvj.
fal. j. ij. iij. & vj. & Corſe. conſ. lv. in-
cipien. viſis. in litera. m, vo. iij. & vi-
de Ant. de Petra. in repet. l. j. in lxij.
effectu. ff. de iureiur. videlicet an iu
ramentum contra bonos mores ci-
uiles & naturales ſit ſeruandum.

c ¶Sacramenta. Adde ibi Cyn. Bart.
Bald. Salic. & Doct. Mod. & Abb. &
Imol. in d. c. cum contingat. de iure
iur. & Abb. in ſua diſput. incip. ſtan-
te ſtatuto.

d ¶Iuramentum. Adde Doct. maximè
Gemin. in d. c. ij. de iureiur. ſ. eo. lib.
& Imol. in d. cap. cum contingat. &
Aret. inſtit. quib. alie. licet. in princ.
& Bart. in l. ſi quis pro eod. ff. de. fi-
deiuſſ.

e ¶L. pactum quod dotali. Vide ibi
Bald. in quæſt. xix. vbi dicit q̃ hæc
regula procedit, quando iuramen-
tum eſt cōtra bonos mores naturę,
vel quaſi: ſecus ſi contra bonos mo
res ciuiles: quia tunc iuramentum
eſt obligatorium: quod etiam refert
Iaſ. in l. is cui bonis. col. pen. verſic.
quartam rationem. ff. de verb. obli.
& Crot. in l. ſtipulatio hoc modo
concepta. col. vj in princ. ff. de verb.
obligat. G. S.

f ¶L. vlt. Adde quòd Bartol. in l. ſtipu-
lat. hoc modo concepta. ff. de verb.
obligat. dicit Dyn. non intellexiſſe
iſtam regulam in hoc quod dicit,
pactum de ſuccedendo iuramento
firmari, prout ibi vide per eum in
princip. & Alex. col. ij. verſic. ex his
etiam. & Bartol. in l. ſi quis pro eo.
ff. de fideiuſ. & in l. pactum. & ibi
Paul. de Caſt. Iaſ. & Alex. C. de pact.
& in l. fin. & ibi Bald. C. eod. tamen
pactum de non ſuccedendo, iura-
mēto firmatur, vt tenet Bar. & Doc.
etiam ſuprà allegati, & Imol. in d.
c. cum contingat. in j. membro. &
communiter tenetur contra Dyn. li
cet Bald. in c. j. §. morib. teneat opi.
Dyn. ſi de feudo fuer. controuerſia
inter dominū & agnat. & vide Bal.
conſi. cclxix. volum. iij & in conſi.
cxxxiij. eod. vol. & Dom. de Rot. de
ciſ. dcccl. in antiq. tit de pact. & Ol-
dr. conſi. cxxxij. tit. de pact. & plenè
per Ro. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acq.
hæred. & Alex. conſil. xxviij. lib. iij.
ſed quid ſi filia dote cōtenta renun-
tiauit ſucceſſioni paternæ & mater-
næ

næ cũ iuramento, poſtea pater vel
mater in teſtamento legat eidem:
quæritur an poſſit capere relictum
ſibi in teſtamento patris vel matris,
non obſtante renuntiatione? dic
quòd ſic, vt tenet Spec. tit. de teſta. §.
j. verſ. pone filius fecit. & ibi Ioann.
And. in addit. & tenet Bal. in conſi.
cciiij. lib. ij. & Oldr. conſil. ccxciiij.
tit. de pact. & adde ad no. hîc diciſ.
Capel. cccccclvj. & Ioann. & Imol. in
conſil. j. & dixi latè in §. col. vij. de
teſt. lib. Conſuet. Biturigum.

# In reg. Dolo facit.

## Argumenta.

1 *Maritus in dolo eſſe dicitur dotem petens, quam reſtituturus eſt.*

2 *Maritus quando in caſu reſtitutionis dotem petere poßit.*

3 *Dolo caret, petens quòd alij, quàm ei à quo petit, redditurus eſt.*

4 *Spoliatus reſtituendus eſt in poſſeſſionem, tametſi eandem reſtituere oporteat.*

5 *Dolo facis &c. vtrum huiuſmodi exceptio opponatur in poſſeſſorijs.*

6 *Spoliatus prius reſtitui debet, quã de proprietate quæratur.*

7 *Peto, hoc verbum latè patet, & pertinet tam ad iudicium poſſeſſorium, quàm ad petitorium.*

## REGVLA LIX.

DOLO facit qui petit quod reſtituere oportet eundem.

1 ¶†IN marito qui petit dotem, quæ
eſt in caſu reſtitutionis, rationabili
ter poteſt intelligi: quia cum eſſet
ipſe reſtituturus ſi haberet dotẽ pe-
a nes ſe, dolo videtur facere, [a] quia pe
tit, vt hîc, & ff. de doli except. l. do-
lo. & de reg. iur. l. In condemnatio-
ne. §. dolo. ¶Sed opponitur. ff. ſol.
b matr. l. ſi ſocer. §. Lucius. [b] †vbi ad-
2 mittitur maritus ad petendum dotẽ
3 quæ erat in caſu reſtitutionis. †Sed
dicendum eſt quòd ille §. declarat
& diſtinguit effectum iſtius regulę,
quia aut eſt reſtituturus eidem, aut
c alij. ſi alij, ceſſat regula: [c] aliàs & o-
mnes procuratores actorũ ab agen-
do repellerentur: quia quod petunt,
reſtituturi ſunt domino, quod eſt
abſurdum & inconueniens: & tra-
ctatus totus de procurator. redderetur
inutilis. ſi vero eidem à quo pe-
tiit, tunc regula locum habet, vt d.
4 §. Lucius. †Item contra regulam vi
detur. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. ſi
quis ad ſe fundum. vbi petit ſibi red
di poſſeſſionem ſibi violenter abla
tam, & nihilominus poſtea poterit
ſuper dominio cõueniri, & conuen
5 tus reſtituere cogetur. † Dixerunt
quidam quòd hæc regula locum ha
bet in petitoriis tantùm, & non in
poſſeſſoriis. quod falſum eſt, vt pa-
tet, ff. de Carbo. edic. in l. iij. §. cauſæ.
& not. in præalleg. l. dolo. & de iud.
l. ſi de vi. & de reg. iur. l. inuitus. §.
cui damus actionem. Et ideo diſtin
d gui oportet in poſſeſſoriis: [d] quia
aut agitur iudicio adipiſcendæ, aut
retinendæ, aut recuperandæ poſſeſ-
ſionis. In primis duobus, ſcilicet a-
dipiſcendæ & retinendæ, regula lo
cum habet. In tertio verò, id eſt re-
6 cuperandæ, locum non habet: †quia
e ſpoliatus antè [e] debet reſtitui, quàm
de proprietate quæratur, vt d. l. ſi
quis ad ſe fundum. & C. ſi per vim,
vel alio modo. l. j. & de donat. inter
vir. & vxo. l. ſi maritus. & de agric.
& cenſi. l. ſi coloni. & ff. de iudi. l. ſi
de vi.



de vi. & ad leg. Iul. de vi pu. l. qui
7 cœtu. §. ſi de iure. †& ideo quòd hîc
dicitur petit, debet largo modo po-
ni: id eſt agendo iudicio petitorio,
vel poſſeſſorio adipiſcendæ vel re-
tinendæ poſſeſſionis: & quod ſub-
iicit reſtituere, ſcilicet eidem: ſecus
ſi alij, vt ſuperius oſtenſum eſt. Dy.

### ADDITIO.

a ¶Facere. Adde hic Aret. inſtit. de
excep. char. pen. verſic. quæro an &
quãdo poteſt opponi illa exceptio,
dolo facis. vbi ponit octo notab.
concluſiones in materia huius reg.
b ¶§. Lucius. Adde ibi Bart. & Doct.
Mod. quòd licet hæc regula habeat
locum contra petentem & reſtitue-
re debentem, vt in iuribus hîc per
Dyn. alleg. tamen intelligitur quan
do agit ex perſona propria: ſed non
ex iure alterius. quia non poteſt ob
iici hæc exceptio, vt dicit hîc Dyn.
in fin. & idem not. Franc. Aret. in l.
ex duobus. in prima & vlt. col. ff. de
duob. reis per text. in l. Vranius. §. ij.
& ibi Ludo. Bologn. in ſecundis in-
terpret. ff. de fideiuſ. & vide Io. Fab.
in §. in bonæfi. in gloſ. j. & ibi Ang.
& Iaſ. verſi. quæ ſit differentia inter
exceptionẽ compenſationis & do-
li. inſtit. de act. & gloſſ. & Bart. in l.
qui inuicem. ff. de condict. indeb.
Bald. Alex. & Lud. Bolog. in ſecun-
dis interpret. in d. §. Lucius. & Rom.
in conſil. cciiij. col. iij. & Spec. tit. de
ſalariis. §. iij. verſic. ſed pone & hic
Io. Andr. in gloſſ. & Doct. in c. in li-
teris. de reſt. ſpol. & not. ſecundum
Rom. in d. conſ. quòd iſta regula ha
bet locum quando incontinenti re
ſtituturus eſt quod accepit. ſecus ſi
ex interuallo. caſus eſt in l. fin. §. j. ff.
vt leg. nom. ca. & Adde Bald. in c. j.
§. poſſeſſionem. verſi. & not. de pace
Conſtãt. col. x. & hîc Philip. Franc.
& Franc. de Crema. in ſuo ſing. cliiij.
c ¶Regula. Hoc ita verum, niſi ille a-
lius ruſſus deberet reſtituere peten-
ti, vt not. Bart. in l. ſi donaturus. §. j.
ff. de cond. ob cauſ. F. C.
d ¶Poſſeſſoriis. Adde an in poſſeſſo-
riis habeat locũ regula, dolo facis
&c. Bartol. in l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de acquir. poſſeſſ. &
Abb. in c. in literis iij. col. de reſtit.
ſpol. & quæ dixit Dyn. in reg. qui ad
agendum, & Lud. Bolo. in l. j. §. quid
vis à me in ſecundis interp. ff. quod
vi aut clàm. & Bar. in l. j. in princip.
ff. quorum leg. Quid ſi inter duos
principes vel communitates facta
eſt pax, & facta ſunt capitula vt re-
ſtituantur ablata particularibus ci-
uibus, an iſtis reſtitutionibus quæ
debent fieri poſſit opponi regula
dolo petis? & dic quòd ſic. iſtud eſt
ſingulare verbum Bald. & aureum
menti tenendum. in c. j. §. poſſeſſio-
nes. de pace Conſtãt. in vſibus feu-
dorum. & tenet Franc. de Crema. ſin
gul. cliij. incip. facta eſt pax inter
duos principes. Et dum quærit an
exceptio doli poſſit opponi in iudi-
cio poſſeſſ. dic quòd poteſt opponi
in iudicio poſſeſſorio recuperandi
ſi in continenti probari poteſt, non
aliter; vt not. Ang. in l. ille à quo. §.
ſi de teſtamento. in fin. ff. ad Treb.
per gloſſ. in l. ſi de vi. ff. de iudi. pro
quo eſt tex. & gloſſ. in l. dolo. ff. de
doli excep. & in alleg. l. j. ff. quo-
rum leg. not. ſcriben. in l. ij. C. de
e edict. diui Hadri. tol.
¶Antè. Niſi eſſet quid irreparabile,
vel irrecuperabile, Alexã. l. natura-
liter. § nihil commune. col. ij. de ac
quirend. poſſe. Iaſ. l. iiij. §. condem-
natum. de re iudic. Anton. Rub. re-
pet. §. morte. l. non ſolum. nu. 478.
de oper. noui nuntiat. dixi in ſtylo
parlamenti cap. xviij. §. x. C. M.
Vide Soc. in trac. fallent. reg. ccclxxix.
vbi ponit xij. limitationes; quibus
addit duas moreſ. ſing. xj. & cxcix.

In

# In reg. Non eſt in mora.

## Argumenta.

1 *Mora non nocet habenti exceptionem, qua ſe tueatur.*
2 *Exceptio legitima quæ ſit propriè cenſenda.*
3 *Actionem non habere vel talem quæ exceptione ſummoueatur paria ſunt,*
4 *Exceptio quæ poteſt replicatione excludi, inutilis.*
5 *Reus in exceptionibus fungitur vice actoris.*
6 *Pœna adiecta in pacto nudo per ſtipulationem, ob eius obſeruationem, an peti poßit.*
7 *Stipulatio pœnæ non committitur ſuper pactione nuda ante litem conteſtatam.*
8 *Rigor iuris quandoque relaxatur ne contractus inutilis reddatur.*
9 *Pactum nudum ſecundum ius canonicum parit actionem.*

## REGVLA LX.

NON eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.

1 ¶ † EFFECTVS moræ afferentis damnum debitori ſunt plures, vt dictum eſt ꝰ. eod. c. mora & ab oneribus prædictorum omnium effectuum excipitur is qui poteſt defenſione legitima ſe tueri, vt ff. ſi cert. pet. l. lecta. & de verb. oblig. l. ſi pupillus. & de regul. iur. l. nulla.
2 † Exceptio autem legitima [a] debet
a intelligi omnis illa, quæ non poteſt ope replicationis elidi, Nam ſi exceptioni obſtaret replicatio, haberetur pro non legitima: † quia qua
3 ratione nihil intereſt vtrum quis non habeat ipſo iure actionem, vel habeat eã quæ poſſit per exceptionem, excludi, vt ff. eod. d. l. nihil.
4 † Ita nihil intereſt vtrum quis non habeat exceptionem, vel habeat eam quæ poſſit ope replicationis excludi, cùm ita ſe habeat replicatio ad excluſionem exceptionis, ſicut exceptio ad excluſionem a-
b ctionis: [b] vt ff. de except. l. ij. & hoc
5 etiam confirmatur ex eo, † quòd reus in exceptionibus in quibus excipiendo ponit ſeu aſſerit, vices actoris ſuſtinet, vt ff. de prob. l. in exceptionibus. & de except. l. j. ¶ Sed contra regulam poteſt de iur. ciui-
6 li opponi: † quia l. cauetur, quòd ſi promiſiſti aliquid nudo pacto, & ſi non faceres, promiſiſti pœnam per ſtipulationem, agi poteſt ex ſtipulatione, vt conſequenter id fiat quod in pacto deuenit: aliàs ſi non fiat, conſequitur pœnam in ſtipulatione deductam. Cùm ergo pœna debeatur ratione moræ, & mora non poteſt eſſe vbi petitio non eſt, & petitio non procedat ex nudo pacto, vt ff. de pactis. l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla. ſequitur quòd non poſſit eſſe mora: & propterea nec pœnam committi. vnde videtur obſtare. C. de pactis. l. ſi pacto. Et ſi reſpondeatur ſicut primo modo reſpondent Gloſſatores iuris ciuilis, videlicet quòd ibi erat debitum quod vno modo debeatur, ſaltem naturaliter, non erit ſufficiens reſponſio: quia regulariter de iure ciuili ſola naturalis actionem non parit, vt d. §. ſed cùm nulla. & de verbo. obligat. l. creditores. Et ideo ſecunda reſponſio melior videtur & magis conueniens literæ legis contrariæ: nam ibi non agitur ad id quod debetur ex nudo pacto: ſed ad id quod debetur ex ſtipulatu, & prætextu eius conſequitur forte

quod



quod nudo pacto debetur: aliàs conſequitur quod in ſtipulationem deuenit. Sed contra hanc reſponſionem eſt valde illa l. ſi pacto. quia nuda pactio præceſſit ſtipulationẽ
7 pœnalem. † ergo ſtipulatio [c] non
c committitur niſi lite conteſtata ſuper pactione nuda: & propterea nõ poteſt ex ea agi, vt C. de contrah. & cõmit. ſtip. l. nuda. Et ſi reſpondeas, ꝙ ibi fuit lis cõteſtata ſuper pactione nuda, diuinare eſt. Reſpondebis ergo, ꝙ ſicut quando ſtipulatio pœnalis incipit à præcedenti pactione nuda, lex diſpẽſando permittit agere ex ſtipulatione pœnali nondum commiſſa, vt metu eius pareatur pacto præcedenti, vt in l. ſi pacto. ita permittit agere & litem conteſtari ex pacto nudo, vt in l. nuda.
8 † & eſt ratio in vtroque caſu, ne contractus in totùm cõſtituatur inutilis, ſi nihil relaxaretur de iuris ſubtilitate. relaxatur enim in l. ſi pacto. quia permittitur agi ex ſtipulatione nondum commiſſa, quod eſt contra ius commune, vt ff. de verb. oblig. l. ita ſtipulatus. & de verb. ſignific. l. cedere diem. Et in d. l. nuda. relaxatur ſimiliter: quia permittitur agi & litem conteſtari ſuper pacto nudo, quod ſimiliter remotum eſt à iure communi: vt in l. iuriſgẽtium. §. ſed cùm nulla. & C. de pactis. l. le-
9 gem. & de pactis conuen. l. j. † ſed de iure canonico hoc ſecundum iure communi ſine diſpẽſatione procederet: cùm nudum pactum ita pa-
d riat [d] actionem ſicut veſtitum ꝰ. de pactis. c. j. Dyn.

### ADDITIO.

a ¶ Legitima. Adde quæ dicatur & ſit exceptio, Abb. & Felyn. in rubr. de except. in princ. & Ang. Aret. inſtit. de except. in rubr.
b ¶ Actionis. Adde quòd ille, qui poteſt ſe tueri exceptione, non dicitur eſſe obligatus, vt dicunt Bald. & Ludouic. Bologn. in ſecundis interpr. in l. Mæuia. §. fundus. ff. ſol. matr.
c ¶ Stipulatio. Adde quando ſtipulatio pœnalis cõmittitur, & qua actione poſſit conſequi, Bart. Cyn. Bald. Salicet. & Mod. in l. nuda. C. de contrahend. & commit. ſtipul. & Barto. Bald. Paul. de Caſtr. & ſingul. Alex. in l. ita ſtipulatus. in ix. col. de verbor. oblig. & Bart. in l. ſi pupillus. ff. de verb. oblig. & in l. petẽs. & Doct. in l. ſi pacto. C. de pactis.
d ¶ Pariat. Adde an ex nudo pacto oriatur actio de iure canon. Doct. in c. j. de pactis. in antiquis. Bald. & ibi Alexand. in addit. col. vij. in l. cùm quis. C. de iur. & fac. ign. & Bart. & Alexand. in l. iuriſgentium. §. igitur. ff. de pactis. & Bart. in l. quintus. ff. manda. & Innoc. in c. nouit. de iud. dat nobis vnam bonam cautelam conſequendi id quod nobis eſt promiſſum nudo pacto. vbi videas etiã per Moder. & Salicet. & Alexand. in d. l. legem. C. de pactis. & Rom. in conſil. xxx. & Bald. in l. petens. ꝰ. alleg. column. fin. in repet. Padua. & text. ſing. in c. iuramenti. xxij. q. v. & Alexand. in conſil. xvj. in ij. volum. & latius in conſil. xij. col. ij. per totum lib. iij. & Aret. in §. in perſonã. colum. pen. inſtit. de act. Ex quo infert Bald. in d. l. petens. quòd in terris imperij inter laicos, & in foro Cæſaris ſeruatur deciſio iuris ciuilis: in terris verò eccleſiæ ſeruatur ius canonicum: quod ſimpliciter inter clericos ſeruaretur vbique. & per Bald. in authent. ad hæc. colum. ij. in fine, cum princ. ſeq. C. de vſur. & Angel. in repet. l. ſi certis annis. C. de pactis. vbi in ij. col. dicit, quòd in terris imperij laicus contra laicum poteſt agere ex nudo pacto in foro eccleſiaſtico per viam denuntiationis Euangelicæ. & ad prædicta vide Ioan. Bap. de ſancto Seuer.

in ſuo

in ſuo eleganti tracta. de pact. in q. xiij. verſicu. vij. & Bald. in l. ſi diuiſionem. in fin. C. fam. herc. & Ioan. Imol. in conſil. cij. colum. iij. verſic. itẽ obiicitur quarto. & ſuper omnes Felyn. in d. c. j. col. j. verſic. circa. q. de pactis. Ioan. Andr. & Bald. in prooem. Decret. qui dicunt actionem ex promiſſione in Catalonia non oriri.

Ad le an ex pacto nudo oriatur actio, iſtam. in §. j. col. iij. & ibi Iaſ. inſtit. de actionib. num. 5. eundem Iaſ. in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact. & in §. in perſonam. col. j. & antepen. cum ſeq. inſtit. de action. not. Bald. plenè in l. ſi diuiſionem. num. 3. verſicu. ſed iure canonico. & ibi poſui in apoſt. ad ipſum in verſ. oritur pactio. C. famil. hercis. & in authent. ad hæc. num. 13. C. de vſur. Felyn. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. colum. xvj. verſic. tertius effectus. de conſtit. Socin. in tract. fallen. reg. ix. fallent. ix. & ibi quid in vtroque iure, & quid ſimpliciter. Rom. conſil. xxx. Alex. conſi. xvj. verſic. quid autem. volum. ij. & conſil. iiij. volu. iij. & adde quòd coram iudice eccleſiaſtico poteſt laicus agere ex pacto nudo, not. Butr. in c. j. in princ. de prob. quod eſt ita verum, vt epiſcopus non poſſet ſtatuere vt ex nudo pacto non poſſit agi. ita notat Panorm. in c. dilecti in princip. de iudi. Et non tradas obliuioni vnum ſingul. dictum Bart. in l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. manda. quòd inter mercatores, & vbi agitur de bono & æquo, pactum nudum producit actionem, & ita. not. Bald. in l. ſi pro ea. C. manda. & ibi Salicet. Idem Baldus in l. ij. C. de conſtit. pecun. licet contrarium tenuerit & malè Rom. in l. filiusfamil. ff. de don. Et in quantum dictum eſt. ſ. pactum nudum obligare, &c. Intelligo hoc procedere quando in eo eſt cauſa expreſſa. aliàs per errorem promiſiſſe præſumitur. ita not. Abb. in c. ſi cautio. verſicu. nunc intro. & ibi Felyn. in princ. de fide inſtru. & per hoc limitabis c. j. & iij. de pact. & c. iuramenti. xxij. q. v.

## In reg. Quod ob gratiam. Argumenta.

1 *Sententia contra minorem lata nulla eſt, ſi ſine tutoris authoritate litigauit.*

2 *Contrahens cum minore non poteſt eo inuito etiam in integrum reſtituto contractum reſcindere.*

3 *Minori quæſtio de bonis aut ſtatu lata non debet differri, ſi probationes habeat in promptu.*

4 *Commodum afferre nõ debet, quod in odium eſt introductum.*

5 *Impubes an poſſit hæreditatẽ locupletẽ adire ſine tutoris authoritate.*

6 *Pupilli factum quando citra tutoris authoritatem ſit validum. & num. ſeq*

8 *Emẽs vina an poſſit petere acida, ſi eadem excepta fuerint.*

9 *Impetrans ius iniquum quãdo in eius læſionem retorqueri debeat.*

10 *Ingenuus ſententia pronuntiatus, an perdat ius aureorũ anulorum.*

11 *Eligens vnum cõtrariorum videtur alteri renuntiare, nec ad idem poteſt redire.*

12 *Serui an in fauorem domini ſint torquendi.*

13 *Teſtes debent teſtificari pro vtraque parte.*

14 *Iudæi die Sabbati, nec conueniri poſſunt, nec conuenire.*

15 *Cõuentio tacita quando habeatur*

pro



*pro expreſſa.*

16 *Intellectus ſumptus à cõtrario ſenſu legis expreſſè habetur pro lege expreſſa.*

17 *Fauorem quando afferat quod in odium eſt inductum.*

18 *Tutor remotus vt ſuſpectus, nõ tenetur in futurum de adminiſtratione neglecta.*

19 *Militia miſſus ignominioſè, quod inde cõmodum cenſeatur reportare.*

20 *Actus idem pœnæ & præmij cauſa immediata eſſe nequit.*

21 *Delictum qualiter cauſa proxima pœnæ & præmij eſſe poſſit.*

### REGV. LXI.

QVod ob gratiam alicuius conceditur, nõ eſt in eius diſpendium retorquendum.

1 ¶ Ob † gratiam [a] & fauorem mino-
a ris eſt inductum, quòd nõ poſſit eſſe
in iudicio ſine tutoris authoritate,
vt C. de auth. præſtan. l. clarũ. & qui
legit. perſo. l. momentaneæ. & ideò
ſi litigauit ſine tutoris authoritate,
vel curatoris, ſi quidem fertur ſen-
tentia contra eum, non valet ipſo iu
re: vt C. qui leg. perſo. l. j. & ſi aduer.
rem iudic. l. cum & minores. & ff.
de re iud. l. acta. §. cõtra indefenſos.
& l. contra pupillum. ſed ſi feratur
pro eo, valet: vt C. de procur. l. non
2 eo minus. † Item in gratiam & fa-
uorem minoris inductum eſt, quòd
petere poſſit reſtitutionem in inte-
grum contra venditorẽ: ergo ſi pe-
tiit & noluit vti beneficio in inte-
grum reſtitutionis conceſſo, nunquid
aduerſarius eius inuito mino-
re poſſit venditionem reſcindere? di
b cendum eſt, quòd non [b], ne quod in
fauorem minoris inducitur, in eius
læſionem retorqueatur. vt ff. de mi-
norib. l. ſi iudex. † Item inductum
eſt merè in fauorem pupilli, cui mo
uetur cõtrouerſia de ſtatu & bonis,
quòd quæſtio differatur vſque ad
tempora pubertatis: ergo ſi habet
probationes pro ſe facientes in
promptu, nõ erit differenda, ſed de
præſenti cognoſcenda & examinan
da, ne quod in eius fauorem &c. &
de Carbon. edic. l. iij. §. duæ. Item
cõfirmatur regula, & traduntur eius
exempla. ff. de leg. cõmiſ. l. ij. & de
in diem adiect. l. Sabinus. & C. de fi-
de inſtr. l. plures. & de ſecund. nupt.
l. generaliter. §. in his autem. Sicut
c hæc [c] regula continet veritatem, &
4 eius contraria vera eſt: † ſi aliquid
introductũ eſt in alicuius pœnam
vel odium, nõ debet in eius vtilita-
tem conuerti. vt ff. de leg. j. l. ſi ſeruus
plurium. §. ſi quis ante. & de interd.
& releg. l. relegatorũ. §. vlti. & l. ſeq.
& not. in auth. de hære. & fal. §. ſi ve
rò. & ideò eſt opponendũ ad vtrun-
que per ordinẽ. Et primò ad primũ.
videtur enim ei obſtare l. in qua ca
5 uetur, † quod impubes non poteſt adire
hæreditatẽ etiam locupletem ſine
tutoris authoritate: ergo quod indu
ctum eſt in eius fauorẽ, videtur in
eius læſionem redire, vt ff. de autho.
tutor. l. obligari. & inſtit. de author.
6 tut. §. neque. † Dicẽdum eſt, quod quæ-
dam ſunt in quibus certũ eſt condi-
tionem pupilli meliorem conſtitui.
& in illis valet factum à pupillo,
d etiam ſine tutoris authoritate [d]: ne
in eius fauorem &c. vt C. de procu.
l. non eo minus. & de author. præſt.
l. j. & inſtit. de authorit. tut. in princ.
7 † Quædam ſunt in quibus certũ eſt
conditionem pupilli deteriorẽ con-
ſtitui, vt ſi quis ſe obliget vel ven-
dat cum damno ſuo, vel actionem
cedat: in his factum ſine tutoris au-
thoritate nõ tenet, vt C. de author.
præſtan. l. ij. & iij. & de inutil. ſtipul.
l. j. Quædam ſunt in quibus dubium

eſſe poteſt vtrum pupilli conditio
conſtituatur melior, vel deterior:vt
in hæreditatis aditione:quia habe-
re poteſt latentia onera:& in his fa
ctum à pupillo ſine tutoris authori-
tate non tenet.vt d. l. obligari.& §.
neque.& hoc eſt in fauorem pupil-
li ne oneribus implicetur, vt ff. de
acquir.hæred.l.more noſtræ ciuita-
tis. & l. pupillus. Sed opponitur ad
primam regulam de iure quo caue-
8 tur, ſi † vendo vina, exceptis aci-
dis & mucidis, & emptor velit aci-
da,non poteſt:licet in eius fauorem
videatur pactum oppoſitum,vt ff.de
peric.& cōmod. rei vend.l. ſi vina.j.
Dicunt quidam,quòd lex contraria
locum habet quando fauor indu-
cebatur per pactum : regula verò
quando per legem vel priuilegium,
quod nihil eſt: quia in his quæ in
fauorem inducta ſunt per pactum,
locum habet regula, vt patet,ff.lo-
cati. l. ea lege. & de lege commiſ.l.
ij.& iij.& de in diem adiect. l. Sabi-
nus.vnde dicendum eſt,quod fauor
ampliat priuilegiū quod ſupra vel
extra ius cōmune conceditur, vt ff.
ad municip. l. j. & C. de theſaur.l.
vnica. lib. x. ſed l. ſi vina. nihil in-
ducebat per pactum extra vel ſupra
ius commune: & ideò non propriè
pertinet ad materiam huius regulę.
Tertiò videtur cōtra regulam.ff.
quod quiſque iuris. l. j. vbi dicitur,
9 †quòd ſi impetro ius iniquum, il-
lud retorqueri debet in læſionem
meam aduerſario poſtulāte. Sed di
ſtinguendum eſt, ſicut diſtinguitur
in l.iij.eo.tit.videlicet,quòd ſi con-
e ceſſum fuerit ad poſtulationem [e]
meam:tunc habet locū lex contra-
ria.ſed ſi non ad poſtulationē meā,
tunc habet locum regula. Quarto
videtur contra regulam. ff. de iure
10 anul. l. ij. †vbi ſententia lata pro
ingenuitate,facit eum,qui pronun-
tiatur ingenuus, perdere ius aureo-
rum anulorum. Sed dicendum eſt,
quòd nō operatur illud directè ſen-
tentia, ſed tacita renuntiatio illius
qui petiit ſe pronuntiari ingenuum.
11 †eligendo enim vnum de duobus
cōtrariis, videtur tacitè renuntiare
alteri,vt C.de codicil.l.vlt.& de fur.
l.j.& ideò ad id, cui renuntiaſſe vi-
detur per electionē alterius nō de-
bet regreſſus dari, vt ſ.de elect.c.vt
quis lib.vj.& ff.de lege commiſ.l.ſi
fundus. §.eleganter. & l.poſt diem.
Quinto opponitur de l.pridem.C.
12 de quæſt. † vbi ſerui vel liberti pa-
terni vel materni etiam in fauorem
domini,vel patroni nō torquentur.
Sed illud ratione connexitatis:quia
ſi pro eo,ſequeretur quòd etiā con-
13 tra eum,†cum teſtis pro vtraq; par-
te deponere debeat, vt C. epiſc. &
f cler. auth. ſed iudex. [f] Sextò opp.
g de l.die [g] ſabbatto.C.de Iudęis.†vbi
14 ſicut Iudæi nō poſſunt cōueniri die
Sabbati:ita nec poſſunt alios conue
nirę. Sed ibi priuilegium non ſtetit
* in finibus cōceſſionis,ſed vltra pro-
ceſſit propter ęqualitatē inter litiga
tores ſeruandam, & inæqualitatem
vitandam.C.de fruct.& lit. expen.l.
vlt.& de proxi.ſac. ſcrin.l. in ſacris.
Septimò opponitur de l.inter ſo-
h cerum.§.cum inter [h]. ff.de pact. dot.
15 †Sed ibi conuentio tacita à con-
trario ſenſu conuentionis expreſſæ
percepta debet haberi pro conuen-
16 tione expreſſa, † ſicut intellectus
i perceptus à contrario ſenſu legis [i]
expreſſę pro expreſſa lege habetur.
vt ff.de teſti. l. ex eo.& de teſta.qui
k teſtamento. §. mulier. & ideò [k] ca-
ſus ille non eſt contrarius regulæ:
quia pactum expreſſum nō torque-
tur in damnum,ſed tacitum à con-
trario ſenſu expreſſę conuentionis
percipitur. Ad contrariam autem
17 regulam opp. videtur enim†quòd
id, quod indultū eſt in pœnam vel
odium, retorqueatur in fauorem:
18 †quia inductum eſt in pœnam &
odium tutoris ſuſpecti,quòd à tute-



la remoueatur tanquàm ſuſpectus,
& tamen conuertitur ad eius com-
modum:quia nō tenetur vlterius de
periculo adminiſtrationis negle
ctæ. vt ff. de ſuſpect.tutor.l decreto.
19 † Item inductum eſt in pœnam &
odium illorum qui de militia per
ignominiam remittuntur, quòd nō
poſſunt immorari in vrbe, vel alibi
vbi imperator ſit, vt ff. de his qui
not. infam. l.ij.§. ignominiæ.& ta-
men conuertitur ad vtilitatem eo-
rum, quia excuſantur à tutelis quæ
deferuntur in vrbe,vt ff.de excuſat.
tut.l.ſed & milites.§.ſed & ignomi-
20 nia miſſi.† Sed dicēdum [l] eſt quòd
l idem actus nō poteſt eſſe cauſa im-
mediata pœnæ & præmij, vt d.l.re-
legatorū.§.fi.& l.ſeq.& de neg.geſt.
l.ſiue hæreditaria. & C. de hæred.l.
curiales. & de decur. l. ne quis. ſed
cauſa mediata & remota eſſe po-
teſt:delictum enim eſt cauſa pœnę:
pœna verò cauſa inhabilitatis ad a-
liquē actum vel officium iudicatur,
inhabilitas verò cauſa remotionis
ab actu, remotio autē cauſa exem-
ptionis ab onere imminente occa-
ſione actus,vt d.l.decreto.& d.l.ſed
& milites.§.ſed & ignominia. Sed
contra prædicta videtur. ff. de his
21 quib. vt indign.l.j. † vbi delictū eſt
cauſa proxima quaſi pœnæ & præ-
mij. Sed diuerſitas perſonarū & re-
rum quæ ibi erat,tollit contrarium:
nam ibi reſpectu fiſci meretur: &
ideò cōſequitur præmium: reſpectu
autem legati delinquit, & ideò pa-
titur pœnam.

ADDITIO.

a ¶Gratiam. Amplia reg.iſtam proce
dere, licet verba ſint obſcura, quæ
alioqui contra proferentem inter-
pretari ſolent,vt ait Dy.in c.contra
eum.nu.3.ſ.eod. F. C.
b ¶ Quòd non. Adde Bart.in fi.& ibi
Doct.Mod.C. de fruct.& lit.expen.
& Bald. in c.ij.§. in quibus, de con-
ſuetud. recti feudi.& ibi Card.Alex.
& Bald.in l.quod fauore.col.j.verſ.
venio ad exemplum.C.de legi.
c ¶ Sicut hæc. Adde quando in fauo-
rē alicuius introductum, in eius læ-
ſionem non debet retorqueri,Cyn.
Bart.Bald.& Salyc. Paul.& Iaſ. in l.
quod fauore.C.de legi.& Bar.Bald
& Mod in l.nulla. ff. de lega. & Fel.
in c. dilectus.in ij.verſ.viij.concluſ.
de reſcript. in c.tuis.poſt princip.de
teſt.verſic.in text.& Specul.in tit.de
teſt.§.ij.verſic.xxxvj & Bald.conſil.
cccxxix. ante fin. lib.j & Felyn.poſt
Andr. Barb.in c.intelleximus.col.ij.
verſ.nota ex textu.de iudic.
d ¶ Authoritate. Adde quando geſta
per pupillum ſine tutoris authorita
te valeant.gl.& Bart.in l.j.ff.de no-
uatio.& in l.pupillus.§. pupillus. &
ſing. in l. obligari.ff. de author.tut.
qui ponit diſtinctionem Dy.hîc, li-
cet de eo non faciat mentionem.&
vide Bal. Chriſtoph. Porc.& ibi Iaſ.
in addit.Ioan.Fab.& Aret. inſtit.de
author.tut.in prin.Sed quid in iudi-
ciis,vide Cy.Bart.Bald.Ang.Saly.&
Alex. in l. nō eo minus,C.de procu.
Io.Fab.& Aret.in §. neque.inſtit.de
authori.tut.& deciſ.Capel. Tholoſ.
deciſ.cij. & Alex. in d.l. non eo mi-
nus. Et not. q, ſi pupillus careat tu-
tore, & etiam non poſſit habere co-
piam iudicis poteſt ſolus ipſe adire
hæreditatem,vt eſt gl.ſing.ſecundū
Rom.& Lud.Bolog.in primis inter-
pret.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prę-
tori.ff.de nou.oper.nunt.& Alex.in
l.bonorū.in vlt.col.ver.tertio limi-
ta.C.qui admi.licet Lud.Bar.& Doc.
in d.§.ſi quis ipſi prætori.velint cō-
trarium. & adde Bald. in d. l. quod
fauore.col. ij.& Alex. in l.iij.§.adi-
piſcimur.ff.de acquir.poſſeſ.
e ¶Poſtulationem. Adde Dyn.& quæ
ibi dixi ſuprà in regula, in iudiciis.
prope fi.& Dy.ſ.ead.reg.in vj.oppo.
& ibi in addit.& Felyn. in c.ſancta.

rum.in prin.de reſcript.
f ¶ Iudex. Adde ibi Alex.Imol.in ad-
dit.ad Bart.& ibi Cy.& Bart.& Bal.
latius in l. preſbyteri. C.de epiſc. &
cleric.
g ¶ L.die. Adde ibi Bart. & Docto.&
Bart.in l.j.§.nuntiatio.ff.de no.ope.
nunt.& Ang.& Alex. poſt Bart.in l.
fin.C.de iure delib.& Alexã. in l.iij.
ver.iij. limita.ff. quod quiſque iuris.
h ¶§.cùm inter.Adde ꝙ Bart.in conſ.
cxxx.reprehendit Dy. circa intelle-
ctum d.§.cùm inter.in q.pater dedit
dotem pro filia,& ſtipulatus eſt do-
tem ſibi reddi, ſol.matr.morte filiæ
ſine lib. an ea mortua cũ liberis de-
beat reſtitui dos,vel cedat lucro vi-
ri, vel eius filiis? & Dyn.dicitur te-
nere hîc, quòd cedit dos lucro viri.
& ipſum ſequitur Bald.& etiã Imol.
in l.ſi cũ dotem.in prin.ff. ſol. matr.
& idem tenet Cy. in l. quod fauore.
C.de leg.ſed Bart.contrariũ tenet in
d.l. ſi cũ dotem. & in d.conſil.cxxx.
& cõſ.ccxxvij. maximè attenta con
ſuetudine generali, de qua in l.dos
à patre.C.ſolut.matri.quia remanet
apud liberos heredes matris.& Pau.
de Caſt.in d.l.ſi cùm doté. & Bal.in
auth.ſed & ſi quis.C.de ſecun. nupt.
tenét ꝙ dos ſpectet ad hæredes mu-
lieris quãdo pater ſtipulatus eſt ſibi
ipſi, ſecus ſi filiæ. de quo vide latè
per Alexã.in d.l.ſi cum doté. col.vj.
ver.ſucceſſiuè.extra glo. oppo.& Io.
Petr.de Ferra. in forma libelli, quo
vxor agit ad dot. & vſu. in verb. di-
cite domine. in princ. & Benedi.de
Plumb.in repet.l.doté. ſol.mat.ff.&
Imol.in conſil.lxiiij.& Ioan. Cal.in
conſ.j.de donat.inter vir.& vxo.
i ¶ Legis.Vide Bart. in l.j.in prin.col.
iij.circa fin.nu.16.ff.de offic.eius cui
mand.eſt iuriſd. G. S.
k ¶ Et ideò. Idem inquit in c. pecca-
tum.nu.3.5.eod. F. C.
l ¶ Sed dicendũ. Adde ꝙ ea quæ ſunt
inducta in odiũ nõ debẽt operari fa
uoré, ne ex eodẽ facto conſequatur
quis præmium & pœnã.Bal.in l.nul-
la.in fin.& Doct.Mod. ff. de legib.&
Alex.in addi.ad Bar.in d.l.quod fa-
uore.& Dy.in l.decreto. ff. de ſuſpe.
tut.vbi diſtinguit eo modo quo hîc
gloſſ.& Doct. in l. ſiue hæreditaria.
ff.de neg. geſt.& Albe.de Roſ.in Di-
ctiona.in verb.actus & pulchrè Fel.
in c.dilectus.ij.col.ij.ver.iiij.cõclu-
ſio.de reſcri. & in d.c. intelleximus.
col.ij.ver.no.ex tex.in fi.de iudic.

## In reg. Nullus ex conſilio. Argumenta.

1 *Cõſilio dato quando quis teneatur,
& quando non. & nu.ſeq.*
3 *Conſilium vel opem præſtans alij
ad delinquendum, quãdo de deli-
cto teneatur.*

### REGVLA LXII.

a NVllus[a] ex conſilio, dum-
modo fraudulẽtum non
fuerit, obligatur.

1 ¶ Si † dedi tibi conſiliũ vt pecuniã
tuã potius in mercimoniũ quàm in
emptioné prædiorũ conuerteres, &
malè tibi acciderit: quia fortè mer-
ces naufragio ſunt ſubmerſæ,& du-
bitatur an ego tenear, diſtinguitur:
b quia aut dedi[b] conſilium bona fide,
& tunc non teneor: aut fraudulen-
ter, & tũc teneor. & hoc dicit regu-
la,& cõfirmat.ff.e.l.conſilij.& man-
da.l.ij.§.vlti. Sed videtur de cõſilio
teneri etiã ſi nõ fuerit fraudulentũ,
vt ff.mand.l.ſi remunerãdi.§. ſi tibi.
2 in fi.ſed ille §.debet intelligi † quan
do aliâs facturus non fuerat. Quare
diſtinguẽdum videtur:quia aut da-
tur conſilium contrahenti, aut de-
linquenti. Si contrahenti, aut erat
aliâs contracturus, aut non: ſi non
erat cõtracturus,tenetur is qui con-
ſiliũ dedit, vt l.ſi remunerãdi.§.ſi ti-
bi.ſed ſi erat aliâs cõtracturus, tunc
locum habet diſtinctio regulæ:quia
ſi interuenit fraus in conſulente, te-



netur, vt hîc,& ff.eo.l.conſilij. & de
dolo.l. quod ſi cùm ſcires. & de fur.
l. falſus.§. ſi quis nihil. & mand.l.ij.
3 §.tua.† Sed ſi datur conſiliũ[c] delin-
c quenti, variæ ſunt opiniones: mihi
autẽ videtur ꝙ aut is cui conſilium
datur nõ erat aliâs facturus, aut erat
aliâs facturus: ſi nõ erat alias factu-
rus, ſimpliciter tenetur qui cõſilium
d dedit[d], vt ff.de iniur.l.non ſolũ.§.ſi
mandato.& §.Proculus. & §.Attili-
cinus. Sed ſi erat aliâs facturus: aut
præbuit conſilium & nõ opem, aut
opé & non cõſilium, aut conſiliũ &
opé:ſi conſilium tantũ,tenetur,quia
nõ oportet laudãdo malitiã augeri,
vt ff.de ſeruo corrup.l.j.§.perſuade-
re.& C.de fur.l.ſi quis ſeruo.ſi opem
tantũ ſine conſilio principali vel ſe
cundario,nõ tenetur, vt ff.de fur.l.ſi
pignore.§. qui ferraméta.ſi conſiliũ
& opé,non eſt dubium ꝙ tenetur.ff.
de verb. ſign. l ſæpe.§.item dubita-
tum eſt.& inſti. de oblig.quę ex de-
licto naſc.§.ope.Dyn.

### ADDITIO.

a ¶ Nullus. Materiã huius reg.quàm
pleniſſimè tractat Deci.in l.conſilij.
ff.eod.
b ¶ Dedi.Adde quãdo quis ex cõſilio
teneatur.gl.in §.ope.inſti.de oblig.
quę ex delic.& gl. in l.ij.§.fi.ff.mãd.
& Bart.in l.nõ ſolum.§.ſi mandato.
col.iiij.ver.veniamus.qui tenet opi.
Dyn.hîc. & etiã Alex.in addit.ff.de
iniur.& Bald.in l.nõ ideò minus.C.
de acc.& Bart.& Doct.poſt gl. in l.
ſæpe,de verb.ſig. & Bal.in l. ob hæc
verba.vbi multa ſing.dicit.ff. de his
qui not. infa. & in l.data opera.col.
xxiij. C. qui accuſ. non poſſ. & in l.
metũ.C.quod met. cau. & in l.j.col.
j.& ij.C.de ſer.fugit.& Cano. plenè,
præcipuè Fely.in c.j.col.iiij. ver.ſe-
cundum mẽbrum. de offic. deleg.&
Saly.& Mod.in l.j. C.de rap.virg. &
Doct.in c.ſicut dignũ.maximè Fely.
col.iiij.in prin.ver.not.vbi ponit re-
gulã cum pluribus fallen. de homi.
& vide Pau.de Leaz. & Card.in c.j.
de pœn.vbi eſt notab.tex.& Aret.in
§.in duplũ.col.ij.& in §. omnes au-
tem.& ibi Iaſ.col.ij. de act.inſtit.&
Aret.in tract.ſuo Malefic. in verbo,
Sempronium.in q.pen.& fi.& ibi in
addi.Aug.de Arim.& Bernar.Lãdr.
& vide Rom.ſing.ccclxxvj. incip.in
cõtractibus.& Ang. de Peruſ. in l.j.
C.de nili aggerib.& Albe.de Gand.
in tract.Malefic.tit.de quibus.q.v.
c ¶ Conſiliũ.Quis dicatur dare conſi-
lium ad delinquendum,vide tex.in
l.in furti.§.rectè.ff.de furt. F. C.
d ¶ Dedit. Adde ꝙ in dubio præſumi-
tur aliàs facturus nõ fuiſſe, ſecundũ
Fely. in c.j.col.v.ver.vtrũ autem.de
offic.deleg.& Bald.in l. data opera.
col.xvij.C.qui accuſ.non poſſ. Sunt
tamen aliquot modi probandi, ꝙ
etiam aliàs feciſſet abſque conſilio,
quos diligenter perſequitur Bal. in
l.j.C.de ſer.fugit. F. C.

## In reg. Exceptioné. Arg.

1 *Excipiens quãdo præſumatur con-
fiteri. & nu.6.*
2 *Exceptioné iuris proponens, an cen-
ſeatur tacitè confiteri.*
3 *Verba in dubio proprie intelligen-
da ſunt.*
4 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
5 *Exceptiones iuris ſunt propriè ex-
ceptiones.*

### REGV. LXIII.

EXceptioné obiiciens, non
videtur de intentione ad-
uerſarij confiteri.

1 ¶ † Si opponat cõuẽtus exceptioné
facti ſiue intentionis, vt quia negat
ſe debere, certũ eſt, quòd nõ videtur
confiteri de intẽtione actoris: quia
confeſſio & negatio directè contra-
ria ſunt. & ideò ad poſitioné vnius
nõ ſequitur poſitio alterius, ſed re-

a motio [a] ff.de ver.ſig.l. hæc verba.&
de inſtit.l. ſed & ſi.§. ſi inſtitoria.&
auth.de mand. princip.§.neque au-
2 tem.† ſed ſi opponat exceptionem
iuris, vt pacti de non petendo, rei iu
dicatæ, iuriſiurandi, præſcriptionis,
b & ſimilium, [b] an videatur tacitè
confiteri de intentione actoris, ita
quòd actor releuetur ab onere pro-
bandi intentionem, & reus afficia-
tur onere probandi exceptionem,
dubitatur, & primò videtur quod
3 non, † quia verba ſimpliciter pro-
lata referri debent ad propriam ſi-
gnificationem, & non abuſiuam, vt
ff. de leg. iij.l.non aliter.§.Titius.&
4 de verb.ſig.l.nepos.† ſed exceptio-
nes iuris ſunt propriè exceptiones,
quia excludunt actionem cum illis.
5 ff. de except. l.ij.& ibi not. † item
quia indeſinita æquipollet vniuer-
ſali, vide eundẽ.ſ.in procem.num.5.
& 8. ſed hîc & ff. de except. l. non
vtique, loquitur indefinitè: ergo vi-
detur omnem ſpeciem exceptionis
comprehendere. Mihi autem vide-
6 tur † quòd aut excipiendo aliquid
ſimpliciter negat, aut excipiendo
aliquid ponit: ſi negat, vt in exce-
ptione non numeratæ pecuniæ, &
non numeratæ dotis, verũ eſt quòd
non videtur confiteri de intẽtione
actoris, vt hîc, & ff.de except.l.non
vtique. Sed ſi excipiendo ponit, aut
ſimpliciter, aut ſub cõditione. ſi ſim-
pliciter vt quia dicit ſibi pactum fa-
ctum de non petendo, ſoluiſſe, vel
abſolutum eſſe, tunc de ſola exce-
ptione tractandum eſt, abſque eo
quòd actor [c] intentionem probet.
Sed ſi negat, & ſub conditione po-
nit, quia dicit ſe non teneri: & ſi ap-
parebit eum teneri, dicit ſibi factũ
pactum de non petendo, tunc non
videtur confiteri, de intẽtione acto
ris. & ideo non afficitur onere pro-
bandi exceptionem, niſi actor pro-
bauerit intentionem ſuam. & hæc
probantur C.de except.l.ſi quidem.
ij.& iij.reſponſo.

ADDITIO.

a ¶Remotio. Vide eundem ſuprà eo.
in c.qui ſentit.verſi. prætereà pater.
b ¶Similium. Adde an & quando ex-
cipiens vel replicans videatur fate-
ri intentionem aduerſarij, Roman.
in l.cùm mulier.col.v.& ibi Bald.in
repe.xx.col.& Ioã.de Imol.ff.ſolut.
mat.& Bald.in l.alia. C. de iis quib.
vt indign.& per Alex. plenè in l.de-
cen.col.vij. ff. de verb.obli.& Fely.
in c.cum venerabilis.col.iiij.verſic.
an & quando. de except. vbi ponit
regulam quòd non fatetur, & ſex
caſus exceptos à regula prædicta.&
vide ſingu. Ang.Areti. in rub.inſtit.
de excep.col.xx. Et an dicens ſe ab-
ſolutum videatur fateri excõmuni-
catum, vide Abb.in c.venerabilem.
colum.pen. de excep. & ſic adde an
confeſſio poſſit pro parte acceptari,
& pro parte nõ, Bart.in l.ſi quidem.
C.de except.& Bal. in l.age cum Ge
miniano.C.de tranſ. Alber.de Roz.
in Dict.in verbo, exceptione vtẽdo
& Cep.in cau.lx.vbi etiam ponit de
iuramento delato reo, an ſit indiui-
ſibile vel non. de quo vide ſingula-
riter Sign. de Homodeis.& Fulg. in
quodam eorum conſilio poſito in
fine tractatus Maleficiorũ domini
Bonifacij de Vitalinis, quod inci-
pit, ſuppoſito ſtatuto ciuitatis Me-
diolani. quod poſui in fin.lib.Conſ.
Biturig.& adde ibi,& vide gl.ſuper
verbo, malignantium.in c.cupien-
tes, & ibi do.de S.Gemin.de elect.l.
eo.& vide Bar.in l.nõ vtique. & ibi
Alex.in add.ff.de excep. & Cy.Bal.
& Saly.in d.l.ſi quidẽ. & Cy.& Doc.
in l.ij.C.de don. inter vir. & vxo.&
Bart.ſingulariter in l.Aurelius.§.idẽ
quæſiit.ff.de lib.leg.& Bal. in l.vni-
ca.C.de cõfeſ.& Dy.in regu.nullus.
ver.vnde mihi videtur. & Lud. Bol.
in l.ſi te.C.de inge. mand. in primis
interpre, & Alex.in conſi.ij.col.pe.
in fi.vol.iiij.& Fely.& ibi Phil.Sim.
in addi. in c.examina.de iud.col.ij.
Adde Lanfran. in c. quoniam con-
tra.§.cõfeſſiones.nu.xij.addi.in ver-
ſic.acceptura. Panor plenè in c. bo-
næ memoriæ.col.ij.in verſ. conceſ-
ſio. nu. xxix. de poſtul. prælat. in c.
cùm venerabilis.num.j.in verſi. vi-
detur.& Phi.Franc.de excep.in ver.
actoris intentionem. dixi in apoſt.
in Stylo Parla.parte.j.tit. de excep.
verſic.item ſi quis.
c ¶Actor. Adde quando excipienti
incumbit onus probandi. Bar.& ibi
Alex. in addit.in l.j. verſ. item opp.
ff.de except.& Bal.in l.ſi ex cautio-
ne.col.ij.C.de non nume. pecu.Bar.
Imol.& Mod. poſt Dyn. in l. in illa.
ff.de verb.oblig.

## In reg. Quæ contra ius.

## Argumenta.

1 *Alienatio bonorum pupilli vel ec-
cleſiæ contra formam iuris facta,
eſt ipſo iure nulla.*
2 *Alienatio circa iuris ſolẽnitatem
facta nõ transfert dominium, nec
vſucapiendi conditionem.*
3 *Crimina non ſunt pro infectis ha-
benda, licet contra iuris formam
ſint facta.*
4 *Facta contra ius non valere, in
quibus verum ſit. & nu. ſeq.*
6 *Effectus qui retractari nequeant.*
7 *Sententia non eſt ferenda ſub con-
ditione, lata tamen valet.*
8 *Relegato an licitè bona adimãtur.*
9 *Factum illicitè quando teneat.*
10 *Clauſula ſpecialis quando præfe-
ratur generali.*

REGVLA LXIIII.

QVAE contra ius fiunt,
debent vtique pro in-
fectis haberi.

1 ¶† SI res eccleſiæ vel pupilli alie-
nantur contra iuris formã pro non
a facta [a] habetur alienatio: cùm ipſo
iure non teneat, eo ipſo, quòd facta
b fuit contra iuris prohibitionem, [b]
vt ſuprà de reb. eccl. non alien.c.ij.
lib.vj.& C.de ſacroſanct.eccle. l. iu-
bemus.& de admi. tut.l.lex.quæ tu-
2 tores. & de prædiis minor. l. ij. † Et
ideo ex tali alienatione nec trãsfer-
c tur dominium. [c] nec paratur præ-
ſcribẽdi titulus, vt C.de prædiis mi.
l.ſi prædiũ. & de autho.præſt.l.eum
qui.& de vſuc.pro empt.l. fi.& præ-
alleg.c.ij.lib. vj. ¶Sed contra regu-
3 lam videtur obſtare, † quia certum
eſt quòd furta, homicidia, adulte-
ria,& crimina ſeu delicta contra le-
ges committuntur, vt ff.de iniur.l.j.
in princ.& tamẽ non habentur pro
infectis. nam ſi haberentur pro in-
fectis, nulla pœna pro his impone-
retur. Itẽ impoſſibile eſt illud quod
eſt factum, non eſſe factum, vt ff.de
cap.& poſtli.re l. in bello. §. factæ.
4 Dicunt Gloſſatores Iuris Ciuilis † q;
regula locum habet tantùm in iis,
quæ de iure ſortiuntur effectum.
quod videtur puerliliter dictũ: imò
de iis quæ de iure impediuntur ſor-
tiri effectum, quia ſunt contra pro-
hibitionem iuris. Sed propter reue-
d rentiam dicentiam [d] ſuſtineri poſ-
ſet, quòd hæc regula loquitur de iis
quæ de iure ſortiuntur effectum, id
eſt quæ ſunt aliâs de iure permiſſa,
vt pacta, vel ſimilia: ſed quando non
fiunt ſecundum iuris formam, intel-
liguntur prohibita: & propter hoc
5 non ſortiuntur effectũ de iure. † Cla
rius autem dici poteſt, quod regula
loquitur in iis quæ ſunt de iure pro
hibita: ſicut euidenter verba oſten-
dunt hic. & C. de legi.l.nõ dubium.
tamen in his quæ de iure ſunt prohi
bita quædam reperiuntur quorum
effectus poteſt retractari, id eſt ad
primum ſtatum reduci, & executio

impediri:prout donationes, venditiones,& cæteri cõtractus,teſtamẽta,& ſimilia,& in his proprie proce
6 dit effectus regulæ.† Quædam ſunt quorum effectus nõ poteſt retractari, id eſt ad primum ſtatum reduci: vt homicidiũ,&ſimilia:homo enim mortuus reduci non poteſt ad vitã, niſi virtute ſolius Dei: ad illa non
7 extenditur effectus regulæ.† ¶ Item
e opp. iure cauetur quòd ſententia[c] ſub conditione ferri non debet: & tamẽ ſi feratur,lata tenet:vt ff.quan
8 do app.ſit l.j.§.biduum. ¶ † Itẽ relegato ad tempus non debent adimi bona: & tamen ſi adimantur,tenet ademptio,vt ff.de interdic.& releg. l.relegatorum.§.ad tempus.ergo ea quæ fiunt contra ius, non habentur
9 pro infectis.† Eſt tamen dicendum, quòd vbi ſimpliciter prohibent iura,& nõ vltra progrediũtur, vel progrediuntur ſolũ annullando,factum contra prohibitionem iuris non valet,& pro infecto habetur,vt in l.nõ dubiũ.C.de legi.ff.de tutel.l.mutuo. §.ſub conditione.& de teſta. tute.l. certarum.& l.ſeq. in his duobus caſibus propriè loquitur & intelligitur regula:ſed vbi vltrà progreditur, & tractatur, qualiter annullatur, dando actionem vel exceptionem, vt patet in iis, quæ dolo, vel metu, fiunt,quod fieri non debuit, factum tenet.ſed tenere non videtur conſiderato effectu: quia nihil intereſt vtrum quis actionem nõ habeat an habeat eam quæ poſſit per exceptionẽ excludi,vt ff.eod.l.nihil intereſt. Item cùm vltrà progreditur confirmando factum illicitè, quod fieri non debet,factum tenet,vt in l.non dubium.& §.ad tempus.& ff.quãdo appel. ſit l.j.§.biduũ. & ff. de feriis.
10 l.j.§.j.† Ratio prędictorum eſt:quia cùm lex vltrà progreditur, ſtatur
f clauſulæ ſpeciali, [f] relicta generali,vt ff. de ver.obl. l.doli clauſula.
& de pœnis.l.ſanctio legum.& de alimen.l.alimenta.§.penul.& l. Stichus.Dyn.

ADDITIO.

a ¶Non facto.Adde Bart.in l.cùm ij. §.eam tranſactionem.& ibi Bald. poſt gloſſ.ff.de tranſ.& gloſ.Bart.& Alex. in addit. in l.ob æs.C.de prædiis minor.& Bartol.in l.cùm lex.& ibi Alex.in addit.ff.de fideiuſſ.
b ¶Prohibitionem.Vide Dec.in l.ambiguis.§.j.nu.4.& ſeq.ff.eod. F. C.
c ¶Dominium.Adde Dyn.in ca. cum quid nu.4.& ſeq.ſuprà eodem.
d ¶Dicentium.Adde addicta hîc per Dyn.Cyn. Bart.col.ij.Bald.col.v.& Saly. in l. non dubium.C.de legi.& aliquid per Fely.in c.ij.in j.no.de teſtibus.& Abb.in c. quod ad conſultationẽ in ij. notab.de re iud.& per Anchar.in c.j.de conſt.& Bart.in d. l. cùm lex. ff. de fideiuſ. & in l. ſi is qui.col.xvij.ff.de vſuc.& Cyn.in l.j. C. de hære. act. & pulchrè Henric. Boich.in c. ex literis.de ſponſal.ſed nota quod Dy.hîc omiſit vnum,ſcilicet quando lex imponit pœnam, an ſtatim annullet & infringat actum,vt dicit Bar.in l.j.ff.de iis quæ pro nõ ſcrip. quod latius examinat, & ibi Moder.in l.prętor.§.j.ff.de noui ope.nunt. & vide quæ dixi in lib. Conſuet.Bitur. de matri. §. j.col.iij.
e ¶Sententia.Adde Bart.& Bal.in d.l. non dubium.& ibi Alex.in addi.ad Bald.& Bart.Bald.& Saly. in l.cum iudex. C. de ſenten.& interl.om.iu. & Bar. & Ang.in d.§.biduũ.& Abb. & Fely.in l.quod ad conſultationẽ. in prin.de re iud.& Alex.conſ.lxxxiij.in vlt.col.per totum vol.iij.& nouiſſimè Deci.in l. actus.nu.9.ff.eod. adde quòd ſententia interlocutoria ſiue diffinitiua lata expreſsè contra regulam iuris communis, eſt nulla: licet reperiantur aliqui caſus excepti,in quibus ſaluari poſſet illa ſententia, ex quo illi caſus ſpeciales non



non ſunt expreſſi in ſententia,vnde ſi iudex interloquitur ſeruum torquẽdum eſſe contra dominũ ſuum, hæc ſententia eſt nulla, vt eſt gl. in l.ij.ff.de app.recip. Similiter ſi pronuntiauit iudex filiumfa.aut minorẽ xiiij.ann.potuiſſe teſtari: & ideo valere teſtamentum, ſententia eſt nulla.text.& ibi Cyn.Bart.Bal.& Saly.in l.ij.C.quando appel.non ſit.licet poſſit ſaluari in peculio caſtrenſi,vel quaſi.Similiter videmus incitatione facta vt quis compareat die feriato, eſt nulla, niſi exprimatur cauſa ſpecialis, quòd tempore illo poſſit procedi.vt not.Inno.in c.pręterea. de dilation.& Bart. in l.ij.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.& Math.de Math.ſing.viij. & quando nulla ſit ſententia: & caſus in quibus lata contra ius non eſt ipſo iure nulla,vide plenè Felyn.in cap.per tuas. col.iij.de accuſ.& pulchrè in c. j. in princip. de re iud. vbi ponit vij.ampliationes & duodecim limitationes.
f ¶Speciali. Adde an & quando per ſpecialem clauſulam intelligatur derogatum generali, Dyn. ſuprà eod. in c.generi. F. C.

## In reg.In pari cauſa. Argumenta.

1 *Poſsidentis conditio melior eſt in delicto & cauſa pari.& nu.ſeq.*
2 *Ementibus duobus eandem rem ſeparatim, vter potior.*
3 *Creditor incumbens pignori, præfertur aliis, vbi non conſtat de prioritate temporis.*
4 *Beneficio collato duobus eadem die potior eſt poſſeſſor.*
5 *Accuſatus an & quando poſsit obiicere delictum accuſatori.*
6 *Compenſatio quando in delictis locum habeat.*
7 *Dolus præponderat culpæ, & an inuicem compenſentur.*
8 *Culpa quando & cui culpæ præponderet.*

## REGVLA. LXV.

IN PARI delicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.

1 ¶ † IN delicto pari eſt exemplum, ff.de verb.obli.l.ſi ſeruum.§. ſequitur.vbi debitor fuit in culpa leui, & creditor in culpa leui, & ideo melior eſt conditio poſſidentis debitoris, quàm creditoris agentis. Item ſunt exempla. ff. de dolo.l.ſi duo.& ff.de cõtrahen.emp.l.domum. Item in pari cauſa, abſque delicto, me-
2 lior eſt conditio poſſidentis: [a] † nã
a ſi duo emerunt eandem rem à diuerſis non dominis,melior eſt conditio poſſidentis, vt ff. de publi.l.ſi-
3 ue autem.§.ſi duobus † Item ſi duobus obligatur eadem res,&ignoratur cui prius, melior eſt conditio poſſidentis.ff. de pigno.l.ſi debitor.
4 † Item [b] ſi duobus eſt conceſſum beneficiũ eadẽ die:vni à ſede Apoſtolica vel eius legato alteri ab ordinario loci, melior eſt conditio
d poſſidentis, [c] vt ſuprà de præben.
4 c. ſi à ſede. lib. vj. † Et circa [d] materiã huius regulæ multa reperiuntur contraria:ideo ad omnium ſolutionem diſtinguendum videtur hoc ordine:quia aut pro puniendo dolum vel culpa agitur criminaliter, vel ciuiliter.& ſi criminaliter, aut eſt idem delictum accuſatoris & accuſati, aut diuerſum. Si idem, repellitur accuſator, quia nil doloſus doloſo. C. de libera. cau. l. ſi filium.& C.de teſt.l. quoniam. & de hære.l.quoniam.ver. inter ſe. Si diuerſum. aut opponitur in modum accuſationis, aut in modũ exceptio

nis ſi in modũ exceptionis tũc audi
tur opponens antequam nomẽ eius
inter reos fuerit receptũ:poſtea verò
nõ auditur, etiam ſi maius crimẽ op
ponat, vt ff. de adul.l. ij. §. qui hoc
dicit.& §.ſi publ.& §.extra.& l.ſi ma
ritus.§.præſcriptiones.Si in modum
accuſationis:aut de pari, aut mino-
ri, vel maiori. Si de maiori, auditur
antequàm nomẽ ſuum ſit ſcriptum
e inter reos.[e] vt C.qui accuſ.non poſ.
l. j. poſtea verò nullo modo audi-
tur:etiam de maiori.ff.de public.iu-
di.l is qui reus.& ibi not. Si de pari
vel minori, non auditur, niſi ſuam
vel ſuorum iniuriam proſequatur,
vt C.qui accuſ. non poſ.l.neganda.
6 † Si ciuiliter:aut vterque eſt in do-
lo, aut vterque eſt in pari culpa: &
tunc hincinde compenſantur, ſiue
circa idem, ſiue circa diuerſa repe-
riatur dolus, ſiue culpa: vt ff. ſolu.
f matri. l. viro.[f] & l. cùm mulier. &
de dolo l. ſi duo. & de eo per quem
factum eſt.l. fin. §. ſed ſi ſtipulator.
& de contrah.empt.l.domum.& ne
quid in loco pub.l.ij. §. idem ait.&
quod vi aut clam.l.ſi alius. §. belliſ-
ſimè.& l. vlti. §. ſi ad ianuam. & de
doli excep. l. apud Celſum. §. Mar-
7 cellus. † aut vnus in dolo, & alius
in culpa: & tunc ſi circa idem, non
ſit compẽſatio:quia dolus præpon-
g derat culpæ.[g] vt ff. ad leg. Aquil.l.
item j. §. fin.& l. qui foueas. §. hæc
tamẽ actio.& l.ſi putator.Si circa di
uerſa, ſit compenſatio cùm tenea-
tur vterque ad quantitatem, vt ff. de
8 compenſa. l. ſi ambo. & ibi no. † ſi
vnus in lata culpa, alius in leui.præ
ponderat lata:quia æquiparatur do
lo, vt ff.depoſi. l. quod Nerua. & ſi
men.fal. mo.dixe.l.j.§.lata culpa &
ſi quis teſta. liber. eſſe iuſ. fue. l.j.§.
non autem.ſi alius in leui, alius in
leuiſſima, præponderat leuis circa
idem, ſicut dictum eſt ſuprà in caſu
ſimili. ſecus circa diuerſa, cùm ſint
inuicem debitores in qualitate: vt
ff.eod. l. cùm per delictum. Item ſi
vnus in leui in faciendo, alter in
negligendo, præponderat leuis in
faciendo:& ideò non compẽſatur,
nec eſt melior cõditio poſſidentis.
vt plenè no.ff.ſo.mat.l.ſi mora. Dy.

ADDITIO.

a ¶ Poſſidentis.Adde not.cõmodum
poſſeſſionis.& alia collige per Dyn.
hîc.& Bar.in l.ſi inter.ff.de reb.dub.
& Bald.in l. ſiue autem.§.ſi duobus.
ff.de publi.in l. ordinarij. & l. quo-
ties. vbi Iaſ. in rep.C.de rei vend.&
Felyn.in c. ex literis. col.j.de prob.
Poſſeſſionis quam plurima commo
da congeſſit And. Tiraq. in tra.No-
bilitat.char.cccxx.
b ¶ Idem ait.Ʒ.eod. in c. qui prior.nu.
6.& 14.& in c.cum ſunt.nu.8. F. C
c ¶ Poſſidentis. Adde Soci. in l.colũ.
iij.verſ. & hoc vltimum aliàs indu-
cebam.ff.ſol.ma.& Dy.& quæ dico
in prima add.in reg. qui prior.Ʒ.eo.
& gl.in §. quod ad pacifi. poſſeſſ.in
verbo, nominatorum. in Pragmat.
Sanct.Fely.pulchrè in c.capitulum.
col.x. verſic. de duabus collationi-
bus.de reſcrip.
d ¶ Et circa.Adde eundem. Ʒ. eo.in c.
cum ſunt. vbi refert plures notabi-
les deciſiones huc pertinentes. F.C.
Adde quando crimen deductũ per
viam exceptionis ſit punibile, Batt.
in l.ij. §. ſi publico. ff. de adulter &
ibi Alex.in addit.& Cyn.& Salyc.in
l.ſi magnum.C. qui accuſat. nõ poſ.
& Bal.in l.ſi.C.de fide inſtr. & Abb.
& Felyn.c.j.col.ij.circa ſi.verſ.colli-
ge octo except.vbi ponit octo nota
biles concluſiones.& Ludo. Bolog.
in d.l.ij.§.ſi publico.in primis inter-
pretar.
Adde iſtum in l.ij. & quod ibi poſui
in apoſtil. ad eum in verſi. ſine ali-
qua excep. ff.de excep.Flor.in l. no-
tandum.ff.ad l. Aquil.Bal. in addit.
ad Spec.in tit.de inſtr. edi.verſi.per
except



exceptionẽ falſi.Aret.plenè in tract.
Maleſi. in verſic.ad querelam.col.j.
dixi in apoſtil.ad Pan. in c. cum di-
lectus.nu.xxviij.in ver.non punien-
dũ.de ord. cog.& Old.conſi.lxxviij.
vbi ponit multa iura.
e ¶ Reos.Adde quãdo dicatur nomen
fuiſſe inter reos receptum,gloſ.in §.
præſcriptiones.& Bar.in l.adulterij.
C.de adulter. Bal. & Saly.in l.negan
da.C.qui accu.non poſ. Alex.in l.cũ
mulier.col.j.ff.ſol.mat.& gl.Bart.&
Io.de Imol.& Alex. in addi.ad Bart.
in l.is qui.colum.iij. de pub. iudi.&
Bald.l.j. col.xvij.C.qui accuſa. non
poſſunt.
f ¶ L.vero. Adde ibi Cyn.Bal.Bart.&
Roma.in l.cum mulier.& ſingulari-
ter Alex.ff.ſol.mat. & Inno.& Abb.
in c.intelleximus.col. vlt.de adulte.
quando paria delicta mutua com-
penſatione tolluntur.& per gl.Abb.
& Felyn.in c.dilecti.col.ij.de excep.
& Aret.ſing.inſtit.de except.in prin.
col.xiiij.verſi.eſt nunc hîc omnino
videndum. & Io.de Imo.in d.l.cum
mulier.& Spec. tit. de except.§.fina.
& quæ dixi in quodam conſil. j. in
ordine poſt tract.Cõſue. Biturigum
poſito,col.vij.Et an accuſatus poſſit
ſuum accuſatorem reaccuſare, vide
ibi per Doct.& amplè Bart.& Imol.
in l. is qui.ff.de pub.iud.& Cy.Bald.
& Salyc.in d.l.j. & l.neganda.C.qui
accuſ.non poſ.
Adde, an & quando paria delicta
mutua compenſatione &c. Panor.
in c.intelleximus.nu.5.& poſt Inno.
ibi col.j.in glo.ſua in verſi.paria.de
adul.& dixi poſt eandẽ Panor. in c.
j.nu.1.in verſi.mutua compenſatio-
ne.de iniur.& not.Soc. in tract fall.
regul. lxxxvj. & Signorel. de Hom.
conſi.l.& conſil.lxx.
g ¶ Culpæ.Adde quãdo dolus prępon
deret culpę.Doct.Ʒ.in pręceden.apo
ſtil.allegatos. & Alex.conſil.lxxvij.
col.ij.in ſi.& ſeq.lib.iij.

## In reg. Cùm non ſtat.

### Argumenta.

1 *Conditio pro impleta habetur, ſi per eum impediatur, cui impleri debet.*
2 *Conditio quando pro impleta habeatur. & nu ſeq.*
6 *Legatum præſumitur relictum cõtemplatione legatarij.*

### REGVLA LXVI.

CVM non ſtat per eum ad quẽ pertinet, quominus conditio impleatur, haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet.

a HÆC regula [a] debet per omnia
intelligi & exponi ſicut intelligitur
& exponitur.ff.eo.l. in iure ciuili. &
de verb.oblig.l.in executione.§.fin.
1 † vt ecce, ſi teſtator legat mihi fun-
dum ſub conditione, ſi decem dede-
ro hæredi, & per hæredem ſtat quo-
minus recipiat, conditio pro imple
ta debet haberi:vt C.de cond. inſer.
l.ſi.& ff. de ſtatulib.l.iij.in princi. &
§.ſi.Item ſi teſtator inſtituat me hæ-
redem ſub conditione, ſi decem Ti-
tio dedero, qui Titius erat futurus
hæres ab inteſtato. Nam ſi per Ti-
tiũ ſtat quominus recipiat, habetur
conditio pro impleta, vt ff.de con-
dit.inſtit.l.ſi ita hæres.Item ſi ſtipu-
lor à te decem ſi aſcendero Capito-
lium, & per te ſtat quominus aſcen
dam, habetur cõditio pro impleta,
vt d.l.in executione.§.fin.& l.in iure
2 ciuili. ¶ † Sed opponitur, & vide-
tur quòd cõditio non habeatur pro
impleta, licet is qui implere debue-
rit impediatur implere, vt ff.de con
dit.& demõſtra.l. quibus diebus. in
prin

princ.Sed multùm refert vtrum im
pediatur per eũ cuius intererat non
impleri : vt quia futurus erat obli-
gatus conditione impleta vel erat
amiſſurus rem ſuam, vel hæredita-
tem non habiturus, quam alius ha-
buiſſet conditione impleta, & tunc
b locum habet regula [b] cum iuribus
ſupradictis: ſed ſi per eum, cuius nõ
intererat non impleri, non habetur
pro impleta, vt l. contraria. C. de
condi.inſer.l.fin.& ff. ad leg. Aquil.
l. inde Neratius. §. idem Iulianus.
3 † Sed oppo. & videtur quòd licet
ſtet per eum cuius intererat, non
impleri, non habetur pro impleta:
quia ſi teſtator legat decem liberto
ſuo ſub conditione, ſi cum filio ſte-
terit, & filius moriatur : & ſic per
eum, ſeu per caſum in perſonam
eius contingentem, ſtat quominus
conditio non impleatur, relictum
non debetur, vt ff. de annu. leg.l.
Seio.in prin.& de condi.& demon-
ſtrat. l. illis libertis. Sed dicendum
4 eſt multum referre† vtrum ſtet per
eum, id eſt per factum eius, ſiue per
impedimentum ab eo præſtitum:&
tunc ſimpliciter verum eſt:quia ha-
betur conditio pro impleta, & ita
loquitur regula.& de leg. iij. l. qui
concubinam.§.vxori.& de alimen.
leg.l.Mæuia. in princ. & d.l.in iure
5 ciuili.& C.de condi. inſer.l.fi. † An
per caſum in perſonam eius con-
tingenté: & tũc locum habet quod
dicitur in lege contraria:quia tunc
diſtinguitur : nam aut tunc erat re-
lictum contemplatione eius in cu-
ius perſona erat conditio implen-
da : aut fauore eius cui relinquitur,
aut dubitatur. Primo caſu relictum
non debetur poſt caſum in perſo-
nam eius cõtingentem, vt d.l. Seio.
in princ.& de condit. & demonſtr.
l.illis libertis.in fine. Secundo caſu
debetur. de annuis leg. l. annua. in
9 princ.† Tertio caſu relictum debe-
tur, quaſi in dubio interpretandum
c ſit legatarij contemplatione [c] po-
tius relictum, ſi ex veritate vel con-
iecturis aliud non appareat, & ideo
legatum debetur. ff. de alim. leg. l.
Caio.§.Imperator.& C.de leg.l.j.&
7 d.l.illis libertis. in fi. † Item opp.&
videtur quòd hæc regula ſit ſuper-
flua, cum idem contineat.ſ.eo.c.im
putari. & ideo non ponenda. C. de
no.Cod.compo.l.j.§. quibus.& ff.vt
leg.not.ca.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.
Sed dicendum eſt ſine dubio, quòd
hæc regula & illa loquũtur in con-
ditione poteſtatiua : ſed illa loqui-
tur propriè quando impeditur per
caſum conditionem impleri : hæc
autem loquitur quando impeditur
per eum cuius intererat conditio-
nem non impleri & ideo vna per a-
liam non eſt ſuperuacua. Præterea
circa hanc materiam dicẽdum eſt:
quòd ibi in c. imputari.plenius di-
ſtinguendum : nam hæc & illa, in-
telligi poſſunt in vna ſpecie condi-
tionis mixtæ, id eſt quæ pendet ex
facto implentis & alterius: ſed ma-
gis propriè in poteſtatiua proce-
dunt.Dyn.

ADDITIO.

a ¶Regula.Ad pleniorem intelligen-
tiam huius materiæ, videndus eſt
Deci. in l. in iure. ff. eod.& Dyn.in
reg.imputari.ſ.eod. F. C.
b ¶ Regula. Adde Bart.in ſua diſput.
incip. Peruſiæ ciuitatis. & in conſil.
cxxxiij.& quæ dixi.ſ.in regu. impu-
tari.in ſecunda addit.& Bart. Imol.
Alex.& ff.Socin. in l.in teſtamento.
in ij.ff. de condit. & demonſtrat. &
Ang.in l.j.C.de inſtit. & ſubſtitut.&
Barth. Soci. de Senis in l.iure ciuili.
& l. quibus diebus. in princip. ff. de
condit.& demon.& Alex.conſil.cij.
in ij.col.in princ. volu.j. & latius in
conſ.xlix.col.ij.verſic.ij.in vol.ij.&
Bar.in l.vter ex fratribus.ff.de cond.
inſti. & pulchrè Henric. Boich.in c.
ſicut ex literis.& ibi Fræpoſ.Medio.
de ſponſ.
c ¶Contemplationem.Hinc eſt quòd
in legatis diſiunctiuis electio in du-
bio eſt legatarij, licet regulariter ſit
debitoris.l.Lucio.ff.de leg.ij. Dynũ
tamen reprobat Bart. in d. §. Impe-
rator.& in d.l.illis.



## In reg. Quod alicui.
## Argumenta.

1 *Decurio prædia publica nomine
proprio ſicut colere nequit, ſic nec
alieno.*
2 *Tutor nec ſuo, nec alieno nomine
rem pupilli poteſt emere.*
3 *Furioſus per alium poteſt acquire-
re, licet non per ſe.*
4 *Facere qui nequit per ſe, quando
poßit per alium.*
5 *Facere quod quis nõ poteſt vt ipſe
an & quando poßit efficere tan-
quam alius.*
6 *Libertus nomine alieno patronũ in
ius vocare poteſt, proprio nõ poteſt.*

### REGVLA LXVII.

QVOD alicui ſuo non li-
cet nomine, nec alieno
licebit.
1 ¶ † SICVT decurio non poteſt
ſuo nomine ꝓprio prædia publica
colere, ita nec licet ſubiectis aliorũ
nominibus vt ff. de admi.ter.ad ci-
a ui.pert.l.ij.§.j.[a] † Item ſicut non li-
2 cet tutori emere rẽ pupilli ſuo pro-
prio nomine:ita nec per interpoſi-
tam perſonã licebit : vt ff.de autor.
tut.l.pupillus.§. ſed ſi per interpoſi-
tam.& ad prædictorũ confirmatio-
nem accedat.ff. de contrah.empt.l.
non licet.& C.de hære.inſti.l. neq;
& ff. de vſuc. l.Labeo.§.ſed eũ.cum
multis ſimil. Sed opp. & videtur ꝙ
illud quod nõ licet per ſe liceat per
3 alium. † Furioſus enim non poteſt
acquirere rem per ſe, & tamẽ poteſt
per alium, vt ff.de acquir.poſſ.l.j.§.
item acquirimus. & ad idem acce-
dat.ff quę res pig.obli.poſſ.l.Ariſto.
& de bon. poſſeſſ.contra tab.l.iij.§.
planè.ij.& l.non putauit.§. ſi exhæ-
redatus. Dicẽdum eſt ꝙ illud gene-
rale reperitur ſolutum tripliciter.
Vno modo ꝙ iſta ſit regula, & cæte
4 ra ſunt ſpecialia.† Secundo, ꝙ quis
nõ poteſt per ſe, nec per alium à ſe
ſubmiſſum, ſed per alium à ſe non
ſubmiſſum poteſt. & hæ duæ ſolu-
tiones traduntur in l.his enim caſi-
bus.ff.de furt.Tertio modo dici ſo-
let, ꝙ aut aliquis impeditur per ſe
ratione delicti à perſona commiſſi:
aut ratione rei, aut mixta ratione
rei & perſonæ, aut ratione defectus
intelligentiæ. Primis tribus caſibus
locum habet regula:quarto caſu ha
bet locum lex contraria, ſicut ſolui-
tur.ff. de vſucap.l. Labeo.& de aq.
hæred.l.Antiſtius.§.fi.Secundo po-
teſt intelligi regula, magis propriè
verbis conſideratis, videlicet vt
5 † quod non licet alicui facere ſuo
proprio nomine, nõ liceat alieno,
ſiue ſub colore nominis alterius.
Verbi gratia : ſicut non licet tutori
inquietare pupillum ſuo nomine
proprio:ita nec licebit nomine alte
rius : vt ſi habeat ab alio iura ceſſa
contra pupillũ.nam non licebit ſibi
ſub nomine alterius pupillũ inquie
tare, vt in auth. vt ij.qui ob.ſe ha.§.
quòd ſi quis. ſed tunc eſt contra re-
gulam manifeſtè. ff. de in ius voc.l.
6 quæſitum. † vbi licet patronum in
ius vocare nomine alieno, & tamẽ
non liceret nomine proprio.ſed re-
gula videtur intelligenda, cum fa-
ciendum nomine alterius tenderet
ad eundẽ effectum, quem cõſeque-
retur faciẽdo nomine proprio:cum
autem non ad eundẽ, ſed ad diuer-
ſum

ſum pertinet effectum, tunc locum
habet lex contraria. Dyn.

ADDITIO.

a ¶ L.ij.§.j. Adde ad iſtam reg. & ſeq.
& etiam reg. qui facit per alium. gl.
ſing. in d.l.ij.§.j.ff. de admit. rer. ad
cui.pert. hîc alleg. & Dyn. j. in regu.
vlt. & Bar. & Doct. in l. hereditariæ.
ff. de furt. cum l. ſeq. & Bart. in l. La-
beo.§.j.ff. de vſuc. & Bald. & Doct. in
l. neque. C. de hære. inſtit. Et quando
tutor per ſe vel interpoſitam perſo-
nam poſſit emere rem pupilli, vide
Bald. in d.§. ſed ſi per interpoſitam
perſonã. & in l. cum ipſe. & ibi Cyn.
& Salic. C. de contrah. empt. & vide
hîc Ioan. Andr. in Mercuriali. & Phi-
lip. Franc.

Adde omnino quod notaui in apoſti.
ad glo. in l. ſi is qui in apoſtil. in ver.
quod per me non poſſum. poſita in
gloſ. in ver. & ille. ff. de libe. leg. dixi
in apoſtil. ad Card. in clem. j §. j in
prin. de regula. not. Card. Alex in c.
ſicut nõ ſuo. xlvj. diſtinct & Card. de
Zab. in clem. ſi. de cenſ. & inquantũ
hîc tangit materiã tutoris, an, quan-
do & qualiter poſſit cum pupillo
contrahere, vide omnino Gerar. de
Petra ſancta ſingu. l.vij. incip. quali-
ter tutores.

## In reg. Poteſt quis.
## Argumenta.

1 *Facere poteſt quis per alium, quæ
per ſeipſum potuit.*
2 *Litigare in cauſis publicis poteſt
quis per ſe, non autem per alium.*
3 *Illuſtres per ſe litigare nequeunt,
per procuratorem poterunt.*
*Litigare per ſe licet in actione po-
pulari, nõ autem per procuratorẽ.*
4 *Violentum per ſe licet expellere de
poſſeßione, non per alium.*
5 *Emphyteutam per poſſeßionem in-
ducere quis poteſt per ſe, non per
alium.*
6 *Facere quæ quis poteſt per ſe, per
alium non poteſt.*

## REGVLA LXVIII.

POTEST quis per alium,
quod poteſt facere per ſe-
ipſum.

1 ¶ † SICVT poſſum per me eme-
re, vendere, locare, conducere, liti-
gare: ita poſſum per aliũ. ff. de pro-
cur. l.j.§. vſus autẽ. & de iniur. l. ſed
ſi vnius. §. idem Iulianus. & §. idem
ait. & inſtit. per quas perſo. age. poſ.
a §.j. Sed contra [a] regulam videtur,
2 † quia in cauſis publicis licet per ſe
litigare, non per procuratorẽ: vt ff.
b de publi. iudic l. pen. §. ad crimen. [b]
3 † Item quia illuſtribus licet litigare
per procuratores, non per ſe, vt C.
de procur. l. pen. Item in actione po-
pulari, licet per ſe litigare, non per
procuratorem, niſi quatenus actio
ad priuatum commodum pertinet.
ff. de procur. l. licet in princip. & de
4 popu. l. qui populari. † Item licet per
ſe violentum ſine aliquo interuallo
de poſſeſſione expellere, & non per
procuratorem. ff. de vi & vi arm. l.
5 cùm fundum. † Item licet per ſe em
phyteutam nouum in poſſeſſionem
inducere, veteri deiecto, nõ per pro-
curatorem. C. de iure emphyt. l. ſi. §.
c pen. Sed dicendum [c] eſt omnia ſu-
pradicta ſpecialia eſſe, regulam ve-
rò generaliter obtinere in iudicio
& extra iudicium, vt d.l.j.§. penul ff.
6 de procur. & ibi not. † reſtringi au-
tem debet hæc regula ad ea quæ
poſſunt per alium explicari: in iis
autem quæ per alium explicari non
poſſunt, non procedit regulæ effe-
ctus, vt arg. C. de cad. tol. §. ne autẽ.
& ff. de ſol. l. inter artifices. & not. de
vi & vi arm. l.j.§. deieciſſe, verſ. ſed
& ſi cum quis. Dynus.

ADDI



ADDITIO.

a ¶ Contra. Vide ad hanc reg. Dyn. in
c. fin. nu. 6. & ſeq. j. eo. & addit. poſi-
tam. s. in proxima reg. Ad quid dif-
ferat reg. iſta ab illa quæ eſt in cap.
qui facit. j. eo. vide Dy. in ſi. F. C.
b ¶ §. ad crimen. Adde ibi Bart. Bened.
de Plumb. in rep. & Imol. quando &
in quo art. in criminalibus admitta-
tur procurator. & Bal. conſ. cvj. col.
ij. quæritur. vol. j. & pulchrè Alex.
in conſi. cxvj. in prin. lib. ij. Bald. &
Salic. in l. reos. C. de accuſ. & Ludo.
Bologn. in l. præſes. C. ad leg. Fla. de
plag. in ſecundis interpr. & Fely. la-
tiſſimè in c. meminimus. col. iiij. &
v. de accuſ. & Ro. in conſ. clij. & ſeq.
& Cepol. in caut. cclv. & cix. & lxvj.
& in conſ. lxxij. in j. col. & in conſi. l.
& Calder. in conſil. ij. tit. de procur.

Adde inquãtũ hîc tangit materiã pro-
curatoris, aut in cauſis criminalibus
poſſit interuenire, vide Corſ. ſingul.
ſuis: in verb. procurator. verſi. poteſt
quis. Fely. cum Barth. Soci. in tract.
fallen. reg. cccxxij. vbi ponit. xvij.
fallent. Paris de Puteo in ſuo tract.
Syndic. ver. procur. & Gerar. de Pe-
tra ſancta ſingu. lvij. incip. ferè per
totam Italiam. & ibi dat cautelam
quòd poſſit &c.

Adde ꝙ licet in cauſa criminali regu-
lariter non admittatur procurator,
eo tamen admiſſo, iudiciũ valet, gl.
in l. quamuis. D. de adult. & in c. j. de
iudi. hoc. lib. & ibi per Doct. & latè
per Abb. in c. veniẽs. extrà, de accuſ.
& Cepol. caut. ccliij.

c ¶ Dicendum. Adde & not. quæ ſunt
illa quæ poſſum per me & non per
alium. puta per procurat. text. & ibi
Bar. in l. cùm miles. ſecundũ vtran-
que lect. ff. de ali. iud. mut. cauſ. fac.
vbi eſt ſing. caſus in quo quis cogi-
tur perſonaliter agere, vel defende-
re. & Bald. in l. ij. C. de iis qui vend.
æta. imper. & Bald. in l.j.§. penul. ff.
de procur. & Inno. & Abb. in c. que-
relam. de procur. Bart. & Bald. in l.
Ariſto. ff. quæ. res pign. vel hypo.
obli. & ſing. Ioan. de Plat. in l. nul-
lus qui. C. de decur. lib. x.

## In reg. In malis.
## Argumenta.

1 *Promittẽs illicitum, non obligatur.*
2 *Promittens decem dolo ductus, an
teneatur.*
3 *Promiſſum malum dupliciter in-
telligi poteſt.*

## REGVLA LXIX.

IN malis promiſſis fidẽ non
expedit obſeruari.

1 ¶ † SI promitto tibi occidere ho-
minẽ vel committere furtum, vel
ſimoniam: vel aliquid turpe, non ex
a pedit fidem ſeruari, [a] cum promiſ-
ſum ipſo iure non teneat, vt ff. de
verb. oblig. l. generaliter. & l. veluti.
& l. ſtipulatio hoc modo. & l. ſi fla-
gitij. & de fideiu. l. ſi à reo, §. id quod
vulgo. Sed oppon. & videtur quòd
etiam in malis promiſſis fidem con
ueniat obſeruari. licet de æquitate
2 detur exceptio. † Nam ſi induco te
per dolum vel metum vt mihi de-
cem promittas, promiſſio valet, li-
cet agenti ex promiſſione obſtet ex
b ceptio doli vel metus. [b] vt C. de in-
util. ſtipu. l. dolo. & ff. de verb. obli.
l. ſi quis cum aliter. Sed dicendum
c quòd malũ promiſſum dupliciter [c]
3 ſumitur. † Nam vno modo dicitur
malum id eſt, ſuper re mala, vel tur-
pi, ſeu turpitudinem continente in-
terpoſitum, & illud nõ expedit ob-
ſeruari: quia ipſo iure non tenet. ff.
de pact. l. iuriſ. §. & generaliter. &
de verb. oblig. l. generaliter. & l. ve-
luti. & l. ſtipulatio hoc modo. & l.
ſi plagij. & l. ſi ſtipuler. & inſtit. de
inutil. ſtipu. §. quod turpiter. Secũdo
modo dicitur malum promiſſum:
id eſt malè conceptum, quia inter-
ueniente

ueniente dolo vel metu: & tunc li-
cet promiſſio teneat de iuris rigore,
non expedit fidẽ ſeruari: quia pro-
miſſori datur exceptio, vt d.l.ſi quis
cùm aliter. & l. dolo. nihil enim in-
tereſt, vtrum quis non habeat ipſo
iure actionem, vel poſſit per exce-
ptionem excludi, vt ff.eo.l.nihil.

ADDITIO.

a ¶Seruari. Etiam ſi interuenerit iu-
ramentum, vt per Dyn.in c.non eſt.
ſuprà, eod. F. C.

b Metus. Adde an dolus in aliquo
actu adhibitus illum vitiet ipſo iu-
re vel mediante exceptione, Iaſ. in
§.Actionum.in gloſſ.in verſi. in bo-
næfidei.verſic.in eadem gloſ.ibi in-
ſtit.de actio. F. C.

c ¶Dupliciter. Adde gl. Chriſto.Por.
& Iaſ.ibi in addit.in §. quod turpit.
inſtit. de inut. ſtipul. & ibi Aret. &
Bart.Paul.de Caſt.& Alexan. in l.ſi
plagij.ff.de verb.oblig.& Cyn.Bald.
& Salic.in l.ij.C.quod metus cau. &
Bald.in l.j.col.ij.in fin.C. de condi.
ob turp.cau.& Io.Andr. in reg. non
eſt obligatorium.ſ.eod.tit.& per to
tum.xxij.q.iiij.& Io.Fab.in §.ſi. in-
ſtit.de leg.vbi dicũt Doct.quod pro
miſſio poteſt dici turpis tribus mo-
dis.& vide Alexan.in conſi.v.incip.
prætermittendum eſt. lib iiij. & in
conſ.clij.incip.quando pro delicto.
vol.ij.& Alexã.in addi.ad Bart.in l.
dolo.C.de inutil.ſtip. qui ponit tres
limitat.& vide Abb.& dom.And.in
c.inter dilectos. & de donat. & Ce-
pol.in caut.ccxlj.

## In reg. In alternatiuis. Argumenta.

1 *Promittẽs duo alternatiuè vtrum
volet ſoluere poterit.*

2 *Alternatiuè ſufficit alteram par
tem adimpleri. & nu.8.*

3 *Debitoris eſt electio in contracti-
bus diſiunctiuis.*

4 *Hæredis an ſit electio in legatis al-
ternatiuis, an legatarij.*

5 *Alternatiua affirmatiuè concepta
quo differat ab ea, quæ negatiuè
concipitur.*

6 *Orationum tres ſpecies.*

7 *Copulatiua requirit concurſum v-
triuſque partis.*

9 *Soluta quando æquipolleat copula
tiuæ, & quando diſiunctiuæ.*

10 *Soluta eſt ſpecies orationis diſtin-
cta à coniuncta & diſiuncta.*

## REGVLA LXX.

IN alternatiuis debitoris eſt
electio, & ſufficit alterum
adimpleri.

¶DVO dicuntur in hoc c. & ideò
duæ regulæ dici poſſunt. licet enim
vtraque de debito alternatiuo lo-
quatur, prima tamen tractat de iu-
re electionis, ad quem pertineat:
vtrum ad debitorem, vel ad credi-
torem: ſecunda verò de alternati-
uæ obligationis effectu. Exemplum
autem regulæ primæ patet cuilibet.
1 †Nam ſi promitto tibi Stichum aut
Pamphilum, electio eſt mea quem
eorum ſoluere velim. ff.de iure dot.
l. plerunque. in fin. & de eo quod
cert.loc.l.non vtique.in prin.verſic.
& §.ideo qui Stichum.& de condit.
2 inſtit.l.ſi hæredi. †Item ſi ſoluo Sti-
chum non teneor ſoluere Pamphi-
lum, quia ſufficit alterum adimple-
ri.ff. de condit.& demonſtr. l. cùm
pupillus. §. vlti.& de verbor.oblig.
l.ſi ita quis ſtipuletur. Sed oppon.
quòd in alternatiua non ſit electio
debitoris: quia iure cauetur, quòd
ſi teſtator alternatiuè legat fundum
Seianum, aut vſumfructum fundi





Seiani, eſt electio legatarij, & non
hæredis, vt ff.de leg.ij.l.Lucio. Qui-
dam ſimpliciter dicunt, quod aliud eſt
in legatis, & aliud in contractibus:
quod ſimpliciter dictũ eſt falſum:
quia in legatis alternatiuè relictis,
eſt inuenire quod eſt electio hæredis,
non legatarij. ff.de leg.ij.l. ſi ita re-
3 lictum.§.vlt. †& ideò latius [a] & me-
a lius dicitur, quod in contractibus alter-
natiuè conceptis ſemper eſt electio
debitoris. vt d.l.plerunque.& l.non
vtique.in prin.ver.& §.ideò qui Sti-
4 chum. † In legatis verò diſtinguo,
aut verba diriguntur ad hæredẽ, aut
ad legatariũ, aut ſimpliciter profe-
runtur. Primo caſu eſt electio hære
dis: quia ſi teſtator dicit, Dato talẽ
rẽ aut illam, videtur electionẽ hæ-
redi cõcedere, vt d.l.ſi ita relictũ.in
ſi. Secũdo caſu eſt electio legatarij:
quia cùm teſtator dicit, Habeto tibi
aut vendicato tibi illam rem aut il-
lam. videtur eligendi poteſtatẽ con
cedere legatario. vt ff.de leg.j.l.pla-
nè.§.vlt. In tertio caſu eſt electio le-
gatarij, cùm in vltimis volũtatibus
plenius quàm in cõtractibus inter-
pretari oporteat. ff.de leg.ij.l.Lucio
Titio.& ibi plenè no.& inde habuit
originẽ gl. iſtius 1. regulæ. Ad ſecun
dam partẽ oppo.& videtur quod nõ
b ſufficiat alterum adimpleri [b], ſed
oporteat alterum non adimpleri. ff.
5 de verb.obli.l. ſi quis ita.in ſi. † Sed
dicẽdũ eſt referre inter alternatiuã
affirmatiuam, & alternatiuã negati
uã: quia in affirmatiua ſufficit alte-
rũ fieri, vt hîc: in negatiua oportet
alterũ non fieri: tamẽ idẽ eſt in vtra-
que, ſi conſideretur effectus: quia in
affirmatiua ſufficit alterũ affirmati-
uè, in negatiua ſufficit alterũ nega-
tiuè, & ideò nõ eſt contrarium, ſed
conueniens verbis regulæ. Itẽ opp.
& videtur, quòd vbi verba non ſunt
coniuncta, non ſufficit alterũ adim-
pleri. ff.de verb.ſign. l.triplici. §.vi-
6 deamus. † Sed dicendum eſt, quod tres
c ſunt orationũ ſpecies. [c] Nam quæ-
dam ſunt coniunctæ, id eſt, quæ ali-
quam coniunctionẽ copulatiuã ha-
bent: quædã diſiunctiuæ, quę habẽt
aliquã diſiunctiuam: quædã ſolutæ,
quæ nec diſiunctiuã nec copulatiuã
7 coniunctionẽ habent. † Natura co-
pulatiuę requirit omnia ſimul vera.
ff.de ver.obli.l.ſi quis ita.& de con-
8 di.inſtit.l.ſi hæredi plures. † natura
verò diſiunctiuæ alterũ tantum, vt
hîc, & ff.iud.ſol.l. cum quærebatur.
& de condi.& demon.l.cùm pupil-
9 lus.§. diſiunctiuo. † ſoluta verò ex
mente certa pronuntiantis aliquan
do æquipollet copulatiuę, aliquãdo
diſiunctiuæ, vt ff.de verb.ſig. l.alie-
nationis.§.ſi.ſi de mente non appa-
reat, accipitur pro copulatiua, vt d.
l.triplici.§.videamus.licet arg.con-
tra.ff. de reg. iur.l.in eo quod. §.vbi
d verba. Sed in §.videamus.cõſidera-
uit [d] dubiũ ſignificationis ſolutæ.&
in §. vbi verba. conſiderauit effectũ
ſignificationis, ex eo quòd in obſcu
ris minimum eſt ſequẽdum. ſ.eo.c.
10 in obſcuris. † eſt ergo ſoluta per ſe
ſpecies orationis diſtincta à con-
iuncta & diſiũcta. Item aliter ſigni-
ficat: quia copulatiua copulatiuè,
diſiunctiua diſiunctiuè, ſoluta ſolu-
tè: ſed effectus ſignificationis non
diſtinguitur à ſignificato copulati-
uæ, quæ requirit vtrunque: vel diſ-
iunctiuæ, quæ requirit alterum: quia
ſemper effectus ſignificationis ſo-
lutæ, vel repræſentat vtrũque, vt co
pulatiua, vel alterum tãtùm, vt diſ-
iunctiua. habet igitur ſoluta diſtin-
ctam & propriam ſpeciem ſignifi-
candi, ſed non effectum ſignificati
extra ſeipſam. Dyn.

ADDITIO.

a ¶Latius. Adde cuius ſit electio in
contractibus & legatis alternatiuis,
Bald.& Doct.in l.planè, §. penult.ff.
de leg.j.& Cyn.Bald.& Salycet.in l.

cùm quidam. C. de leg. & Alex. in l. qui duos. col. j. ff. de leg. j. & ibi vide quid in gratiis & beneficiis. & Io. Fab. Ang. Aret. & I. ſ. inſtit. de act. §. huic autem. & ibi Bald. & Bart. in d. l. Lucio. ff. de leg. ij. Henri. Boich. in c. conſ. de plus petit. & in c. indicante de teſtam. & vide gloſſ. in c. j. de colla. ſuper verbo, aut ſemel. fol. 17. in Pragm. Sanct. & Abb. & Felyn. amplè in c. inter cæteras. col. ij. de reſcript. vbi ponit Felyn. reg. cum x. fallent. & x. reſtrictionibus. & vide Lud. de Vrbe in conſil. cclxxix. & Lud. Bolog. in l. ſi is cui. ff. de leg. ij, in ſuis ſecundis interpret. & in l. iij. verſio. & ideo qui Stichum. ff. de eo quod cer. lo. & Alexan. in addit. ad Bart. in l. quamuis. ff. de pign. act. & in l. ſi quis ſtipulatus. colum. j. ff. de verbo. oblig. & Bald. in conſil xliij. vol. j.

b ¶ Adimpleri. Adde quando ad veritatem alternatiuæ ſufficiat vnam partem eſſe veram, Bal. Cy. & Saly. in d. l. cùm quidam. de leg. & Bald. in l. ij. C. de obſeq. & Bart. in l. pediculis. §. argento. ff. de auro & argen. lega. & in l. ſi is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. & Fely. in c. inter cæteras. col. vlti. de reſcript. vbi ponit regu. cum v. fallent.

c ¶ Species. Adde de natura orationis copulatiuæ, diſiunctiuæ, & ſolutiuæ, tex. ſing. & ibi gl. & Doct. in l. ſæpe. ff. de verb. ſign. & Rom. ſing. ccccxx. incip. tu habes. l. cùm quidã. de quo vide quod notaui in l. ſi is qui. §. vtrum ita. in apoſtil. ſuper gl. in verb. vtrum. ff. de reb. dub.

d ¶ Cõſiderauit. Aliter reſpõdet Dec. in l. in eo. §. vbi. ff. eo. vbi vidẽdum. de materia huius regulæ. F. C.

## In reg. Qui ad agendum. Argumenta.

1 *Agere qui poteſt, excipere multò magis poterit.*
2 *Excipiens de dominio quando non audiatur ante reſtitutionem poſſeſſionis.*
3 *Exceptio dominij non excludit interdictum recuperãdæ poſſeſſionis.*
4 *Poſſeſſor clandeſtinus an excipere poſſit de iure dominij contra actorem.*
5 *Violenta & clandeſtina poſſeſſio an æquiparentur.*
6 *Cõductor poſſeſſionem locatori reſtituere cogitur ante omnia.*
7 *Spoliare dicitur conductor qui recuſat rem conductam reddere.*
8 *Negans ſe poſſidere, conuictus de mendacio cogitur trãsferre poſſeſſionem in aduerſarium, nec prius auditur ſuper dominio.*
9 *Sententia lata in petitorio an pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio. & econuerſo, & nu. 10.*

## REGVLA LXXI.

QVI ad agendum admittitur, eſt ad excipiẽdum multò magis admittendus.

1 ¶ † SICVT ſuperficiarius & emphyteuta, & quicunque alius habens dominium vtile, poſſet agere contra dominum vtili actione in rem. Ita ſi ab eo conueniatur, multo
a magis excipere[a] poterit. vt ff. de ſuperfic. l. j. §. quod autem. & de regul. iur. l. inuitus §. cui damus. cùm facilior ſit cauſa concedendi exceptionem, quàm actionem, ex eo quia fauorabiliores ſunt rei, quàm actores: vt in regula iuris. & ex eo quòd faciliores ſumus ad abſoluendum quàm ad obligandum. vt ff. de act. & oblig. Arrianus. & de pœnis. l. abſentem.



ſentem. Sed opponitur, & videtur quod qui admittitur ad agendum, non audiatur volens excipere. C. de agricol. & cenſi. l. ſi coloni. & ſi per vim vel alio modo. l. j. & ad legem
b Iul. de vi. l. ſi quis ad ſe fundum[b].
2 Sed † dicendum eſt, quod illæ leges locum habent in iudiciis recuperandæ poſſeſſionis: in quibus excipiens de dominio non auditur, niſi primò poſſeſſionem reſtituat, cùm ſpoliatũ ante omnia reſtitui oporteat: hæc autem regula aliàs obtinet generaliter in quibuſlibet iudi-
c ciis generalibus[c], vt dictum eſt ſuprà, in c. dolo. ſuperfluum enim videtur dicere, quòd is qui poſſeſſorem ſpoliauit, poſſit opponere de dominio, quod ſpoliando amittere meruit, vt C. vnde vi. ſi quis in tantam. Et propterea Gloſſatores iuris ciuilis ſatis enormiter erraſſe videntur in eo quod ſcribunt. ff. de iudic.
3 l. ſi de vi. vbi dicunt † quòd exceptio dominij excludit interdictum recuperandæ poſſeſſionis. Poſtea contrarium eius notauerunt. ff. de vi & vi arma. l. j. §. & de verb. ſign. l. mulieris. §. j. & de vſucap. l. ſequitur. §. ſi dominus. quod videtur magis pro-
4 ximum veritati. Sed † an is qui habet poſſeſſionem clandeſtinam poſſit contra actorem excipere de
5 iure dominij dubitatio eſt: † quia iura videntur velle quòd violenta & clandeſtina æquipolleant: ſicut ergo non licet habenti violentam poſſeſſionem excipere de dominio, vt dictum eſt: ita nec licet excipere habenti clandeſtinam, vt ff. quod vi aut clàm. l. j. §. j. & ad l. Fla. de plag. l. eum qui fugitiuum. Sed mihi videtur quòd longè improbior ſit cauſa illius qui habet violentam, quàm illius qui habet clandeſtinam, arg. ff. de furt. l. ſi vendidero. § cùm raptor. & ideò habens clandeſtinam poſſet excipere de iure dominij, argum. C. de probat. l. vis eius. Item videtur obſtare regulæ. C. loca. l. ſi
d quis conductionis[d]. vbi † condu-
6 ctor cogitur reſtituere locatori poſſeſſionem, licet cõductor paratus ſit probare ſe dominum. Sed illud cõ-
7 tingit, † quia quædam ſpecies ſpoliationis eſſet, ſi locatori denegaretur poſſeſſionis reſtitutio, vt ff. de precar. l. vlti. Et ideò non auditur conductor volens ſe probare dominum, niſi primò reſtituat poſſeſſionem, vt d. l. j. ſi per vim, vel alio mo-
8 do. † Item videtur obſtare regulæ illud quod legitur in auth. de trien. & ſemiſ. §. illud quoque. vbi ille qui negauit ſe poſſidere cogitur in ad-
e uerſarium poſſeſſionẽ transferre[e]. licet paratus ſit probare ſe dominum. Sed illud contingit in pœnam mendacij, vt in eod. tit. §. ſtudium vero, ff. de rei vendic. l. ſi. C. de non numer. pecun. auth. contrà qui propriam. & qui potior. in pign. hab.
9 authen. item poſſeſſor. Quæri † autem poſſet, vtrum ſententia lata in iudicio petitorio pariat exceptionẽ rei iudicatæ in iudicio poſſeſſorio? Et videtur quòd non, quia ſeparata eſt cauſa poſſeſſionis & proprietatis. ff. de acquiren. poſſeſ. l. naturaliter. §.
f nihil.[f] & in l. penulti. vnde qua ratione lata ſententia in poſſeſſorio non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio. ff. de except. rei iudic. l. iij. & l. & an eadem. §. vlt. Eadem ratione lata in petitorio, parere non debet exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio, & memini quòd not. ff. de interdictis. l. ij. §. quædam, quòd ſententia lata in petitorio abſorbet ius in poſſeſſorio, & contrariũ huic declaratur. C. de interdictis. l. incer-
10 ti. † Et propter hoc mihi videtur diſtinguendum eſſe: quia ſi tale eſt poſſeſſorium quod excluditur per exceptionẽ dominij, vt ſi eſt poſſeſſorium adipiſcendæ & retinendæ

poſſeſſionis: tunc ſententia lata in
petitorio nocet in poſſeſſorio. Et ita
intelligitur quod not. in d. §. quædam.
ſed ſi tale eſſet poſſeſſorium
quòd nõ excluderetur per exceptionem
dominij, vt poſſeſſorium recuperandæ
poſſeſſionis, vt ſuprà oſtenſum
eſt: tunc lata in petitorio non
præiudicat in poſſeſſorio, & ita intelligitur
quod not. in l. incerti. C. de
interdictis.

ADDITIO.

a ¶Excipere. Adde reg. iſtam nõ procedere
vbicunque ſubeſt ratio diuerſitatis,
quare agi permittendum
ſit, excipi autem non c. debitores.
de iureiur. Nec quando actio & exceptio
tendunt ad diuerſos fines, ex
quibus duabus limitationibus tolluntur
omnes opp. Dyni hîc, vt latius
deducit Deci. in l. inuitus. §. cui
ff. eod. F. C.
b ¶L. ſi quis ad ſe. Adde ibi Bar. Bald.
& Saly. & Bald. & Cyn. in l. vis. C. de
probat. & Bar. Bald. & Alexan. in l. ſi
alienam. ff. ſol. matr. & Innoc. in c.
bonæ. de poſtul. præla. quando ſpoliato
per violentũ poſſeſſorem conuentum
rei vendi. poſſit referri cauſa
dominij. & Bald. in l. ij. in q. xiij.
C. de ſeruit. & aqua. & Doctor. in c.
cùm dilectus. de ordi. & cog. & Lud.
Rom. in conſil. ccxv. & Bald. in l.
penult. C. vnde vi. & Bar. & Alex. in
l. ſi quis conductionis. C. loc. & Bal.
in c. in literis. in princ. de reſtit. ſpol.
c ¶Generalibus. Adde quod Bartol. in
conſil. lxxxj. col. j. in fin. dicit Dyn.
hîc, & in l. ij. §. quidam. ff. de interdi.
non bene dicere, quod exceptio dominij
poteſt opponi agenti interdicto
vti poſſidetis, retinendæ, ſeu de
turbata poſſeſſione, vt tenet in vlt. q.
h îc: quia ſecundum veram opinionem
nõ poteſt opponi exceptio dominij,
ſicut in interdicto recuperandæ
& vide Bart. in ſua quæſt. incip.
Lupus fuit captus. col. j. & v. & in l.
naturaliter. §. nihil commune. col. ij.
verſic. iij. contra prædictam. & ibi
Imol. & Alexã. & doct. ſ. in j. addit.
alleg. & Oldr. de Lau. conſil. j. in fin.
& Alex. in conſil. xciiij col. ij. verſic.
pro hoc. quia lib. iiij. & Card. Alex.
in c. in nomine Domini. xxiij. diſt.
col. vj. verſic. gloſ. in ver. gremio. &
tex. Abb. & Cardin. in c. conſtitutus.
de appellat.
d ¶L. ſi quis cõductionis. Adde quando
conductor poſſit referre quæſtionẽ
dominij locatori, Cy Bart. Bal. &
Saly. in l. ſi quis cõductionis. C. loc.
& quæ not. Ioan. And. in c. licet epiſcopus.
ſ. de præben. eod. lib. & Bart.
& Alexan. in l. commodare. ff. commod.
vbi vide etiam de cõmodatario,
depoſitario & creditore, & Bar.
Bald. Alex. & Franc. Aretin. in d. l. ſi
alienam. ff. ſol. matr. & Bald. conſil.
ccxliij. vol. j. & Alex. in conſil. v. col.
vlt. in fi. lib. iiij. & in conſ. xliiij. col.
ij. verſi. accedit etiam. eod. vol. gloſ.
& Doct. in c. inter dilectos. in fin. ſuper
verbo, locatio. & ibi Felyn. col.
x. de fide inſtrum. Ego puto quòd
ſi vult incontinenti probare ſe dominum
rei conductæ, debeat audiri,
per ea quæ not. Bart. & Ioann. de
Imol. in l. ſi filio. §. fin. verſi. idem dicit
Bart. col. ij. vbi etiam. Alex. col.
iiij. verſi. per hoc etiam dicebat ſingulariter.
ff. ſolu. matri. not. Iaſ. in l.
quoties. col. xv. C. de rei vend.
e ¶Transferre. Adde eundẽ ſuprà eo.
in c. nullus. num. 5. & in c. qui prior.
nu. 8. vbi retuli Iaſ. plenius hoc declarantem
in §. j. col. xv. verſi. vnum
etiam. inſtit. de actio. F. C.
f ¶§. Nihil. Adde Bartol. in d. l. naturaliter.
§. nihil commune. colum. ij.
verſic. contra iſtam. licet ibi diſtinguat
aliter, quàm Dyn. hîc & ibi
Angel. in repetit. & Bal. in verſic. vt
igitur. & nouiter Alex. & gloſ. Cyn.
Bald. & Salyc. in l. incerti. C. de interdictis,
& Aret. inſtit. de interdi. in
prin



princ. verſic. in gl. maximè. & Doct.
in c. cùm dilectus. de cauſ. poſſeſ. &
proprieta. Et quid econtrà lata in
poſſeſſorio an præiudicet in petitorio,
vide Paul. de Caſtr. in cõſi. xliiij.
in antiq. & Doct. ſuprà alleg. & Dy.
& ibi dixi in reg. nullus pluribus. in
vj. addit. ſ. eod.

## In reg. Qui facit per aliũ. Argumenta.

1 *Tutor quando directa actione tutelæ teneatur.*
2 *Deijciens per alium ita tenetur, ac ſi per ſeipſum deieciſſet.*
3 *Occidens per alium, tenetur perinde, ac ſi per ſe occideret.*
4 *Calumnians per alium perinde puniri debet, ac ſi per ſe calumniam feciſſet.*
5 *Facere per alium nemo poteſt id, ad quod pro eius induſtria ipſe electus fuit.*
6 *Factum per alium an idem ſit, ac ſi per ſe factum eſſet.*
7 *Diuerſum factum dicitur factum ab eodem, diuerſo tempore.*

### REG. LXXII.

QVi per alium facit, perinde eſt, ac ſi faciat per ſeipſum.

1 ¶†SICVT tutor tenetur directa
actione tutelę quando adminiſtrat:
ſic & quãdo adminiſtrari mandat:
quia qui facit per alium, perinde eſt
a ac ſi faceret per ſeipſum [a]. ff. de adminiſt.
tut. l. ita. §. geſſiſſe. verſi. quòd
2 ſi quis. †Item ſicut tenetur interdicto
vnde vi, qui deiecit per ſe, ita ſi
b deiecit [b] per alium, vt ff. de vi & vi
arma. l. j. §. deieciſſe. & de regul. iur.
3 l. hoc iure. §. deiecit. †Item ſicut tenetur.
l. Cornelia. de ſicar. qui occidit
c per ſe, ita [c] & qui occidit per
alium. C. de accuſat. l. non ideo. ff.
ad Sillan. l. & ſi certus ſit percuſſor.
4 & arg. ad Turpil. l. j. §. pen. †Item ſicut
punitur tanquam calumniator,
qui per ſe detulit, & non probauit.
ita & qui per alium. ff. de iure fiſci.
l. ij. §. diuus Pius. & l. non tantum. &
ad idem poteſt induci. ff. de fideiuſ.
tut. l. poſtulare. cum infinitis ſimilibus.
Sed opponitur, & videtur quòd
longè aliud ſit facere per ſe, quàm
per alium. ff. de ſolut. l. inter artifices.
5 Sed dicendũ eſt † quod vbi eligitur
perſonæ induſtria, regula non
procedit. C. de caduc. tollen. l. vnica.
§. ne autem, & d. l. inter artifices.
ſed vbi non eligitur perſonæ induſtria,
tunc procedit effectus regulæ.
6 †item opponitur & videtur impoſſibile
eſſe, factum per alium perinde
haberi, ac ſi fuerit factum per
7 ſeipſum. † quia iure cauetur quòd
etiam factum ab eodẽ diuerſis temporibus
non repræſentat identitatem
eiuſdem facti: vt ff. de condict.
indeb. l. ſi non ſortem. §. libertus. &
in authen. de fide inſtrument. circa
princip. Dicendum eſt, quantum ad
veritatem, impoſſibile eſſe, factum
vnius dici factum alterius, ſed de
quadam iuris interpretatione procedit,
quòd factum vnius, alterius
intelligatur, vt ff. de duobus reis. l.
d nemo [d] & nota. ff. de vi & vi arma.
l. j. §. deieciſſe. & §. quod ergo adiicitur.
Sed videtur quòd hæc regula
ſit ſuperuacua per illam quæ eſt poſita
ſuprà cap. poteſt. ſed non eſt, ſi
quis bene aduertat, quia illa loquitur
de poteſtate explicandi per
alium, iſta verò de effectu explicati.
e [e]

ADDITIO.

a ¶Seipſum. Adde nunquid condemnato
delinquente ad alterius man-

datum, & ſatisfacto condemnationi, poſſit nihilominus agi cũ mandante. Dyn. in reg. ratihabitionem. nu. 16. ſ. eod. & ad regul. iſtam vide annotata. ſ. eo. in c. quod alicui. in j. addit. F. C.

b ¶Delecit. Adde ad iſtam reg. Bald. & Cardin. Alex. in c. j. §. ſi quis deceſſerit. ſi de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna.

c ¶Ita. Adde Bald. & Saly. in l. ſeruos. C. ad leg. Iul. de vi publi. quòd licet mandatarius nõ excuſetur à pœna, tamen mitigatur. & vide Cepol. in caut. xxxix. & ſequen. & Bart. in l. ſi quis mihi bona. §. qui iuſſum. ff. de acquiren. hæred. Bart. & Bald. & Salyc. in l. non ideò. C. de accuſa. & Bart. in l. in furti. §. ope. ff. de furt. & in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. Et an propriè dicatur per ſe ipſum facere qui per alium facit, ita quòd comprehendatur in ſtatutis maximè pœnalibus, quæ debent propriè verificari. iuxta l. iij. §. j. verba. ff. de neg. geſt. vide Bald. in c. in cauſis. §. Opizoni. verſ. etiam in ſtatutis. de pace Conſt. & Doct. ſ. alleg. & Aretin. in procem. inſtit. §. igitur. col. ij. & in tract. Maleſic. in gl. Sempronium. verſ. xiiij. text. & Bart. in l. hæc verba. ff. de adult. & Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omn. iudi. & Alex. in l. ſi familia. §. ſi. eod. tit. & Bal. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. de lib. & poſth. & Cy. in l. ſi per aliũ. ff. ne quis eum, qui in ius voc. & Abb. in c. mulieres. & ibi Felyn. de ſenten. excom. & Bald. conſi. lij. vol. iij. & Alexand. conſil. lxv. vol. iiij. & Cepol. conſil. xxxiiij. & Bart. in l. ſi is qui col. xxj. verſ. venio ad ſecundum. de vſucap. & in l. ſed ſi vnius. §. j. ff. de iniur. & And. Barb. in repe. rub. de fide inſtru. col. ix. ante fin. & an mandans & mandatarius poſſint accuſari in vno & eodem libello, vide text. ſingul. & ibi Bart. Bald. & Lud. Bologn. in l. athletas. verſi. ſcriptorem. & ibi ſcripſi in addit. meis. ff. de falſis. & Bald. in l. minoribus. de his quibus vt indig. & Angel. in §. j. in authen. vt omnes obed. iudi. vbi dicit vnum quod eſt fortius, quòd etiam ſi fuiſſet accuſati in diuerſis libellis, poſſunt condemnari poſtea ſimul & ſemel in eadem ſententia. vnde Ludoui. Bologn. in d. l. athletas. dicit quod mandans & mandatarius tenētur eadem lege, ſecundum Cyn. in d. l. non ideo minus. C. de accuſat. & in l. j. C. ſi reus vel accuſ. mor. fuer. & vide Bart. in d. §. ſi mandato. Ang. Aret. in §. interdum. inſtit. de oblig. quæ ex delic. naſc. & Cepol. in caut. vlt. Hippol. de Marſil. ſingul. clxxxj. Abb. & Doct. in c. ad audientiam. de homicid. & Fely. in c. ſicut dignum. in prin. eo. tit. & Cepol. in conſil. xxxiiij.

Adde vtrum ſtatutum puniens delinquentem extendatur ad mandantem fieri delictũ, Deci. in l. is damnum dat. ff. eod. & Iaſ. in §. pœnales. col. iij. verſic. vltimo notate. inſtit. de actio. F. C.

d ¶L. nemo. Adde Bar. in l. inter artifices. an quis poſſit legare per ſubſtitutum. & plenè in l. nemo. & ibi Alex. in addi. ff. de duob. reis. & Cy. in l. quiſquis. C. de epiſc. & cler. & Bald. in l. parabolani. eodem tit. & Ioann. Andr. hîc, & in regu. contractus. in Mercurialib. & Bartol. in l. j. de præpoſit. agent. in reg. lib. xij. & in l. j. §. aduocatos. ff. de variis & extraord. cogn. & Felyn. in procem. Decretal. colum. xxx. (voluit allegare in c. j. in ij. col. verſicu. vtrum Doctor. de ſumma Trinitate & fide Catholica.) & Specul. in titu. de ſalariis. §. fin. quæſt. fin. & Bald. in l. fin. ff. de excuſat. tutor. Bald. & Salyc. in l. j. §. ne autem. C. de caduc. tollend. & Doct. c. cùm dilecta. de reſcrip. & Felyn. in c. fin. de offic. de legat. & Lud. Bologn. in l. certè. §. j. in primis interpr. ff. de precar. & Ioan. de Pla. in l. nullus qui. C. de decur. lib. x. & ibi Rebuf. & in addit. meis ad eũ. & Panor. in c. firmiter. in anti. & no. addi. de ſum. Trin. dixi in gl. in verbo, ſeruum. in l. Stichum. in apoſt. in ver. quia ea. de ſtatulib.

e ¶Explicati. Adde quod vbi agitur de acquirendo, faciens per aliũ dici proprie facere videtur. l. certè. §. j. ff. de prec. per quem tex. ita dicit Iaſo. inſt. de actio. circa fin. principij. Similiter quando mandatarius cogitur parere mandanti, vt poſt alios tradit Dec. in l. is damnũ. ff. eo. F. C.



## In reg. Factum legitimè.

## Argumenta.

1 *Matrimonium legitimè contractum non diſſoluitur ob furorem alterutri ſuperuenientem.*

2 *Teſtamentum non annullatur, ſi teſtator eo perfecto efficiatur furioſus.*

3 *Factum non tollit quod impedit faciendum. & de veritate. nu. 7.*

4 *Seruitus non conſtituitur ad partem prædij pro indiuiſo.*

5 *Tutor ſuſpectus accuſari nequit tutela finita.*

6 *Actio de partu agnoſcendo locum non habet patre mortuo.*

8 *Actus perfectus non vitiatur ſi deuenerit ad caſum, à quo incipere nequiuit.*

9 *Inquiſitio inchoata ceſſat accuſatore ſuperueniente.*

10 *Legatũ debiti purè factum creditori, non valet, in diem autē valet.*

REG. LXXIII.

FACTVM legitimè retractari nõ debet: licet caſus poſtea eueniat, à quo non potuit inchoari.

1 ¶†SI homo ſanæ mentis contra-
hat matrimonium, licet poſtea fiat
furioſus, non propter hoc diſſolui-
tur matrimonium iam cõtractum,
vt ff. de iis qui ſunt ſui vel alie. iur. l.
2 patre furioſo. †Item ſi homo ſanæ
mentis fecerit teſtamentum, licet
fiat poſtea furioſus, non vitiatur te-
ſtamentum. ff. de teſtam. l. is cui. &
de bon. poſſeſſ. ſecundum tab. l. j. §.
a ſufficit. & ad huius [a] confirmatio-
nem accedit quod generaliter dici
3 ſolet, † non tollit factum, quod im-
pedit faciendum, vt ff. eo. l. in ambi-
guis. §. non eſt nouum. & de acquir.
hære. l. ſi ſeruum quis. §. vltimo. Sed
opponitur & videtur quod illud quod
impedit ab initio faciendum, tollit
4 iam factum: †quia ſi ſtipulor ſerui-
tutem ad partem fundi mei perti-
nentē pro indiuiſo, ſtipulatio nulla
eſt. Item ſi ſtipulor ad totum fun-
dũ, ſtipulatio tenet, & ſi poſtea par-
tem pro indiuiſo alienē, ſtipulatio
corrumpitur, vt ff. de ſeruit. l. pro
parte. & de ver. oblig. ſi ſub vna. §. ſi
quis via. ergo illud quod impedit
ab initio faciendum, tollit iam fa-
5 ctum. †Item ſi tutela finita eſt, non
habet locum accuſatio de ſuſpecto.
ff. de ſuſpect. tutoribus. l. iij. §. quæri
poteſt. adeò quòd ſi propoſita accu
ſatione ſuſpecti, tutela finitur, expi-
rat accuſatio de ſuſpecto. ff. de ſu-
6 ſpect. tut. l. poſt finitam. †Item præ-
iudicialis actio de partu agnoſcen-
do non habet locum mortuo patre
vel auo, cuius filium vel nepotem
quis ſe eſſe contendit: adeò quòd ſi
præiudicialis proponatur cõtra pa-
trem, ſi moritur pater, expirat iudi-
cium inchoatum in actione præiu-
diciali: vt ff. de lib. agno. l. iij. §. quia
Plautianum. in verſi. adeò. per quæ
omnia patet quòd caſus impediens
ab initio, tollit iam factum, ſuperue

niens ex poſtfacto. Sed dicendum
b eſt [b] quòd aut factum erat inchoa-
tum & non perfectum & tunc tolli-
7 tur † per eum caſum qui impediret
inchoari: vt ſi ſtipulatus ſum ſerui-
tutem prędio meo, & antequã con-
ſtituatur alienum totum prædium
vel partem eius pro indiuiſo, cor-
rũpitur ſtipulatio, vt d. l. ſi ſub vna.
& d. l. pro parte. & de cuſto. reor. l. ij.
& ff. vt in poſſeſſ. legat. l. ſi pecuniæ.
§. qui fideicommiſſum. & de adulte.
l. ſi maritus. j. §. ſi ante. & ad idem
tendit. d. l. poſt finitam. de ſuſpect.
tut. & d. l. iij. §. quia Plautianum. de
liber. agnoſc. de iis, quæ pro non
8 ſcript. habẽt. l. ſi in metallum. † ſed
ſi factum iam erat prefectum & le-
gitimè confirmatum: vt quia ſerui-
tus promiſſa erat iam conſtituta, te-
ſtamentum inchoatũ erat iam per-
fectum, & matrimonium erat iam
per conſenſum contractum. & ſimi-
lia, tunc caſus ſuperueniens qui im-
pediret ab initio inchoari, non tol-
c lit iam factum. [c] & ita loquitur re-
gula. ff. eo. l. in ambiguis. §. j. & de ri-
tu nupt. l. ſi. qua. & de ſeruit. ruſti.
præd. l. via. §. quæcunque. & de ver.
oblig. l. pluribus. §. & ſi placeat. vn-
9 de ſumitur arg. † quòd ſi poſt inqui-
ſitionem per officium inchoatam,
& ante ſententiam ſuperueniat or-
dinarius accuſator, inquiſitio quie-
ſcat: ſed ſi ſuperueniat poſt ſenten-
tiam, nõ tollitur effectus inquiſitio-
nis factę niſi probaretur præuarica-
tum in proceſſu. ff. de præuarica. l.
præuaricationis. & de liber. homi.
exhiben. l. iij. §. ſi tamen poſtea. & de
accuſ. in l. ſi cui. §. iiſdẽ. & d. l. ſi ma-
ritus. §. ſi ante. ¶ Sed contra prædi-
ctam ſolutionem videtur inſtit. de
leg. §. ex contrario. & ff. ad leg. Falc.
10 l. verbis legati. vbi dicitur, † quòd
ſi lego debitum purè creditori, non
valet legatum: ſed ſi lego debitum
in diem, benè valet legatum. adeò
quòd ſi dies veniat teſtatore viuen-
te, legatum non vitiatur. Sed dicen-
dum eſt, quòd aut ſuperuenit caſus
annullationis, & tunc habet locum
prædicta diſtinctio, aut ſuperuenit
d caſus [d] ad eundẽ effectum tendens,
& tunc alium tendẽtem ad eundem
effectum quem inuenit, ſecum con-
currere patitur. vt in d. §. ex contra-
rio. inſtit. de leg. & d. l. verbis legati.
ad l. Falc. Dyn.

ADDITIO.

a ¶ Huius. Iſtam reg. pertractauit am-
pliſſimè Dec. in l. in ambiguis. §. j. ff.
eo. tit. & ſuprà eo. c. poſſeſſor. verſic.
ſecũdò apponitur decendũ vt dixi.
ſ. c. j. nu. 43. in verb. teſtatoris. C. M.
b ¶ Dicendũ. Adde ad notata hic per
Dyn. Bart. & Bal. & Mod. in l. patre
furioſo. ff. de iis qui ſunt ſui iur. vel
alie. & Bar. in l. pen. §. fi. & ibi Alex.
ff. de ver. obl. & quę no. Dy. ſuprà in
prima reg. in v. & vij. q. & in regu. ij.
ver. ij. opp. & Cy. Bald. & Saly. in l. ſi
Gaudentius. C. de contrahen. emp. &
Io. Fab. & Ang. in §. ex cõtrario. inſt.
de leg. & Phil. Fran. in d. reg. j. col. ij.
c ¶ Factum. Adde hoc non procedere
quãdo res deueniret ad caſum, pro-
pter quem cauſa finalis prorſus de-
ficeret ſecundũ Bart. in l. Vranius. ff.
de fideiuſſ. quem refert & ſeq. Deci.
in l. in ambiguis. §. nõ eſt. ff. eo. F. C.
Adde & not. quòd ſi incepta inquiſi-
tione ſuperueniat accuſator, finia-
tur inquiſitio. de quo vide Cyn. &
Bar. in l. iij. d. §. quia Plautianum. &
Dy. & Bart. in d. l. ſi maritus. §. ſi an-
te. & ibi Alex. in addi. & Dy. & Bart.
in l. pe. ff. de ſuſpect. tut. in quibus lo-
cis tenet Dyn. opi. quã tenet hic. Sed
contrariũ tenet Inn. c. ſuper literis.
de reſcript. & Cyn. in l. ea quidem. in
fi. C. de accuſ. ſed Bart. in d. l. ſi mari-
tus, ponit vnam diſtinctionem, cum
qua tranſit Bald. in d. l. ea quidem.
col. pen. & Fely. in c. nulli. col. j. verſ.
not. ex gloſ. j. de accuſ. & ibi Abb. &
Bart.



Bart. in ſua diſput. incip. iudex ma-
læfid. col. ij. verſic. viij. Et adde quæ
not. Bald. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi
quis ante. ff. de leg. j. & ſingulariter
Ang. in tract. Malefi. in prin. col. x.
ver. quæro an inquiſitus. & ibi vide
Auguſt. de Arim. & Land. in addi. &
Gãdi. de malef. tit. quomodo de ma
lef. cog. & per inquiſitionẽ. col. iiij.
verſ. ſed pone quòd iudex. & Bal. in
practi. iudiciaria. c. v. ar. ij.
d ¶ Caſus. Adde quãdo caſus ſuperue-
niens tendens ad eundem effectum
cum legato faciat valere legatum,
Bart. in l. ij. ff. de iis quæ pro nõ ſcri.
hab. & latius in l. pluribus. §. & ſi pla
ceat. & ibi Paul. de Caſt. & Alex. ff.
de verb. oblig.

## In reg. Quod alicui. Argumenta.

1 *Conceſſum alicui gratioſè, ab aliis in exemplum trahi non debet.*
2 *Immunitas alicui cõceſſa, non excuſat reliquos quominus ad munera teneantur.*
3 *Beneficium alicui ſpecialiter indultũ, non debet ab aliis trahi in exemplum.*
4 *Reſcripta ob ſingulares perſonas emanata an & quando trahãtur ad alios.*

## REGVLA LXXIIII.

QVOD alicui gratioſè conceditur, trahi nõ debet ab aliis in exemplum.

1 ¶ † SI ſummus Pontifex conceſſit
alicui de gratia ſpeciali, quòd poſ-
ſit habere plura beneficia cũ cura:
vel quòd poſſet per procuratorem
viſitationem facere, vel percipere
integraliter fructus beneficiorum
ſuorum, abſque eo quòd in eccleſiis
reſideat, hoc nõ debet trahi ab aliis
in exemplum; ſed ius commune ſer
uari, quod eſt per omnia contrariũ
2 ſupradictis. † Item ſi conceſſit alicui
quòd non teneatur ſubire munera
a publica, vel ſoluere decimas, [a] quia
fortè in aliqua re proſperè geſta vir
tuosè ſe habuit, hoc ſimiliter trahi
non debet ab aliis in exẽplum, ſed
ius cõmune ſeruari. & hoc eſt quod
vult dicere regula. & probatur. ff. de
conſt. prin. l. j. verſ. planè ex his. & C.
de decur. l. neque Dorotheum. & l.
nullus. lib. x. & de epiſc. & cle. l. quo-
niam. ¶ Sed etiam videtur quòd ea
quæ certæ perſonæ adſcribuntur,
conſtituant ius commune, vt C. de
nou. co. compo. l. j. §. quibus ver. nul-
3 láque dubietate. † Dicendum eſt, [b]
b quòd aut reſcribitur alicui perſonæ
vel vniuerſitati concedendo benefi-
cium ſpeciale: & tunc nõ debet tra-
hi ab aliis in exemplum. & ita lo-
quitur regula, & l. ſuperius alleg. &
probatur. C. de legi. l. leges vt gene-
rales. in fi. aut reſcribitur cõſtituen-
do ius commune: & certæ perſonæ
expreſſio nihil operatur: quia iura
non in ſingulas perſonas, ſed gene-
raliter conſtituuntur, vt in d. l. j. ver.
nulláque. C. de nouo cod. compo. &
ff. de leg. & ſenatuſcon. l. iura.

ADDITIO.

a ¶ Decimas. De immunitate decima-
rum videndum eſt in ca. ex parte. j.
ſuprà, de deci. F. C.
b ¶ Dicendum. Adde Bar. & ibi Ang.
de Peruſ. in addit. in d. l. neque Do-
rotheum, & ibi Io. de Plat. & quod
not. Cepo. cautel. lxiij. & Bart. & Io.
de Plat. in l. vacuatis. C. de decur. lib.
x. & Bar. Bald. & Doct. Mod. in l. j. ff.
de conſti. prin. & Ang. inſti. de iure
natur. § ſed & quod prin. & Dyn. ſu-
prà in reg. priuilegiũ, & in reg. quę à
iure. & in reg. in iudiciis. & in reg.
quod ob gratiam. & quæ ſcripſi in

prędictis locis. vide Bar. in l. omnes
populi. in vj. q. princ. nu. 63. ff. de iu-
ſtit. & iur.

## In reg. Fruſtra.
## Argumenta.

1 *Fides non eſt ſeruãda ei, qui prior
fidem fregit.*
2 *Locater expellẽs colonum non ſol-
uentẽ penſionem, non poteſt ad pœ-
nam conueniri.*
3 *Pupillus qui ſine tutoris autorita-
te rem vendidit, fidem emptori ſer-
uare non tenetur.*
4 *Emens à pupillo ſine authoritate
tutoris non caret culpa, ideoq; pu-
pillo obligatur, & non contrà.*
5 *Reſtitutio in integrũ pupilli pro-
deſt etiam illi, qui cum eo contra-
xit tutore authore.*

### REGVLA LXXV.

FRVSTRA ſibi fidẽ quis
poſtulat ab eo ſeruari cui
fidem à ſe præſtitam ſeruare
recuſat.

1 ¶ † SI duo fratres habẽtes domos
communes inuicem cõueniunt de
non alienando ſub certa pœna, &
vnus eorum alienauit, & vult quòd
alter ab alienatione abſtineat: non
auditur: quia fruſtrà ſibi fidem po-
ſtulat à me ſeruari, qui mihi fidem
ſeruare recuſat. ff. eod. l. cùm par. §.
illi. & de leg. ij. l. cum pater. §. liber-
2 tis. † Item ſi locaui domũ pro pen-
ſione certa, & promiſi eum nunquã
expellere ſub certa pœna, & eum
expello, quia penſioné non ſoluit:
non potero cõueniri ad pœnã: quia
a fruſtrà [a] ſibi poſtulat à me fidem
ſeruari is, qui fidẽ ſeruare recuſat. ff.
loca. l. quæro. §. inter locatorem. &
quia generale eſt, quòd non ſeruan-
ti fidem, non debet fides de neceſſi-
tate ſeruari, vt ff. de inoffi. teſtam. l.
ſi inſtituta. in princ. & C. de pact. in
b l. cum proponas, [b] & de tranſact. l.
ſi diuerſa. & l. ſi quis maior. ¶ Sed
contra regulam videtur ff. de act.
3 emp. l. Iul. §. ſi quis à pupillo † vbi
pupillus vendens ſine tutoris autho
ritate non ſeruat, nec ſeruare cogi-
c tur fidem emptori: [c] & tamen em-
ptor cogitur ſeruare pupillo fidem.
Sed regula locũ habet, vbi eadem
eſt & æqualis per omnia perſonarũ
4 contrahentium conditio. † In con-
trario verò non erat æqualis, & po
terat imputari emptori: quia ſcie-
bat vel ſcire debebat pupillum con
trahẽdo nõ poſſe ſine tutoris autho-
ritate obligari, vt ff. de cõtrah. emp.
d l. qui à quolibet. [d] & de acquir. hæ-
red. in l. more. Et ideo ratione illius
culpæ tenetur ipſi pupillo, & nõ pu-
5 pillus ſibi: † aliàs autem vbi culpa
non poſſet ſibi imputari, quia con-
traxiſſet cũ tutoris authoritate, ſi-
cut pupillo ſubueniretur per reſt. in
inte. nec teneretur per reſtitutioné
ſeruare fidem emptori, ita virtute
eiuſdem reſtitutionis ſubueniretur
emptori, vt non teneatur fidem ſer-
uare pupillo, vt C. de reput. quæ fiũt
in iud. in integ. l. vnica. & ſi aduer.
tranſ. l. j. & ij.

### ADDITIO.

a ¶ Fruſtrà. Adde eundem in c. ſciẽti.
nu. 11. ſuprà eod.
b ¶ L. Cum proponas. Adde Cyn. Bal.
Saly. & ſingulariter Alex. & Iaſo. in
d. l. cùm proponas. & Abb. & pul-
chrè Fely. in c. peruenit. l. ij. de iu-
reiur. col. ij. & Io. And. hîc in nouel.
vbi Alexan. & Fely. ponunt v. caſus
fellen. quòd rumpenti fidem vel iu-
ramentum debet fides ſeruari. & A-
lex. in l. vt reſponſum. in princip. C.
de tranſact.
Adde Cardin. omnino in d. c. perue-
nit. el. ij. & Soc. plenè in tract. fallen.
reg.



reg. cxlix. qui ponit regulam negati
uam, & illam ſeptẽ limitationibus
reſtringit. & no. Fely. poſt Abb. in c.
ij. col. ij. ver. venio ad ſecundam par
tem. de iureiur.
c ¶ Emptori. Niſi ſit factus locuple-
tior. vt ait Dyn. in c. locupletari ver.
item in pupillo. ſuprà eod. F. C.
d ¶ L. qui à quolibet. Adde Dy. in reg.
qui contra iura. in princ. j. eod.

## In reg. Delictum.
## Argumenta.

1 *Delictum perſonæ non præiudicat
eccleſiæ.*
2 *Tutoris delictum non nocet pupillo.*
3 *Eccleſia & pupillus æquiparan-
tur, & vtrorunque adminiſtra-
tores.*
4 *Eccleſia quatenus ex dolo prælati
poßit obligari.*
5 *Pupillus obligatur ex delicto tuto-
ris quatenus ad eum peruenit.*
6 *Pater quatenus teneatur ex deli-
cto filij.*
7 *Vniuerſitas quatenus ex facto pri
uati teneatur.*
8 *Delictũ prælati vel collegij quan-
do in damnum eccleſiæ poßit re-
dundare.*

### REGVLA LXXVII.

DELICTVM perſonæ
non debet in detrimen-
tum eccleſiæ redundare.

1 ¶ † SI Abbas, vel monachus, vel
alius clericus delinquat, iniuriam
faciendo, vel damnum dando, vel
alicuius poſſeſſionem violenter oc
cupando, eccleſia non tenetur: quia
delictũ perſonæ non debet in dam-
2 num eccleſiæ redundare. † nam qua
ratione delictum tutoris non obli-
a gat [a] pupillum. ff. de re iur. l. neque.
& de tab. exh. l. pẽn. eadem ratione
delictum clerici vel prælati non de
3 bet eccleſiam obligare, † cùm pu-
b pillus & eccleſia [b] parificentur ex
vna parte, & eorum adminiſtrato-
res parificentur ex altera parte, vt
C. de epiſ. & cler. l. orphanotrophos.
Sed occaſione prædictę parificatio-
nis opponitur: quia iure cauetur ꝙ
pupillus tenetur de dolo tutoris. ff.
ne vis fiat ei q in poſ. l. j. §. hoc edi-
cto. & de pecul. l. ſumma. §. ſi dolo.
& de tribu. l. iij. §. fin. & de adminiſt.
4 tut. l. fin. Dicendum eſt, † quòd ſi ex
dolo prælati vel alterius clerici per
uenit ad eccleſiam aliquid, eatenus
5 tenetur eccleſia, † ſicut tenetur pu-
pillus de eo quod ad ſe peruenit ex
6 delicto tutoris, vt in l. præalle. † ſi-
cut pater ex delicto filij, & domi-
nus ex delicto ſerui, quatenus ad ſe
peruenit. ff. de vi & vi ar. l. j. §. quod
ergo adiicitur. & §. ſi quis tamen. &
§. ſi filius. & de pecun. l. iij. §. ex furti-
7 ua cauſa † & ſicut tenetur vniuerſi-
tas quatenus ad ſe peruenit ex deli-
cto alicuius, qui vniuerſitati præeſt,
vt ff. de vi & vi ar. l. ſi vi me. & de
dolo. l. ſed & ex dolo. §. ſed an in
municipes. tunc enim eccleſia non
videtur pati dãnum, cũ de ſuo non
ſoluat: ſed quod ad eum peruenit re
ſtituat, & damnum dicitur à patri-
monij diminutione. ff. de damno in
fect. l. iij. ¶ Itẽ opp. & videtur, quòd
delictũ perſonæ debeat in dãnũ ec-
cleſiæ redundare: quia propter deli-
ctum perſonæ confiſcatur nauis ec-
cleſiæ, vt C. de ſacroſan. eccle. l. iube
8 mus nullam. † Sed dici ſolet com-
muniter, quòd delictum cõmiſſum
c à prælato [c] & collegio, ſcilicet com
municato conſilio, redundare poſ-
ſet in damnum eccleſiæ, vt d. l. iube
mus. delictum verò prælati tantùm.
ſeu alicuius aut aliquorum de colle
gio eccleſiæ non præiudicat: & ita
loquitur regula.

ADDI

ADDITIO.

a ¶Non obligat. Intelligas ſecundum
diſtinctionem Bart. in l. ſi dolo. ff. ſi
quis omiſ. cau. teſt. & in l. j. §. ſi pro-
curator. ff. ſi quis ius dic. non obtẽp.
ſupplendo vt illic per Alex. F. C.
b ¶Eccleſia. Adde quod pupillus, ec-
cleſia, ciuitas, & vniuerſitas æquipa-
rantur, ſecundum gloſſ. in l. ſi præ-
ſes. & ibi Doct. C. quomodo & quan
do iud. & gloſſ. Bald. & Lud. Bolog.
in ſecundis interpret. in l. ciuitas. ff.
ſi certũ pet. & gl. & Doct. in l. reſpu.
C. ex quibus cauſ. ma. in integ. reſti.
& Bart. in l. j. §. q; ſi nemo. ff. quod
cuiuſque vniuerſ. nom. de tutore &
prælat. vide in ſeq. apoſtil. & Angel.
pulchrè in conſil. ccxlv. incip. quia
omne datum optimum.
Adde Dyn. ꝯ. in reg. locupletari verſic.
& idem dici poteſt.
c ¶Prælato. Adde Cyn. Bald. & Salic.
in l. meminerint. & in l. ſi quis in
tantam. & ibi Bar. C. vnde vi. & Cy.
Bart. Bald. Salic. in l. iubemus. C. de
ſacroſanct. eccleſ. & Inno. & Abb.
in c. j. col. vlt. vt lite non cõteſt. Abb.
in conſi. xl. col. iij. vol. j. & Bart. in l.
aut facta. §. fin. ff. de pœnis. & gloſſ.
& Doct. in c. cùm ad ſedem. & Abb.
in c. j. de reſtit. ſpol. & gloſſ. & Abb.
in c. cùm dilectus. col. iij. de ordine
cogni. & aliquid per Felyn. in c. ad
apoſtolicam. col. ij. & de ſimon. & c.
edoceri. col. pe. verſic. etiam in aliis.
de reſcript. & per Ambroſ. Opizon.
in repet. l. filiusfa. §. diuus Seuerus.
col. xliij. cum ſeq. verſ. circa verò ſe-
cundum. ff. de leg. j. & Lud. de Ro.
in conſil. cccxlix. col. vlti. Anton. de
But. in c. j. de dolo & contu. & Bald.
in præludiis feud. in fin. & Alex. in
conſi. v. col. v. cum ſeq. verſi. v. quæ-
ritur. & quòd prælatus æquiparetur
tutori vel curatori, vide gl. fi. in c. ex
præſentium. & ibi Abb. Sic. de pig.
& Abb. in c. cum deputati. in fin. &
ibi doct. de iudi. & Inn. in c. cum in
officiis. de teſtam. adde hic amplè
Felyn. in c. cùm dilecti. col. ij. de ac-
cuſat. & Abb. in d. cap. j. de dolo &
contum. & Angel. conſil. cclj. incip.
omne datum. & Felyn. in c. ad au-
dientiam. in ij. col. iiij. verſic. ſecun-
do limitatur. de reſcript. & Abb. &
Felyn. in c. cùm venerabilis. col. v.
verſic. ad intellectum reg. delictum.
de except. vbi dicunt, quòd deli-
ctum prælati non nocet in iudicia-
libus. & Felyn. in c. cùm acceſſiſſent.
col. xvj. verſi. & pro intelligentia. &
c. de conſtit. vbi ponit duos caſus
quibus prælatus tacitè poteſt præiu
dicare eccleſiæ. & Felyn. in c. acce-
pimus. col. ij. ante fin. verſic. & non
ſolùm. de fide inſtrum.
Adde in quantum quærit, an & quan-
do delictum prælati noceat eccle-
ſiæ. Bald. omnino in l. iubemus nul-
lam. num. 4. & quod ibi ſignaui in
apoſtil. ad ipſum in verſic. delictum
prælati. C. de ſacroſanct. eccleſ. &
in prælud. feud. col. fi. dixi in apoſt.
ad Panorm. in c. ſi diligenti. num.
34. in verſic. nocet eccleſiæ. de foro
competẽti. & in cap. imperatorum.
num. 3. in verſi. præiudicat eccleſiæ.
de iuram. calum. & quid in commiſ
ſo ante prælaturam. vide eundem
Parnorm. in c. cùm veniſſent. num.
17. in verſic. in vita ſua. & ibi quid in
feud. de inſtit. Bald. in c. fi. de c. Cor.
& Alexand. conſil. xxij. volum. j. de
vniuerſitate quãdo teneatur ex de-
licto vide iſtũ in l. ſuper. & quod ibi
poſui in apoſtil. in verſic. ſi com-
municato conſil. ff. quod vi, aut
clàm. dixi poſt Iacob. Rebuffi. in
l. quinque caſus. num. 1. C. de decur.
libr. x. melius in additione ad eun-
dem. in rubric. viij. C. de non num.
pecun. eod. tit. num. 1. vbi limitaui
hanc regulam. dixi etiam in addit.
ad Panorm. in c. in cauſis. num. 5. in
verſi. per ſonum campanæ. de elect.
Angelus latè conſil. xlvj. vel clvij.
Franc. Aret. conſ. cliiij. & Oldr. con-
ſil. lxv. qui de vniuerſitate loquũtur.



# In reg. Rationi.

## Argumenta.

1 *Subſtitutus prout ſuccedit in hæ-
reditate, tenetur pariter & ad le-
gata.*
2 *Hæreditas vocatur honor.*
3 *Legata relicta ab inſtituto cẽſen-
tur repetita in ſubſtituto.*
4 *Conditio adiecta inſtitutioni non
trahitur ad ſubſtitutionem.*
5 *Subſtitutus in honore hæreditatis,
an ſuccedat in onere legatorum
cum conditionibus.*
*Legata relicta ab inſtituto an, &
quando, eodémque modo debean-
tur à ſubſtituto.*

## REGVLA LXXVII.

RATIONI congruit vt
ſuccedat in onere, qui
ſubſtituitur in honore.

¶HÆC regula pertinet ad mate-
riam regulæ præcedentis. ꝯ. eod. cap.
qui ſentit. licet enim conuerſo mo-
do loquatur, ad eundem tamen ten
1 dit effectum: † & propriè poni po-
teſt exemplum in ſubſtituto in ho-
2 nore, id eſt † hæreditate, quæ honor
appellatur, vt ff. de leg. præſtand. l.
filium. §. ſi legata. & propterea ſuc-
cedit in onere, ſcilicet legatorum:
3 † quæ relicta ab inſtituto videtur le-
gis poteſtate tacitè repetita à ſub-
ſtituto, vt ff. de leg. j. l. licet Impera-
a tor. & de leg. ij. l. ſi Titio [a] & Mæuio,
§. Iulian. & l. cum pater. §. ab inſti-
tuto. Sed opponitur & videtur quòd
ſubſtitutus in honore non ſuccedit
4 in onere: † iure cauetur, quòd ſi hæ-
redi inſtituto ſub conditione ſim-
pliciter ſubſtituatur alius, onus con
ditionis in perſonam inſtituti adie
ctum, non videtur in perſonã ſubſti
tuti repetitum. ff. de hæred. inſtit. l.
ſub conditione. Sed ibi grauatur in
onere conditionis nouę quę in per-
ſonã inſtituti non erat: & ideo ibi
conditio inſtitutionis, non videtur
b repetita in ſubſtitutione [b], vt ff. de
leg. j. l. licet. Item oppon. & videtur
quòd ſubſtitutus in honore hæredi
tatis, non ſuccedat in onere legato-
5 rum, vt d. l. licet. de legat. j. † Et ideo
diſtingui oportet: quia aut legata
repetuntur verbis teſtatoris expreſ-
ſis: aut non. Si verbis expreſſis, aut
cum eiuſdem diei vel conditionis
adiectione, aut ſimpliciter. Si cum
eiuſdem diei vel conditionis adie-
ctione, expectatur illa, etiam ſi le-
gatum redderet inutile: vt ff. de le-
gat. j. l. ſi quis à filio. circa princip. Si
ſimpliciter, debentur non expecta-
ta conditione vel die, quæ in per-
ſonam inſtituti fuerat adiecta, vt d.
l. ſi quis à filio. & l. ſi cui. §. ſi à filio.
Si verò non repetũtur verbis expreſ
ſis: tunc legis poteſtate tacitè repeti
ta intelligũtur, cum eadem ſemper
conditione & die. vt ff. de leg. ij. l.
cùm pater. §. ab inſtituto. niſi talis
eſſet cõditio, quę redderet legatum
inutile: vt ff. de verb. oblig. l. Titia.
§. idem reſpondi. & de fideicom.
liber. l. vlt. & hæc vera ſunt in onere
perſonę non cohærente: in eo enim
quod perſonæ cohæret, non ſucce-
dit qui ſubſtituitur in honore: vt ff.
de adimen. leg. l. legatum ſub con-
ditione. & de condit. & demonſtr.
l. legatum. & de alim. leg. l. Caio. in
princip.

ADDITIO.

a ¶L. ſi Titio. Adde Dynum & quæ
ibi dixi in regu. qui ſentit in j. ad-
dit. & gloſ. & Doct. Mod. in l. ſecun-
dum naturam. ff. eod. tit. vnde bea-
tus Paulus. 2. ad Corinth. 1. dicit, ſi-
cut

cut ſocij paſſionum eſtis: ſic eritis
& conſolationum. & beatus Bernar
dus ſuper Cantic. ait, O bone Ieſu
quot ſunt ſuper terram qui tecum
vellent habitare in cœlo: ſed pauci
ſunt qui vellent tecum ſociari in
pœna & labore. Ideo dicitur Mat-
thei xxvj. omnes relicto eo fugerũt.
b ¶Subſtitutione. Adde quando onus
vel conditio appoſita in inſtitutio-
ne videatur tacitè repetita in ſubſti
tutione. Bart. in d. l. ſub conditione,
& ibi Doct. Mod. ff. de hæredib. in-
ſtit. & Bart. Bald. & Salic. in l. vnica.
§. pro ſecundo. C. de caduc. tollend.
& Bart. & Io. de Imol. in l. legatum.
ff. de condit. & demonſt. & Bart. ſin-
gulariter. & ibi Alexand. in l. licet
Imperator. de leg. j. & gloſſ. in l. ſi
cui. §. ſi à filio. & ibi Bart. Alexan. ff.
de legat. j.

Adde quando quærit an conditio ap-
poſita in inſtitutione videatur &c.
iſtum in l. firmio. §. pater. & quod
ibi poſui in apo. ad ipſum. in verſic.
non videtur. ff. vt leg. nom. cauea.
ponit Rom. ſing. dclxviij. incip. ſcis
q̃ cõditio. & conſil. cx. & cõſi. cxxix.
Ant. Corſ. ſing. ſuis. in ver. clauſula.
incip. clauſula in fin. appoſita, Ang.
conſil. cccxliiij. & vide omnino
quod poſui in tracta. meo clauſula-
rum, in ver. clauſula. in princ. & nu.
2. & per totum. & dixi in apoſtil. ad
Bartol. conſil. xxxix. incip. clauſula.
reliquit.

## In reg. In Argumentum.

### Argumenta.

1 *Pater fame compulſus filium ven-
dere poteſt, alàs non.*

2 *Sacra, neceſſitate cogente, alienari
poſſunt.*

3 *Permiſſa neceſſitati an poſſint in
argumentum trahi.*

4 *Neceſſitatis cauſa permiſſum trahi
poteſt in conſequẽtiam, vbi non eſt
nominatim prohibitum ſi ſubeſt ea
dem ratio.*

5 *Rationem eandem habentia can-
dem merentur iuris diſpoſitionem.*

### REGVLA LXXVIII.

IN argumentum trahi ne-
queunt, quæ propter neceſſi-
tatem aliquãdo ſunt conceſſa.

¶PROPTER neceſſitatem patris
2 conceſſum eſt patri vẽdere filium:[a]
& ideo non debet in argumentum
trahi, vt in alia cauſa filium vende-
1 re liceat. †C. de patri. qui fil. diſtra. l.
2 j. & ij. †Item propter neceſſitatem
permiſſum eſt quod fiat alienatio
rei ſacræ, ſcilicet pro redimendis ca
ptiuis. C. de ſacroſanc. eccleſ. l. ſan-
cimus. & ideo non debet in argu-
mentum trahi: quæ enim contra ius
commune conceduntur, non debẽt
ad conſequentiam trahi. ȝ. eo. quod
alicui gratioſè. & ff. eo. l. quòd con-
tra. & ff. de leg. & ſent. l. quod verò.
3 & l. in iis. & l. ius ſingulare. †Sed ſi
b eadem ratio neceſſitatis[b] vel maior
ſubeſt, an ea quæ propter neceſſita-
tẽ recepta ſunt licebit in argumen-
tum trahi? videtur quòd non, vt hic,
& ff. eod. l. quod contra. & de leg. l.
quod verò. Econtra videtur quòd
ſic: quia ea quę conueniunt in iden-
titate rationis, non debent ſeparari
in conſtitutione iuris. vt ff. de leg. j.
l. ſi domus. §. cũ alicui. & de iniuſto
teſt. l. poſthumi. §. j. Circa hoc Gloſ-
ſatores iuris ciuilis variant. nam. ff.
eo. l. quę propter. determinant quòd
in argumentum trahere licet, vbi
eadem ratio neceſſitatis, vel maior
ſubeſt. ſed C. de pat. qui fil. diſtr. l. j.
& ij. determinãt, q̃ non liceat in ar
gumentũ trahere, vbi eadẽ ratio ne
4 ceſſitatis vel maior ſubeſt. †Sed cre
dẽdũ eſt q̃ quãdo nominatim nõ re
peritur prohibitũ ad cõſequentiam





trahi, quòd trahere liceat, vbi eadẽ
vel maior cauſa neceſſitatis ſubeſt,
5 †cùm ea quæ conueniunt in iden-
titate rationis, non debeãt ſeparari
conſtitutione iuris, vt dictũ eſt: ſed
l. ij. de patr. qui fil. diſtra. reſtringit
conceſſionem, cùm dicit, in hoc tan
tummodo caſu &c. Et ideo nõ licet
trahere in argumentum: licet ſimi-
lis cauſa ſubeſſe reperiatur: quia re-
peritur expreſſa prohibitio in con-
trarium, vel quæ expreſſè æquipol-
c let. Contra[c] hanc diſtinctionem
videtur expreſſè. C. de decur. l. curia
les. lib. x. Sed dic vt ȝ. eo. c. ſeq. Dyn.

ADDITIO.

a ¶Vendere filium. Hoc eſt verum, ſi
talis filius ſit in poteſtate patris, vt
no. Ioan. de Imo. in l. j. col. iiij. ff. de
vulg. & pup. per l. ij. C. de pat. poteſt.
not. Spec. in titu. de feud. §. ij. verſic.
quod fallit in filio ſacerdotis: quo-
niam pater etiam propter neceſſi-
tatem vendere non poteſt. Ita ſing.
Hoſt. in c. indecorũ. de æta. & qua-
li. quem ibi ſequuntur ſcript. refert
& ſequitur Hippol. de Marſil. ſingu.
cx. incip. pater.

b ¶Neceſſitatis. Adde hîc not. in reg.
quæ à iure communi. ȝ. eod. & Bart.
in l. ſi conſtante. & Doc. in l. ſi verò.
§. de viro. ff ſol. mat. Cy. Bal. Ang. &
Salic. in l. ij. C. de pat. qui fil. diſtr. &
Felyn. in c. cum dilecta. col. xxij. ver.
fallit. viij. de reſcript. & Cyn. in l. il-
lud. circa fin. C. de ſacroſ. eccleſ. &
ibi Bart. quando in legibus & ſta-
tutis exorbitantibus ex regulis ge-
neralibus procedatur de ſimilibus
ad ſimilia: quia aut (ſecundum Bal.
In l. ij. col. ij. de patr. qui fil. diſtra.)
procedere de ſimilibus ad ſimilia
eſt æquũ, & fauorabile. & tunc pro-
cedit: vt no. gl. in l. ob æs. C. de pręd.
min. licet reperiatur expreſſim à le-
ge prohibitũ, ſecundũ Doct. ȝ. alleg.
quod eſt contra Dyn. hîc. aut odio-
ſum: & tunc non proceditur, vt d. l.
ij. de pat. qui fil. diſtr. & ideo in ſta-
tutis pœnalibus exorbitãtibus à iu-
re cõmuni nulla fit extẽſio: vt dicit
ibi Bald. licet in c. j. §. porrò. col. iiij.
ver. deinde no. quę fuit prima cauſa
beneficij amittẽdi. dicat contrariũ.
ſed intelligo Bal. quando pœna im-
ponitur reſpectu alicuius perſonæ:
tunc non fit extenſio, vt d. l. ij. & te-
net Alex. conſ. xxix. col. pen. & fi. &
in conſ. cix. col. pe. ver. pędictũ ſta-
tutum, & in conſil. lxxxv. lib. iiij. de
quo vide in l. ſi quis ſeruo. C. de fur.
& Car. Alex. in c. j. col. ij. xxvij. di. &
Abb. in c. cùm dilecta. de confir. vti.
vel. inuti. & pulchrè Ant. Cor. in ſuis
ſingu. in verbo, extenſio. in j. & ij. &
Ang. Aret. in §. ex maleficiis. col. x.
ver. in ea. gl. in fi. inſtit. de act. & Iaſ.
in §. ſequens. col. ij. & in §. in perſo-
nam. col. x. in fi. poſt Io. Fab. & Car.
Alex. in d. c. j. §. prædictis. col. j quæ
fuit prima cauſa. & Ioan. de Imo. &
Rom. in d. §. de viro. & Alex. in d. l. ſi
conſtante, in prin. col. iij. ver. itẽ in-
quantum. & Cy. Bar. & Bal. in l. non
dubiũ. C. de leg. & Io. And. & Doct.
in reg. odia. ȝ. eo. tit. in Mercu. & Sa-
licet. in l. ij. C. de noxa. & plenè per
Matheſila. in tract. extenſionũ. Cùm
pater poſſit vendere filium ex cau-
ſa neceſſitatis, vt in iuribus. ȝ. alle-
gatis. fallit in filio preſbyteri. ſecun
dum Hipp. de Marſil. in ſuo ſing. cj.
quod nota.

Adde Iaſ. in §. ex maleficiis. col. viij.
verſ. in ead. glo. ibi ad hunc caſum.
Inſtitut. de action. vbi habes multa
præclara dicta in materia exten-
ſionis. F. C.

Adde ad fi. huius apoſtil. quod notaui
In addit. præced. in verſ. vendere fi-
lium. & Io. de Anan. in c. ſi quis. col.
ij. ver. tu adde & c. de furtis. & illud
operatur ordo ſacer ſeu clericalis,
vt pleniſſimè poſuit idem Hippol.
de Marſil. in reper. rubr. de fideiuſ.
charta xv.

c ¶Contra. Quę ſequuntur non extāt
in antiquo exemplari: nec immeri-
to, cum in c. ſeq. nullam protſus hu
ius rei mentionem faciat. F. C.

## In reg. Nemo poteſt.

### Argumenta.

1 *Vendēs rem aliquā, id iuris tranſfert ſolùm. quod in ea habet.*
2 *Venditio rei fit cum onere ſuo.*
3 *Bona pupilli an poßint vſucapi.*
4 *Priuilegium competens rei propter perſonam extinguitur nuntiatione perſonæ.*
5 *Traditio rei an poßit aliquid trāſferre, quod penes tradentem non fuerit.*
6 *Transferre qui poſſunt plus iuris quàm habeant.*

### REGVLA LXXIX.

NEMO poteſt plus iuris
transferre in aliū, quàm
ſibi competere dignoſcatur.

1 ¶ † SI vendo tibi, & ex cauſa ven-
ditionis trado rem aliquam, illud
iuris quod erat penes me vendito-
rem tranſit in te emptorem. Vnde ſi
eram directè dominus, directum do
minium transfertur in emptorē: ſi
vtiliter, vtile dominium transfertur
in emptorē. ff. de act. empt. l. ex em-
2 pto. in prin. † Item ſi erat libera pe-
nes me venditorem, tranſibit libera
ad emptorem. Item ſi ſeruitutem de-
beat, cum ſeruitute tranſibit. Item ſi
erat aliis obligata & poterat à me
per hypothecariam auocari, cum
a eadem obligatione [a] & poſſibilitate
auocationis tranſibit: quia res tran-
ſit cum ſua cauſa: id eſt cū ſuis one-
ribus. ff. de acquirend. rer. domin. l.
traditio. & de contrahend. empt. l.
alienatio. & C. rem alie. geren. l. j. C.
ſine cenſu vel reliqu. l. ij. Sed oppo-
nitur & videtur quòd aliud iuris ſit
penes tradētem, & aliud penes eum
3 cui fit traditio. † Conſtat enim rem
pupilli inuſucapibilem eſſe. ff. de ac-
quirend. rer. dom. l. bonę fidei. & ta-
men ſi legitimè vendat alij & tra-
dit, incipit eſſe vſucapibilis: vt ff.
4 pro empto. l. ij. §. ſi à pupillo. † Sed
dicēdum eſt quòd priuilegium per-
ſonæ ad quam pertinebat dominiū,
reddebat eam inuſucapibilem. Et
ideo perſona domini mutata mu-
tatur conditio rei venditæ. vt ff. de
acquiren. hæredit. l. Paulus reſpon-
dit. (aliàs incip. l. per procuratorē)
§. j. & de collat. bono. l. j. §. ſi is qui
bona. & de public. l. licitatio. §. vlti.
5 † Item opponitur, & videtur quòd
traditio transferat illud, quod non
eſt penes tradentem. Conſtat enim,
q̄ ſi habeo dominium rei, cuius non
habeo vſumfructum, cum res ſua
nemini poſſit ſeruitutem debere. ff.
ſi vſusfruct. pet. l. vtifrui. & de ſerui-
tut. vrb. præd. l. in re communi. ta-
men poſſum cōſtituere ſeruitutem
vſusfructus. ff. de vſufruct. l. quòd no
ſtrum. Sed ibi non transfertur plus:
ſed per conſtitutionem variatur tan
tum ſpecies vſusfructus, quia penes
me dominum erat cauſalis, & non
erat ſpecies ſeruitutis: penes eum
cui conſtituitur, formalis, & erit
6 ſpecies ſeruitutis. † Fallit autem hęc
regula in tutore vel curatore. Item
in procuratore, iudice, executore,
creditore, in malæfidei venditore.
Item in cenſitore. Item in flumine.
In libertatis datione, & in Impera-
tore & Auguſta: de quibus latè no-
tari ſolet, ff. de acquir. rer. dom. l. tra-
ditio. & de regul. iur. l. nemo plus iu-
ris. & inſtit. quibus alien. licet. circa
b princ. [b] & ideo ſuperuacuum foret
hic ſcribere. Dyn.

### ADDITIO.

a ¶ Obligatione. Adde quando obli-
gatio perſonalis vel realis & hypo-
thecaria tranſeat contra quemcun-
que poſſeſſorem, gloſ. & ibi Bart. in
l. ij. ff. de alimen. leg. & Bar. in l. fun-
dus quem. & in l. Caius. ff. de annuis
leg. & text. ſingul. in l. fin. §. fin. & ibi
Alex. in addi. ad Bart. ff. de contrah.
empt. & Ang. in §. ſi. ver. in gloſ. pe-
coris. inſtit. de ſeruit. & Bar. in conſ.
ccxj. col. ij. verſic. circa hypotheca-
riam. & Bald. conſil. xxxviij. lib. j. &
gloſ. in Pragma. Sanct. de anna. §.
item fuit. in verbo. teneatur.
d ¶Princip. Adde quando quis plus
transfert quàm habeat, Ioann. F. b.
Chriſtoph. Porc. & Iaſ. in additio.
Ang. in §. j. inſtit. quib. mod. alie. li-
cet. & Ioan. And. hic, & Doct. Mod.
Adde Deci. in d. l. nemo. ff. eo. qui con-
tendit iſtam reg. indiſtinctè proce-
dere, & ſubtiliter reſpondet ad ca-
ſus hic per Dyn. exceptos.



## In regul. In toto.

### Argumenta.

1 *Abſolutus à petitione totius fundi, abſoluitur à qualibet eius parte.*
2 *Abſolutus ab actu non eſt abſolutus ab itinere, & econuerſo.*
3 *Actu legato non poteſt iter adimi.*
4 *Iter bifariam ſumi poteſt.*

### REGV. LXXX.

a IN toto [a] partem non eſt du-
bium contineri.

¶De materia huius regu. tractatum
eſt. s. eod. c. plus. ſed nihilominus ex
1 abundanti dicendū eſt, † quòd qui
abſoluitur à petitione totius fundi,
intelligitur abſolutus à qualibet e-
ius parte, cùm in toto pars conti-
b neatur [b]. ff. de except. rei iudic. l. ſi
quis cum totum. Quòd autem regu
la falſa ſit, poteſt oſtendi: quia iure
cauetur, quòd in actu contineatur
iter. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. l. j. §.
2 actus. & inſtit. de ſeruit. §. actus. † &
tamen qui abſoluitur ab actu nō vi
detur abſolutus ab itinere, quod eſt
pars actus, nec econtra: vt ff. de ex-
cept. rei iud. l. ſi mater. §. ſi quis iter.
3 & ibi not. † Item iure cauetur quòd
ſi teſtator legat actum, & poſtea
adimat iter, ademptio eſt inutilis,
quia non videtur ademiſſe totum,
vel partem eius quod legauit. ff. de
adim. leg. l. j. ergo patet quòd in to-
to non continetur pars. Dicendum
c eſt, quòd iter [c] dupliciter ſumitur.
nam vno modo pro diſtincta ſpecie
ſeruitutis, & ſic eo modo ſumpta nō
eſt pars actus: imò ſpecies ſeruitutis
actui oppoſita, & coæquæua, vt ff. ſi
ſeruit. vendi. l. loci corpus. §. j. & d. l.
j. de adimen. lega. Alio modo ſumi-
tur iter pro commoditate eundi, &
hoc modo ſumptum habet ſe ad
actum, ſicut pars ad totum: quia eſt
pars ſubiectiua ad actum, & actus
eſt totum poteſtate ad iter, quia ſui
poteſtate iter comprehendit, & in
hac ſignificatione ſumitur. ff. de ſer
uit. ruſt. præd. l. j. §. actus. & de verb.
oblig. l. qui vſumfructū. & de nouat.
l. ſi pupillus. §. vlt. Dynus.

### ADDITIO.

a ¶In toto. Adde Deci. in l. in toto. ff.
eo. vbi diſtinguit totum quoddam
eſſe integrale, vt domus: quoddam
vniuerſale, vt genus, cuius partes di
cuntur ſubiectiuæ, & in vtroque ait
reg. procedere quo ad commodita-
tem. F. C.
b ¶Contineatur. Adde quòd aliquan-
do appellatione partis venit totum,
vt not. Barto l. in l. plures. ff. de dam.
infect. & Alexan. in l. ij. C. de hæred.
inſtit. quod an & quando ſit ve-
rum. vide quod not. plenè in l. vxo-
ri in apoſtil. in verſic. totum conti-
neatur. & ibi etiam gloſ. & Bart. ff.
de leg. iij. & de his vide Ant. Corſet.
ſingul. ſuis. in verſic. pars. incip. licet
appellatione partis,
c ¶Iter. Adde quando iter ſit pars

actus, Bart. in l. j. & ij. ff. de adi. leg. qui ſequitur Dy. hi ., licet de eo non faciat mentionem.

## In regulam, In generali.

### Argumenta.

1 *Vicarius epiſcopi beneficia non confert ſine mandato ſpeciali.*
2 *Filius donare nequit, cui libera adminiſtratio conceſſa eſt.*
3 *Filius cui conceſſa eſt peculij adminiſtratio libera, in fraudem creditorum alienare non poteſt.*
4 *Generalis enuntiatio idē operatur quo ad omnes ſpecies quod ſpecialis in certa ſpecie.*
5 *Conceſſio generalis non pertinet ad ea quæ quis in ſpecie nō concederet.*

### REGVLA LXXXI.

IN generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis nō eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

1 ¶† EXEMPLVM poni poteſt in generali vicario epiſcopi, qui conferre non poteſt beneficia, niſi ſuper hoc mandatū habeat ſpecia-
a le [a], vt ſuprà de offic. vicar. c. cùm in generali conceſſione. Ratio autem eſt: quia nō eſt veriſimile, quòd epiſcopus foret ſpecialiter conceſſurus beneficiorum collationem, & hæc eadem generalitas cōfirmatur. ſ. de pœn. & remiſ. c. ij. & de iureiur. c. j. & de procur. c. qui ad agendum. lib.
2 vj. † Item patet exemplum: quia iure cauetur, quòd ſi pater concedat filio generalem & liberam adminiſtrationem peculij nō videtur concedere quòd donet, cùm non ſit veriſimile quòd foret ſpecialiter conceſſurus, ſi donaret. ff. de donat. l. fi-
b liusfamilias [b]. Item † ſi pater con-
3 cedit filio liberam adminiſtrationem peculij, non videtur concedere quòd alienet in fraudem creditorum: quia non eſt veriſimile quòd illud fuiſſet ſpecialiter conceſſurus ſi donaret. vt ff. quæ in fraud. cred. l. ſi pater filio. Item ſi dominus concedat ſeruo ſuo adminiſtrationem peculij committere nō videtur generaliter ea quæ nō erat ſpecialiter conceſſurus. ff. de pecul. l. qui peculij. Sed opponitur & videtur quòd omnia deducantur in generali con-
c ceſſione [c], cùm † illud operetur ge-
4 nerale quantum ad omnia, quod ſpeciale operatur in qualibet ſpecie, vt ff. de adminiſtr. tut. l. ſi duo. & de leg. iij. l. ſi chorus. in princ. de vſu & habit. l. ſi ita. & C. de quadrien. præſcript. l. ij. & de præſcript. xxx.
5 annorū. l. omnes. † Sed illud in his, quæ veriſimiliter erat in ſpecie conceſſurus; ad alia verò non trahitur
d conceſſio generalis [d], quia derogatur ei per præſumptionem contrariam; vt in hoc cap. & in legibus ſuprà allegatis. Dyn.

### ADDITIO.

a ¶ Speciale. Adde an vicarius epiſcopi ſine mandato ſpeciali poſſit conferre beneficium, Dy. in regu. beneficium. & quæ ibi dixi, & per Doct. hi ., & Ioan. Andr. & Gemin. in d. c. cum in generali. hîc alleg. & Abb. in c. ex frequentibus. & c. ex authoritate, de inſtit. & in conſi. lxxxviij. vol. j. & quę not. Fely. in c. quoniam. col. ij. vt lite non conteſt. §. j. quod ſi vicarius epiſcopi ex ſpeciali mandato, cùm ignoret alium vicarium fuiſſe creatum contulit vnum beneficiū, an valeat collatio. vide Rom. ſingul. ccccccl. incip. tu ſcis quòd fundatores.

b ¶ L. Filiusfamilias. Adde ibi Bart. & Alex. in j. addit. & Ioan. Andr. in c. cùm in generali. ſ. de offic. vic. eod. lib. Bartol. Bald. & Alex. in l. contra iuris. § ſi. de pact.

Con


